Doublet extrait des Bibliothèques Boissier et de Candolle lors de leur fusion

QK332
.N6

THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
PRO SCIENTIA ET POPULIQUE SALUTE
1891
LIBRARY

# REPERTORIUM

# FLORAE LIGUSTICAE

AUCTORE

JOSEPHO DE NOTARIS M. D.

IN GENUENSI ATHENAEO BOTANICES PROF. O.

TAURINI

EX REGIO TYPOGRAPHEO

1844.

pages 1 à 90 = 1846 = [illegible]
pages 91 à fin = 1848 = [illegible]

LIBRARY
NEW YORK

*Dal tomo ottavo, serie seconda delle Memorie della R. Accademia delle Scienze*

# REPERTORIUM

# FLORAE LIGUSTICAE

## PRAEFATIO

Illustratio plantarum Phanerogamarum Liguriae, nobilissimae Italiae superioris provinciae, ad umbilicum perducenda superest, etsi iamdudum inchoata sit a magni nominis Botanicis. Hos inter princeps tenet locum summus ALLIONI, qui stirpes pene omnes agri nicaeensis et tractus contermini in Flora pedemontana recepit (1); deinde clarissimus vir Antonius BERTOLONI, Botanicorum Italiae decus, et antecessor meus celeberrimus Dominicus VIVIANI, quibus adumbrationes specierum complurium Ligu-

(1) ALLIONII, Stirpium litoris et agri nicaeensis enumeratio, 1757. - Fl. pedem., Taurini 1785. - Auctar ad Fl. pedem, Taurin. 1789.

riae, tum maritimae, cum montanae, prae ceteris debentur (1). Accedunt insuper Bernardini Turio, Index plantarum ditionis clavarensis (2), clarissimorum Balbis et Nocca Flora ticinensis, in qua plantae Apennini Bobbiensis recensentur (3), et cl. Badarò Medicinae Doctoris a *Laigueglia*, juvenis acerrimi ingenii, heu nimis immature scientiae vegetabilium, quam incomparabili ardore excolebat, abreptus! Centuriae decem, quarum pars in Diario Physices, Chemiae, Historiae naturalis ticinensis, curante cl. Professore Josepho Morettio, evulgata est (4).

Attamen Liguriam etiam in praesenti tempore absoluta enumeratione plantarum quae intra fines eius aluntur, carere neminem latet, et aequo iure conqueruntur Botanices cultores, sive de momentis quae Auctores superius laudatos ab incepto detinuerunt, sive de eo quod caremus opere quod Florae ditionis feracissimae, hinc lineamenta vegetationis mediterraneae, illinc subalpinae, transitusque ab una in alteram ostendentis, conspectum saltem exhibeat.

Ad haec prospiciens, statim ac Scholae et Horto Regio Botanico Ar-

---

(1) Bertoloni, Plantae genuenses ed. I., Genuae 1804, et ed. II. et observ. et decad. plant in Amoen. italicis, Bononiae 1819. - Flora italica vol. I, II, III, IV, Bononiae 1833 et seqq.

Viviani, Florae ital. fragmenta in ann. botan., Genuae 1804, et Fl. ital. fragm. ed. II, Genuae 1808. - Ejusdem novarum spec. diagnoses ad calcem Florae libycae, Genuae 1824.

(2) Turio, Specimen plantarum quas in agro clavarensi etc., Clavari 1806 4.° opusc. 32 pagell.

(3) Balbis et Nocca, Fl. ticinensis, Ticini 1816. - Cf. insuper Balbis, Miscell. et additam. ad Fl. pedem. in Act. Acad. R. Scient. Taurinensis.

(4) Badarò, Plant. Lig. occid. cent. 10 in Moretti Botan. italiano, nel Giornale di Fisica, Chimica ecc., Pavia 1826.

Ejusdem. - Osserv. sopra alcune piante di Liguria ecc. - in Diario citato, vol. 7. 1824.

Bellardi, App. ad Fl. pedem. in Act. R. Acad. Scient., Taurin. ann. 1790-91.

Ejusd. stirp. nov. ibidem ann. X, XI, part. I. - Cf. insuper:

Bergamaschi, Gita botan. nell'Apennino, in Diario citato, vol. 6, 1823. - Coacervatio indigesta nominum plantarum complurium et pene inextricabilis.

Ejusdem, Gita nell'Apennino, in Diar. cit., vol. 7, 1824, in qua systematice recensentur nonnullae specierum, in opusculo supradicto enumeratarum, et simul ad Fl. ticin. appendix.

Ave Lallemant, Dissert. de quibusdam plantis Italiae borealis etc., Berolini 1829, in qua de compluribus agri nicaeensis stirpibus agitur.

Adsunt porro indices nonnulli, v. gr. de plantis nicaeensibus, auctore Risso, in quo auctor complures enumerat species quas certo certius numquam vidit, de plantis ditionis *di Montenotte* etc., exscripti vel ex operibus adductis, vel e Flora gallica De Candollii, sed nullius momenti mihi visi sunt. Plantae a celeb. Allionio in specimine de stirpibus nicaeensibus enumeratae iterum recusae sunt in Flora pedemontana, quam unice adhibui.

chigymnasii Genuensis, Regia favente clementia, adiunctus sum, allicitusque praestantia vegetationis, climatis felicitate, in quo pleraeque plantae Africae australioris et tropicorum nonnullae sub diu superbiunt (1), nec non venustate stirpium quibus ora maritima, circumstantesque colles exornantur, mecum constitui Genuensem agrum longe lateque perquirere, eo consilio, ut species non tantum ab antecessoribus detectas recenderem, verum etiam herbariolum ad Florae ligusticae synopsim concinnandam colligerem.

Brevi tempore, vix trium annorum spatio, ingentem plantarum copiam proprio marte congessi, accedentibusque spoliis ab amicis in tractibus conterminis nicaeensibus, novensibus, bobbiensibusque collectis, nec non opportunitate herbaria Viviani apud R. Athenaeum asservata, versandi, visum est, me proxime scopum attigisse ad quem animo et viribus me totum converteram.

Me vero non fugit adhuc plures adesse species, quarum specimina, etsi pluries quaesita, mihi comparare non licuit; huiusmodi nonnullae citantur in operibus adductis, pluresque in Flora pedemontana, quas nemo post Allionium in locis indicatis detegere potuit, quasve, praeterquamquod pars forte immerito utpote Nicaeensis agri indigena habita est, in praesenti omittere coactus sum, eas tantum pro accepto more recipiens quas ipse possideo, vel in herbariis citatis videre contigit. Hocce opusculum aliunde in id tantum intendit ut supellex Florae nostrae tandem aliquando innotescat, quod, brevi eventurum esse confido, ope novitiarum quae meo studio, vel amicorum cura proxime consequentur.

Ultimo tandem gratias quam maximas ago Viris egregiis amicissimisque Balsamo, Cesati, Rosellini, Berti, Chiappori, Carrega, Cambiaggi, Rev. De Negri, Rev. Montolivo, Savignone, Panizzi, aliisque qui collectio-

(1) In hortis genuensibus passim sub diu coluntur: Acacia Farnesiana, Agapanthus umbellatus, Aloes plur. spec., Boerhaavia diffusa, Bosea Yerva Mora, Cacti spec. plur., Calla aethiopica, Cassia occidentalis, laevigata, tomentosa, Celastrus buxifolius, Chrysocoma Coma aurea, Cineraria platanifolia, Cluytia pulchella, Cobaea scandens, Dracaena Draco, Dichondra argentea, Dodonaea viscosa, Duranta Ellisii, Plumieri, Eugenia uniflora, Ficus coronata, Grewia orientalis, Halleria lucida, Kiggellaria africana, Melianthus minor, maior, Melaleucae spec., Mesembryanthemi spec., Ligustrum japonicum, Lycium boerhaaviaefolium, afrum, Poterium caudatum, Polygala speciosa, myrtifolia, Pittosporum Tobira, undulatum, Royena lucida, Solanum auriculatum, fragrans, betaceum, Sparmannia africana, Westeringia rosmarinacea, Xenopoma obovatum et aliae complures.

nes specierum rariorum, incomparabili liberalitate dederunt, et prae ceteris celeberrimo et mihi carissimo amico Prof. Equiti Morisio, qui non solum stirpium nicaeensium complurium copiam fecit, verum etiam in definiendis speciebus difficilioribus magna eruditione et insigni qua pollet perspicacia quoties ad eum confugi comiter humaniterque mihi consiliis adiuvit.

Genuae, 31 decembri 1842.

*N. Species ab Auctoribus in Liguria antehac observatae synonymis Auctorum ipsorum literis obliquis expressis distinguuntur; quae vero intra ipsius Liguriae fines mihi nondum inventae sunt, ad operis calcem recensentur.*

# REPERTORIUM
# FLORAE LIGUSTICAE

## PARS PRIMA
## PLANTAE PHANEROGAMAE

### CLASSIS I.
### DICOTYLEDONES

#### SUBCLASSIS I.
#### THALAMIFLORAE

#### I. RANUNCULACEAE Juss.

*I. AKENOIDEAE* Moris Fl. sard. I. p. 9.

I. CLEMATIS L. — Endl. Gen. n.° 4768.

1. Clematis erecta All. *Fl. ped.* I. *p.* 296. DC. Prodr. I. p. 2. — Cl. recta L. Sp. p. 767.
Ic. Flammula Dod. Purg. p. 244.
Ad fossarum margines in pratis prope *Sestri di Levante.* ♄
* Cordifolia, foliorum segmentis late cordato-ovatis.
Legi secus viam regiam, loco dicto *invréa* in Liguria occidentali.
Forma foliolorum quadantenus accedit ad Cl. Vitalbam, integratam DC., ast caule erecto, sepalisque dorso glabris ab hac statim distinguitur.

2. **Clematis Flammula** L. Sp. p. 766. DC. Prodr. 1. p. 2. — Cl. maritima All. *Fl. ped.* 1. *p.* 297. teste cod. in Auct. ad Fl. ped. p. 20. Badar. *Pl. Lig. occid. in* Morett. *Bot. ital. n.°* 1. cum variet.

Ic. Flammula Dod. Purg. p. 243.

Ad sepes et in dumetosis praesertim maritimis a Nicaea ad Spediam frequens. ♄

Ludit, mirum in modum, foliolorum segmentis cordatis, cordato-ovatis, ovatis, ovato-oblongis, oblongo-lanceolatis, linearibusve omnibus, obtusis, mucronulatis, acutis, acuminatisve, subinde etiam foliolis simplicibus vel varie 2, 3 lobatis.

Varietas foliolis linearibus (Cl. Flammula γ maritima DC. l. c.) in Liguria occidentali prae ceteris frequens, ex speciminibus a cl. Cesati, et a M. D. Jos. Berti acceptis.

3. **Clematis Vitalba** L. Sp. p. 766. DC. Prodr. 1. p. 3. Turio *Pl. clavar.* *p.* 17. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 2.

Ic. Atragene Theophrasti Clus. Hist. 1. p. 122.

Ad sepes et in dumetis vulgatissima. ♄

## II. ATRAGENE Endl. Gen. n.° 4769.

4. **Atragene alpina** L. Sp. p. 764. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 297. — Clematis alpina Mill. - DC. Prodr. 1. p. 10.

Ic. Crantz Strip. austr. 2. tab. 5. — Cl. cruciata alpina Pon. apud Clus. Hist. 2. p. 335.

In sylvis montanis *di Clauso* agri nicaeensis, Rev. Montolivo ex specim. a M. D. Berti. - In alpibus Albingaunensibus Traverso, in montibus Madonna delle Finestre ex All. l. c. ♄

## III. THALICTRUM L. — Endl. Gen. n.° 4772.

5. **Thalictrum aquilegifolium** L. Sp. p. 770. DC. Prodr. 1. p. 11.

Ic. Th. maius folliculis angulosis etc. I. Bauh. Hist. 3. p. 2. p. 487.

In pascuis et sylvis montanis frequens. ♃ In regione transapennina ad humiliora descendit.

6. **Thalictrum flavum** L. Sp. p. 770. (excl. syn. Dod.) et in Obs. ad

Th. simplex Mant. 1. p. 78. ex Cod. Linn. n.° 4050. Smith. Engl. Fl. 3. p. 42. Koch Syn. p. 6. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 4.*

Ic. Th. nigricans Jacq. Fl. austr. 5. tab. 421.

Ad Scriviam prope *Serravalle* in Apennino ligustico, legit Pharmacopola Cambiaggi. ♃ Prostat etiam in herb. Vivianii in montibus Liguriae occid. ad Tanarum lectum a cel. Bertero.

Species quamquam extricatu difficilis ob descriptiones auctorum vel mancas, vel sibi invicem repugnantes, facile dignoscenda petiolis vel omnibus vel foliorum inferiorum ad divisiones stipellatis. Ceterum notandum est quod radices, pro aetate vel loco, fibrosae vel repentes occurrunt; quod antherae, quae sub anthesi obtusae et muticae observantur, post pollinis emissionem mucronatae evadunt; denique quod petioli, etsi raro, tamen stipellis quandoque carent.

7. Thalictrum angustifolium Koch Syn. p. 5.

Ad rivulos et in locis udis depressis utrinsque Liguriae. ♃

A Th. simplici, quocum momentis nonnullis congruit, differt floribus erectis, foliolisque nitidis, a praecedente stipellarum defectu. Planta aliunde tot tantisque lusibus obnoxia, ut vix audeam, formas apud nos frequentes, verbisque aegrius circumscribendas, ad illas quae a cl. Kochio aliisque proponuntur referre. Occurrit etenim: 1.° foliolis vel omnibus oblongis, vel lineari-lanceolatis, inferiorum terminalibus apice bifidis, trifidisque, vel superioribus, ob margines insigniter revolutos, angustissime lineari-elongatis, pronti in vero Th. galioide: 2.° foliolis inferiorum lanceolatis ellipticisve integris vel dente uno alterove acuto auctis, insigniterque rugosis, superiorum foliorum linearibus: 3.° foliolis inferiorum eximie cuneato-flabellatis trifidis, quinquefidisve, superiorum linearibus confertis, panicula pauciflora: 4.° demum foliolis lanceolatis, vel dimidiato lanceolatis, integris, incisisve, terminalibus obovatis, cuneatisve trifidis sursum decrescentibus, panicula pauciflora. Foliola omnium margine plus minusve revoluta, nitida, in variet. 2, 3, insuper facie fere vernicea et insigniter rugosa; petioli ut plurimum parte inferiori pubescentes.

8. Thalictrum minus Koch Syn. p. 4. - Bertol. *Pl. genuens. in Amoen. p.* 157. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 3.

Ic. Th. parvum Dod. Purg. p. 435.

In pascuis collinis montanisque ubique. ♃

Speciei more praecedentis polymorphae, sequentes formae apud nos passim obviae, notatu dignae videntur: 1.° forma caule petiolisque glaberrimis, foliolis subtus glauco-pruinosis, glandulisque minutissimis plus minusve copiosis adspersis, caule a basi folioso (Th. minus α et β Koch l. c.): 2.° varietas caule petiolisque sub lente breviter sparseque pubescentibus, glandulosisve (Th. minus γ Koch l. c.): 3.° varietas fructibus, stigmatibusque praecedentibus maioribus, petiolo foliorum inferiorum infra divisionem longe nudo, caule basi vaginato.

Ceterum diametro, forma foliolorum, ramificatione paniculae tali pacto ludunt varietates super memoratae, ut vix aliter quam notis propositis distingui possint.

9. Thalictrum foetidum DC. Syst. 1. p. 176. et Prodr. 1. p. 13.
Ic. Lamarck Illustr. tab. 497. fig. 3.

In pascuis alpium maritimarum frequens, Traverso. ♃

### IV. ANEMONE DC. — Endl. Gen. n.° 4773.

10. Anemone Pulsatilla L. Sp. p. 759. - DC. Prodr. 1. p. 16.
Ic. Pulsatilla Dod. Pempt. p. 433.

In apricis collium transapenninorum, supra *Serravalle*, *Gavi*, alibique. Specimina dederunt Reverend. De Negri et Cambiaggi. ♃

11. Anemone alpina L. Sp. p. 760. — A. alpina α Koch Syn. p. 8.
Ic. Jacq. Fl. austr. 1. tab. 85.

In pascuis alpium maritimarum nicaeensium Montolivo, ligusticarum Traverso. ♃

12. Anemone coronaria L. Sp. p. 760. DC. Prodr. 1. p. 18. Bellard. *App. ad Fl. ped. p.* 6. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 5.
Ic. A. tuberosa radice Lob. Icon. p. 277.

In cultis et in olivetis Liguriae occidentalis: circa *Porto Maurizio* vulgaris: *Pegli* Chiappori, *S. Remo*, Rev. De Negri. Nicaeae Rev. Montolivo. ♃

Variat floribus violaceis, purpureis, aut albidis.

13. Anemone pavonina DC. Syst. 1. p. 197. Prodr. 1. p. 18.

Ic. A. **maxima polyanthos** etc. Lob. Icon. p. 278. — A. **hortensis latifolia** etc. Clus. Hist. 1. p. 261. 262.

In collinis montanisque Liguriae occidentalis: Nicaeae ex specimin. herb. H. R. Taurin. a celeb. Eq. Morisio et a Rev. Montolivo; *Ventimiglia* Rev. De Negri: *S. Remo* Pharmacopola Panizzi. ♃

Vix in binas varietates distingui meretur: adsunt enim et in β fulgenti, DC. Prodr. l. c., sepala acuta, angusta prouti in α, in qua exteriora saepius herbacea, viridia, iam nunc adnotante cl. Brotero (Cf. Fl. lusit. 2. p. 363. sub A. **Pavonia**).

Ab insequenti cui affinis, distinguitur magnitudine omnium partium maiore, et insuper elegantia, coloreque sepalorum facie interna pulchre nitideque sanguineo-rubrorum.

**14.** Anemone **hortensis** L. Sp. p. 761. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 172. Bertol. *Pl. genuens. p.* 156. — A. **stellata** Lamck. - DC. Prodr. 1. p. 18. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 6.

Ic. A. **hortensis latifolia simplici flore** Clus. Hist. 1. p. 249.

Vulgatissima in pascuis collinis montanisque Liguriae maritimae. ♃

Variat foliis tripartitis, lobis late obovatis, lateralibus plus minusve profunde bilobis, et foliis trisectis, segmentis lateralibus bipartitis, lobis trifidis, laciniis lanceolatis vel obovato-cuneiformibus integris, incisisve.

**15.** Anemone **nemorosa** L. Sp. p. 762. DC. Prodr. 1. p. 20. Bertol. *Pl. genuens. p.* 157.

Ic. **Nemorosus Ranunculus** Lob. Icon. p. 673.

In sylvis et pascuis tum collium cum montium editiorum frequens. ♃

**16.** Anemone **trifolia** L. Sp. p. 762. DC. Prodr. 1. p. 20. Bertol. *Pl. genuens. p.* 156. Turio *Pl. clavar. p.* 18. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 7.

Ic. A. **trifolia** Dod. Pempt. p. 436.

Vulgatissima in pascuis umbrosis sylvaticis collium Liguriae maritimae. ♃

**17** Anemone **ranunculoides** L. Sp. p. 762. DC. Prodr. 1. p. 20.

Ic. **Nemorosus Ranunculus luteus** Lob. Icon. p. 674.

In pascuis montanis: in monte *Boglelio* et *alle capanne di Coggia* cl. Prof. Balsamo: e montanis prope Tendam prostat in herb. Viviani. ♃

**18.** Anemone narcissiflora L. Sp. p. 763. DC. Prodr. 1. p. 21.
Ic. Ranunculus montanus II. Clus. Hist. 1. p. 235.
In pascuis alpium maritimarum *Frontero, Triora, Viossene* etc. vulgaris. ♃

## V. HEPATICA Dill. — Endl. Gen. n.° 4774.

**19.** Hepatica triloba Chaix. Pl. vapinc. in Vill. Dauph. 1. p. 336. DC. Prodr. 1. p. 22. — A. hepatica L. Sp. p. 758. Turio *Pl. clavar. p.* 18. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 8.
Ic. Hepatica trifolia etc. Clus. Hist. 2. p. 247. 248.
In declivibus collium et montium Liguriae totius, praecipue in umbrosis, vulgaris. ♃

## VI. ADONIS L. — Endl. Gen. n.° 4778.

**20.** Adonis aestivalis Chaub. et Bory ex Moris Fl. sard. 1. p. 22. Turio *Pl. clavar. p.* 18. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 18.
α leptopetala Moris l. c. — A. aestivalis L. Sp. p. 771. — A. flammea All. Fl. ped. 2. p. 169. et A. miniata Ejusd. l. c. ex cl. Moris l. c.
Ic. Jacq. Fl. austr. tab. 354.
β brachypetala Moris l. c. — A. autumnalis L. Sp. p. 771.
Ic. Flos Adonis vulgo Clus. Hist. 1. p 336.
In cultis passim. ①

## VII. RANUNCULUS Pers. — Endl. Gen. n.° 4783.

**21.** Ranunculus aquatilis DC. Prodr. 1. p. 26.
α heterophyllus, foliis emersis tripartitis DC. l. c.
Ic. R. aquaticus Hepaticae facie Lob. Icon. 2. p. 35.
β capillaceus, foliis petiolatis in lacinias filiformes, tenues dissectis, immersis omnibus DC. l. c.
Ic. R. aquatic. albus foeniculi folio Barrel. tab. 566.
\+ γ parviflorus, « foliis omnibus immersis capillaceo-multifidis, inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus, floribus minimis » Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 9.
In fossis et in aquis stagnantibus, variet. γ mihi hucusque haud obvia. ♃

22. **Ranunculus monspeliacus** L. Sp. p. 778. DC. Prodr. 1. p. 28. — R. saxatilis BALB. *Miscell. alt. p.* 19.
Ic. DC. Icon. gall. rar. tab. 50.
In pascuis alpium *Tanarè* dictis, in Liguria occidentali legit Prof. GHERARDI, secundum specimen in herbario VIVIANII, sub nomine R. pyrenaei asservatum. ♃

23. **Ranunculus aconitifolius** L. Sp. p. 776. DC. Prodr. 1. p. 41. BALB. *et* NOCC. *Fl. ticin.* 1. *p.* 263.
Ic. R. albo flore DOD. Purg. p. 286. — R. **montanus** IIII. CLUS. Hist. 1. p. 236. - CESAT. Icon. stirp. ital. fasc. I.
In pascuis montanis editis, *Antola*, *Penice*, *Boglelio* etc. ♃
Planta valde variabilis.

24. **Ranunculus alpestris** L. Sp. p. 778. DC. Syst. 1. p. 239. et Prodr. 1. p. 31. α. KOCH Syn. p. 13.
Ic. R. **minimus alpinus albus** CHABR. Sciagr. p. 468.
In pascuis editioribus alpium maritimarum Prof. GHERARDI ex herb. SAVIGNONE, TRAVERSO. ♃

25. **Ranunculus glacialis** L. Sp. p. 777. DC. Syst. 1. p. 238. et Prodr. 1. p. 30. KOCH Syn. p. 13.
Ic. R. **montanus purpureus calyce villoso** CHABR. Sciagr. p. 469. rudis.
In editioribus alpibus ditionis albingaunensis *Gallè*, *Viossene*, TRAVERSO. ♃

26. **Ranunculus Seguieri** VILL. Fl. dauph. 3. p. 737. DC. Syst. 1. p. 238. et Prodr. 1. p. 30. — R. **Columnae** ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 50.
Ic. VILL. l. c. tab. 49. - ALL. l. c. tab. 67. fig. 3. 4.
In pascuis summarum alpium nicaeensium ex herb. H. R. Bot. Taurin., in alpibus albingaunensibus TRAVERSO. ♃

27. **Ranunculus pyrenaeus** L. Mant. - Cod. Linn. n.° 4065. DC. Syst. 1. p. 243. et Prodr. 1. p. 31.
β **bupleurifolius** DC. l. c. — R. **pyrenaeus** JACQ.
Ic. JACQ. Misc. 1. tab. 18.
In pascuis alpium maritimarum praesertim *di Frontero* copiosissime, TRAVERSO. ♃

28. **Ranunculus lacerus** Bellard. *App. p.* 233. DC. Prodr. 1. p. 31.
Ic. Bellard. l. c. tab. 8.
In montibus supra *Limone,* secundum exemplaria in herb. H. R. Bot. Taurinensis. ♃

29. **Ranunculus gramineus** L. Sp. p. 773. DC. Prodr. 1. p. 32.
Ic. Pumilus Ranunculus gramineis foliis Lob. Icon. p. 671.
In montibus *Foce di Cesano* ex specimine in herb. Vivianii. ♃

30. **Ranunculus Flammula** Smith Fl. brit. ed. Roem. 2. p. 587. et Engl. Fl. 3. p. 45. — R. Flammula et R. reptans L. Sp. p. 772. 773. DC. Prodr. 1. p. 32. n.° 52. et 53.
Ic. Flammula Ranunculus Dod. Purg. p. 292. Cesat. Iconogr. l. c.
In paludosis agri albingaunensis et ad Spediam frequens. ♃

31. **Ranunculus auricomus, laciniatus** Cesat. Herb. et Iconogr. stirp. ital. fasc. III. mox edend. — R. polymorphus All. Fl. ped. 2. p. 49. — R. auricomus Balb. *et* Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 262.?
Ic. All. l. c. tab. 82. fig. 2.
In monte *Chiappa*, ditionis bobbiensis, Cesati ex herb. eiusd. ♃

32. **Ranunculus chaerophyllos** Moris Fl. sard. 1. p. 35.
α vulgaris, foliis fere omnibus trisectis multifidis Moris l. c. — R. chaerophyllos DC. Syst. 1. p. 254. α (excl. syn. plur.) et Prodr. 1. p. 27.
Ic. R. tenuifolius luteus etc. Barrel. Icon. tab. 581. satis bona.
β flabellatus, foliis primordialibus ovatis, cordatisve, inciso-dentatis, dentatisve flabelliformibus Moris l. c. — R. flabellatus Desf. Fl. atl. 1. p. 438.
Ic. Desf. l. c. tab. 114.
In agro nicaeensi Ill. Carrega. ♃

33. **Ranunculus Villarsii** DC. Prodr. 1. p. 38. Koch Syn. p. 17. — R. montanus Balb. *et* Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 263.?
In pascuis montanis editioribus vulgaris: *Antola* D. Berti, *Boglelio*, *Penice*, alibique, cell. Cesati, Balsamo. ♃
β elatior, caule 1. 2. 3. floro, folii caulini inferioris tripartiti, petiolati, vel petiolo brevi dilatato subsessilis, segmentis lateralibus diva-

ricatis bifidis, medioque trifido vix dentatis, supremi tripartiti laciniis linearibus.

Ic. R. nivalis II. Crantz Stirp. austr. 2. p. 116. tab. 4. fig. 4.!

In pascuis montanis una cum praecedente.

Structura florum omnino eadem ac in var. α, nec ob discrimina hic exposita ab ea divellendus, eo magis quod in speciminibus ad priorem spectantibus, laciniae foliorum caulinorum dentatae, solitoque latiores quandoque reperiuntur. Auctores omnes qui ad manus sunt Icon. cit. Crantzii penitus obliti sunt.

34. Ranunculus acris L. Sp. p. 779. DC. Prodr. 1. p. 36. Turio *Pl. clavar. p.* 18.

Ic. R. hortensis II. Dod. Purg. p. 275.

In pascuis humidis hinc inde. ♃

Variat apud nos statura pedali vel bipedali, foliisque ad basim fere partitis, vel inferioribus, praesertim in locis pinguioribus, trisectis, fere ternatis, segmentis plus minusve profunde dentatis, incisis, laciniatisve, plus minusve latis. In montanis plerumque statura carpellisque minoribus occurrit. Glabrum hucusque non vidi.

35. Ranunculus nemorosus DC. Syst. 1. p. 280. et Prodr. 1. p. 37. - Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 12.

Ic. Pollin. Fl. veron. 2. tab. 2. fig. 5. Icon bona sed deficiens, cum plantam glaberrimam sistat.

In sylvaticis totius Liguriae collinis, montanisque vulgatissimus. ♃

Receptaculo setuloso, carpellisque stylo uncinatis apprime a sequentibus dignoscitur, ceterum ludit caulibus plus minusve ramosis, foliisque plus minusve villosis, foliorum lobis angustis, dilatatisque et

β giganteus, statura solito duplo triplove maiore.

In alneto quodam sub *il Forte de' Ratti* septemtriones versus. v.v.

36. Ranunculus lanuginosus, apenninus.

In pascuis umbrosis collinis montanisque vulgaris. ♃

Recedit a typo speciei, foliis adpresse parceque villosis, nec holosericeis. Variat statura a 5 decimetris ad metrum, sinubusque foliorum plus minusve angustis.

**37. Ranunculus velutinus, parviflorus.**

In pascuis udis secus feritorem, in collibus *d'Albaro*, copiose. ♃

Differt a genuino **R. velutino** Ten. (Ten. Syll. p. 272. Moris Fl. sard. 1. p. 41. Walps Repert. 1. p. 35.) floribus duplo minoribus.

Huic varietati valde affinis est **R. Haarbachii** mihi (Cf. Cesat. Cenn. in Bibl. ital. tom. XCI. p. 347. et Iconogr. stirp. ital. ic.); differt tamen statura elatiore, carpellis latioribus, magis compressis, stylo triangulari acuto, deorsum curvulo, qui in velutino brevior, vix acutus, introrsum directus.

**38. Ranunculus repens** L. Sp. p. 779. DC. Prodr. 1. p. 38. Turio *Pl. clavar. p.* 18. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 10.

Ic. **R. hortensis** I. Dod. Purg. p. 274.

In pascuis interdum inundatis et ad margines rivulorum. ♃

**39. Ranunculus bulbosus** L. Sp. p. 778. DC. Prodr. 1. p. 41. Bertol. *Pl. genuens. p.* 157. Turio *Pl. clavar. p.* 18. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 11.

Ic. **R. tuberosus** Dod. Purg. p. 290.

In pascuis frequentissimus. ♃

Planta vilis, mirum in modo variat statura a spithama ad pedem et ultra, caule simpliciusculo vel dichotome ramoso, foliis in speciminibus praesertim humilioribus interdum palmato-trilobatis (**R. neapolitanus** Ten. ex specim. a cl. Gussone). At quamvis pigeat varietates seiunctim describere, cunctasque proprio nomine indicare, nihilotamen sequentes tam insignes mihi visae sunt, ut nullo modo praeteriri mereantur.

1. **luxurians**, caule, a basi bulbiformi vel non, diviso, divisionibus ascendentibus dichotome ramosis, fistulosis, decimetra 4 et ultra altitud. aequantibus; foliis radicalibus, caulinisque inferioribus tripartito-trifoliolatis, segmentis obovatis cuneatisque obtuse dentatis trifidis, vel lateralibus bifidis, superioribus a basi tripartitis, lacinia media trifida vel subtrifoliolata, interdum ad petioli dilatato-amplectentis latera foliolo figura varia utrinque auctis, fere quinquepartitis; pedunculis sulcato-tetragonis; calyce reflexo; carpellis orbiculatis marginato-costatis stylo brevissimo uncinulatis; receptaculo hirsuto.

In pascuis humidis depressis prope Genuam, etiam ad rivulorum margines et tunc fere omnino glaber.

2. **ambiguus**, caule basi bulbiformi erecto, dichotome ramoso, foliis

radicalibus caulinisque inferioribus pinnato-trifoliolatis, foliolis lateralibus longe petiolulatis, terminalibusque tripartitis, segmentis lateralibus sessilibus, medioque petiolulato trifidis, laciniis late cuneato-subovatis 2, 3, 4 dentatis, petiolis basi dilatato-membranaceis amplexantibus; caulinis superioribus a basi quinato-digitatis, segmentis omnibus trisectis petiolulatis, intermedio maiore; floralibus 5-partitis segmentis lanceolatis, incisis; pedunculis sulcatis, calyce patulo non reflexo; carpellis iunioribus (matura nondum vidi) stylo brevi redunco terminatis, compressis; receptaculo hirsuto.

In collibus supra *S. Siro di Stroppa* prope Genuam.

Caulis inferne glaber, superne petiolique patenter pilosi; folia pedunculique plus minusve copiose pilis adpressis hirsutuli; flores magnitudinis R. bulbosi vulgaris.

Characteribus expositis et praecipue calyce patulo nec reflexo a R. bulboso satis differt, sed paucis observatis speciminibus dubius adhuc haereo, num sit tantum bulbosi varietas, num speciem propriam efficere debeat.

10. Ranunculus Philonotis Retz - DC. Prodr. 1. p. 41. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 13.* — R. parvulus Turio *Pl. clavar. p.* 18.?
Ic. Cesat. Iconogr. fasc. I. Engl. bot. tab. 1504.
In campis humidis Liguriae maritimae hinc inde.(1)

11. Ranunculus arvensis L. Sp. p. 780. DC. Prodr. 1. p. 41. Turio *Pl. clavar. p.* 18. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 15.
Ic. R. sylvestris III. Dod. Purg. p. 280.
In agris, vineisque, subinde etiam in pascuis ubique frequens.(1)

12. Ranunculus muricatus L. Sp. p. 780. DC. Prodr. 1. p. 43. Moris Fl. sard. 1. p. 50. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 16. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 53.
Ic. Lamck. Illustr. tab. 498.
In locis udis maritimis, *Sestri Ponente*, Chiappori; *Porto Maurizio*, Berti; *Portofino* etc., *Sestri Levante*, Genuae.(1)
Foliis glabris pilosisve passim occurrit.

13. Ranunculus parviflorus L. Sp. p. 780. DC. Prodr. 1. p. 42. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 14. cum variet. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 53.

Ic. Cesat. Iconogr. fasc. I. Engl. bot. tab. 120.

In pascuis humidis, olivetisque tum in maritimis cum in submontanis. (I)

In humidioribus locis luxuriat, foliis amplioribus, caule proceriore; ceterum facile dignoscitur floribus in genere parvis, carpellisque granulato-setuligeris.

### VIII. FICARIA Dill. — Endl. Gen. n.° 4785.

44. Ficaria ranunculoides Moench - DC. Prodr. 1. p. 44. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 17. — R. Ficaria L. Sp. p. 774. Turio *Pl. clavar. p.* 18. Bertol. *Pl. genuens. p.* 157.

Ic. — Chelidonium minus Dod. Pempt. p. 49.

Vulgaris in cultis, secus margines viarum, ad sepes etc. ♃

Sepalis basi inflato-saccatis, a Ranunculis, ceteris omissis, etiam differt.

## *II. FOLLICULARES.*

### IX. CALTHA L. — Endl. Gen. n.° 4786.

45. Caltha palustris L. Sp. p. 784. DC. Prodr. 1. p. 44.

Ic. C. palustris Dod. Pempt. p. 598.

In spongiosis, paludibusque montanis, alla Scaggia supra *Pegli*, supra *l'acqua santa di Voltri, alle capanne di Marcaruolo, Garezzo, S. Stefano d'Aveto.* ♃

In locis aestate arescentibus, occurrit statura justo minore, caulibus basi procumbentibus, pedunculis interdum radicalibus subaphyllis. Folia in speciminibus nostris semper, sinu lato angulari, reniformi cordata, in exteris saepe foliorum lobis se invicem tegentibus vidi.

### X. TROLLIUS L. — Endl. Gen. n.° 4787.

46. Trollius europaeus L. Sp. p. 782. DC. Prodr. 1. p. 45. Balb. *et* Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 267.

Ic. Ranunculus glomerato flore Clus. Hist. 1. p. 237.

In pascuis montanis editis frequens. Specimina dederunt M. D. Berti, Chiappori, Balsamo. ♃

## XI. ERANTHIS Salisb. — Endl. Gen. n.° 4788.

**17.** Eranthis hyemalis Salisb. - DC. Prodr. 1. p. 46. — Helleborus hyemalis L. Sp. p. 783.

Ic. Aconitum luteum minus Dod. Purg. p. 312.

In agris transapenninis vulgatissima. v.v. Provenit porro in pascuis alpium maritimarum secundum specimina herb. Vivianii. ♃

Sepala primum lutea obovalia, dein decolora, decidua.

## XII. HELLEBORUS Adans — Endl. Gen. n.° 4789.

**48.** Helleborus niger L. Sp. p. 783. DC. Prodr. 1. p. 46. Turio *Pl. clavar. p.* 18. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 66.

Ic. H. niger legitimus Clus. Hist. 1. p. 274.

In sylvaticis *della Bocchetta* supra Genuam Rev. De Negri. In sylvis montanis clavarensibus ex Turio. ♃

**49.** Helleborus viridis L. Sp. p. 784. DC. Prodr. 1. p. 47. Turio *Pl. clavar. p.* 18. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 19. Bertol. *Pl. genuens. p.* 158.

Ic. Veratrum nigrum alterum Dod. Purg. p. 190.

In dumetosis collinis montanisque vulgaris. ♃

**50.** Helleborus dumetorum W. et K. — DC. Prodr. 1. p. 47. Koch Syn. p. 20.

Iisdem in locis ac praecedens. ♃

Ab H. viridi differt, statura minori, foliorum radicalium segmentis lanceolatis, oblongove-lanceolatis, argute serratis, sepalis ovalibus. Ludit vero sepalis ovato-subrotundis, subrotundisque, et more praecedentis foliis glabris vel glanduloso breve pubescentibus. An tantum varietas?

**51.** Helleborus foetidus L. Sp. p. 784. excl. β. DC. Prodr. 1. p. 47. Turio *Pl. clavar. p.* 18. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 20. Bertol. *Pl. genuens. p.* 158.

Ic. Helleboraster maximus Lob. Icon. p. 679.

Vulgatissimus in asperis confragosis collium et montium totius Liguriae. ♃

## XIII. NIGELLA L. — Endl. Gen. n.° 4794.

52. Nigella arvensis L. Sp. p. 753. DC. Prodr. 1. p. 49.
Ic. Melanthium sylvestre Dod. Pempt. p. 303.
In agris transapenninis ditionis novensis, Savignone. ①

53. Nigella damascena L. Sp. p. 753. DC. Prodr. 1. p. 49. Turio *Pl. clavar. p.* 17. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 21. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 65.
Ic. Melanthium damascenum Dod. Purg. p. 503.
In cultis regionis olivetorum passim. ①

## XIV. AQUILEGIA L. — Endl. Gen. n.° 4795.

54. Aquilegia viscosa Gouan Ill. p. 33. Avé Lallem. *de quibusd. Pl. ital. p.* 14. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 64. — A. pyrenaica DC. Syst. 1. p. 337. et Prodr. 1. p. 50. Bertol. Fl. alp. apuan. in Amoen. p. 374.
Ic. Gouan l. c. tab. 19. mala et incompleta.
In pascuis Apennini Liguriae orientalis supra *S. Stefano d'Aveto*, Traverso. ♃

A. pyrenaica Fl. helv. ab hac certe differt, floribus dimidio fere minoribus, calcaribus gracillimis, sepalis ovato-ellipticis, antheris muticis, floribus intense coeruleo-violaceis; dum in nostra e contra, calcar fauce ampliatum laminam aequans, sepala subcordato-ovata, antherae mucronatae, flores dilute coerulei.

55. Aquilegia vulgaris L. Sp. p. 752. DC. Prodr. 1. p. 50. Moris Fl. sard. 1. p. 57. Avé Lallem. *de quibusd. Pl. ital. p.* 15.
Ic. Aquilegia Lob. Icon. p. 761.
In pascuis collinis montanisque sylvaticis copiose. ♃

Cum foliis caulibusque glabris, *leaves and stem smooth*, qualis a Smithio (Engl. Fl. 3. p. 33.) describitur, apud nos numquam vidi, sed semper caule foliisque plus minusve pubescentibus. — Variat floribus nunc saturate violaceis, nunc lilacinis, nunc in ipsissimis individuis minoribus quam in statu normali, et insuper segmentis foliorum plus minusve amplis, plus minusve profunde incisis.

## XV. DELPHINIUM L. — Endl. Gen. n.° 4796.

36. **Delphinium gracile** Moris Fl. sard. 1. p. 60. — D. gracile α DC. Syst. 1. p. 347. et Prodr. 1. p. 52.

In agro nicaeensi Ill. Carrega. ♃

Petala inferiora longiuscule unguiculata, lamina subcordato-rotundata. Tota planta, petalis exceptis dorso puberulis, glabra, folia rigidula, pistilla tria. — An huc D. peregrinum All. et Bertol.?

37. **Delphinium Consolida** L. Sp. p. 748. DC. Prodr. 1. p. 51. Turio *Pl. clavar. p.* 17. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 22.

Ic. Flos regius sylvestris Dod. Pempt. p. 252.

In agris convallium apenn. et alpium maritimarum et in transapenninis vulgare. ①

38. **Delphinium Aiacis** L. Sp. p. 748. DC. Prodr. 1. p. 51.

Ic. Flos regius Dod. Pempt. p. 252. — Consolida regalis flore rubro Lob. Icon. p. 740.

In regione olivetorum frequens, tum in agris humilioribus, cum in collinis, atque in ruderatis et ad muros in ipsa urbe. ①

Iis perspectis quae de D. Aiacis habet celeb. DC. l. c. et in Syst. veget. 1. p. 341., nempe inesse huic speciei pedicellos bracteas aequantes, iam nunc D. Aiacis in agro Mediolanensi lectum, a Candolleano pedicellis bractea longioribus recedens, nomine D. Aiacis consolidati distinxeram (Cf. Cesat. Cenn. in Bibl. ital. XCI. p. 347.), at temporis progressu mihi compertum est, hanc speciem variare pedicellorum longitudine, caule simplici, ramosove, ramis erectis vel divaricatis, quod iam iam ex ipsis iconibus ab Auctoribus citatis clare patet, quamobrem variationes huiusmodi passim obvias, tum in planta culta, cum in spontanea, vel ab hortis profuga, vix notatu dignas existimo. Formae pumilae accedunt, praecipue ob caulem divergenti-ramosum, omniumque partium pubescentiam ad D. pubescens DC., sed florum structura omnino eadem ac in D. Aiacis genuino, nempe petalum trilobum, lineolis Aiacis nomen simulantibus notatum, lobo superiore plus minusve producto et bilobo; sepalum superius longe calcaratum; folliculi solitarii pubescentes. Variat porro foliorum segmentis plus minusve longis vel latis, ut et tota

planta plus minusve canescenti, pilis duplicis naturae; alii breves curvuli subadpressi; alii patentes glandulae oblongae luteolae insidentes, sed de iis nulla apud Auctores est mentio, quamvis extent in ipsis D. **pubescentis** speciminibus quae e Gallia australiori a cl. Aunier accepi. Ceterum planta nostra D. **pubescenti** valde proxima, sed D. **pubescens** non idem est cum D. **tenuissimo** Sibth. sicuti habet cl. Reichenbach in Fl. excurs. n.° 4669.

## XVI. ACONITUM L. — Endl. Gen. n.° 4797.

**59. Aconitum Lycoctonum** L. Sp. p. 750. DC. Prodr. 1. p. 57. Koch Syn. p. 25. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 23.

Ic. A. **luteum maius** Dod. Purg. p. 310.

In sylvaticis apenninorum frequens. ♃

Multum variat statura, caulis divisione, foliorum magnitudine.

**60. Aconitum intermedium** DC. Prodr. 1. p. 61. α. Sering. Mus. helv. p. 152. — A. **Störkeanum** Rchb. Fl. excurs. p. 739. — A. **Cammarum** Balb. *et* Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 225.

Ic. Sering. l. c. tab. 15. fig. 39. 40. 49.

In convallibus apenninorum centralium lectum, dederunt D. Rosellini et Pharmacopola Della Cella. ♃

Variat foliis inferioribus interdum pilis aliquot raris adspersis, filamentis staminum glabris.

**61. Aconitum rostratum, Jacquinianum** Sering. Mus. hel. 1. p. 142.

Ic. Jacq. Fl. austr. 5. tab. 224.

In pascuis apennini Liguriae orientalis editioribus, Della Cella. ♃

Specimen quod ad manus habeo, habitu toto, foliorumque forma congruit cum A. **rostrati Schleicheriani** specimine, differt vero galea magis elongata, inclinataque, acute rostrata, nectariis labello longiore instructis.

Idem ornatiss. Pharmacop. Della Cella dedit insuper aliam Aconiti formam forte ad **variegatum** vel **paniculatum** spectantem, at ex exemplari incompleto, floribus carente, nil eruere valeo.

Num huc referendum sit A. **napellus** Badarò (Pl. Lig. occid. n.° 24.), ex alpibus ligusticis vel ad praecedens, absque speciminum Auctoris inspectione vix definiendum.

### *III. BACCATAE.*

#### XVII. ACTAEA L. — Endl. Gen. n.° 4779.

62. Actaea spicata L. Sp. p. 722. DC. Prodr. 1. p. 65. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 306.
Ic. Christophoriana Dod. Purg. p. 237.
In sylvaticis montium editiorum vulgaris. ♃

*Obs.* Prostat in herbario Vivianii specimen unicum Paeoniae cuiusdam in montibus supra Vintimiliam lectum, sed tam malum et imperfectum ut determinari nequeat.

---

## II. BERBERIDEAE Vent.

#### XVIII. BERBERIS L. — Endl. Gen. n.° 4814.

63. Berberis vulgaris L. Sp. p. 472. DC. Prodr. 1. p. 105.
Ic. B. dumetorum Ard. Mem. tab. 12. — Spina acida Dod. Pempt. p. 750.
In collibus inter *Pegli* et *Sestri* in Liguria occidentali legit D. Chiappori. Nicaeae Cesati. ♄

---

## III. NYMPHAEACEAE DC.

#### XIX. NYMPHAEA Neck. — Endl. Gen. n.° 5020.

64. Nymphaea alba L. Sp. p. 729. DC. Prodr. 1. p. 115. Bertol. Fl. ital. 5. p. 329.
Ic. Lob. Icon. p. 595.
In paludibus ad Spediam et ad Varum. ♃

### XX. NUPHAR Sm. — Endl. Gen. n.° 5021.

65. Nuphar lutea S. et Sm. - DC. Syst. 1. p. 60. et Prodr. 1. p. 116. Bertol. Fl. ital. 5. p. 331. — Nymphaea lutea L. Sp. p. 729.
Ic. Engl. bot. tab. 159.
In lacusculis apennini Liguriae orientalis supra S. Stefano d'Aveto, Traverso. ♃

---

## IV. PAPAVERACEAE DC.

### XXI. PAPAVER Tourn. — Endl. Gen. n.° 4823.

66. Papaver hybridum L. Sp. p. 725. DC. Prodr. 1. p. 118. Moris Fl. sard. 1. p. 72. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 291. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 316. (excl. P. argemonoide diversiss.).
Ic. Argemone capitulis torulosis etc. Lob. Icon. p. 276. - Cesat. Iconogr. stirp. ital. fasc. I. Papaver. ic. III.
In cultis ruderatisque regionis olivetorum. ①
Variat segmentis foliorum obtusis, floribus paullo maioribus (P. apulum Ten. Syll. p. 255. ex specim. in herb. Viviani).

67. Papaver Argemone L. Sp. p. 725. DC. Prodr. 1. p. 118. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 25.? Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 318.
Ic. Argemone capitulo longiore Lob. Icon. p. 276.
In agris ditionis novensis Cambiaggi. ①
In Liguriae maritimae cultis hucusque non vidi.

68. Papaver dubium Moris, in Moris et DNtrs. Fl. Caprar. n.° 10. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 322.
α capsula clavata, oblongove-clavata Fl. Caprar. l. c. — P. dubium L. Sp. p. 726. DC. Prodr. 1. p. 118. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 26.
Ic. Engl. bot. tab. 644.
β brevicapsulare Fl. Caprar. l. c. — P. obtusifolium Desf. Fl. atl. 1. p. 407.
Ic. P. dubium Fl. dan. tab. 902.

Promiscue tum species cum varietas in locis campestribus Liguriae maritimae. (1)

69. Papaver Rhoeas L. Sp. p. 726. DC. Prodr. 1. p. 118. Turio *Pl. clavar. p.* 17. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 27. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 324.
Ic. P. erraticum Dod. Purg. p. 333.
In cultis passim, quandoque etiam in pascuis aridioribus secus litora. (1)
β setulis pedunculorum adpressis. — P. Rhoeas strigosum Bonning. - Moris et DNtrs. Fl. Caprar. n.° 11.
In pascuis litoreis sterilibus Savonam versus. v.v.
γ foliis bipinnatifidis, cauleque solito hispidioribus. — P. Roubiaei Auct. quorund. non DC.
Circa Porto-Maurizio, Berti.

70. Papaver somniferum L. Sp. p. 726. Moris Fl. sard. 1. p. 79. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 28. — P. setigerum Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 326.
Ic. P. nigrum sativum Dod. Pempt. p. 445.
In agris inter *Nervi* et *Recco* in Lig. orient. ex specim. herb. Viviani. In olivetis Lig. occid. ex Badarò l. c. (1)

XXII. GLAUCIUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 4826.

71. Glaucium flavum Crantz - DC. Prodr. 1. p. 122. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 29.
Chelidonium Glaucium L. Sp. p. 724. Turio *Pl. clavar. p.* 17.
Glaucium luteum Smith - Bertol. *Pl. genuens. p.* 155. *et Fl. ital.* 5. *p.* 312.
Ic. Papaver corniculatum Dod. Purg. p. 336.
In litoreis passim. ♂ ♃
Variat foliis glaberrimis vel, junioribus praesertim, radicalibusque villosis. Capsula optime observante cl. Eq. Morisio (Fl. sard. 1. p. 81.) tandem laeviuscula evadit.

XXIII. CHELIDONIUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 4819.

72. Chelidonium maius α L. Sp. p. 723. DC. Prodr. 1. p. 123. Turio *Pl. clavar. p.* 17. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 30. Bertol. *Fl. ital.* 5 *p.* 309.
Ic. Ch. maius vulgare Clus. Hist. 2. p. 203.

In locis umbrosis, ad muros et in ruderatis hinc inde sed parce. Circa Genuam raro. ♃

### XXIV. HYPECOUM L. — Endl. Gen. n.° 4833.

73. Hypecoum procumbens L. Sp. p. 181. DC. Prodr. 1. p. 123. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 31.
Ic. Hypecoum Dod. Purg. p. 343.
In arenosis maritimis Liguriae occidentalis prope *Menton* Rastoin, in olivetis *la Pietra* ex speciminibus herbarii cl. Prof. Gherardi, Vintimiliae Panizzi, in litore prope *Finale* Fossati. ①

---

## V. FUMARIACEAE DC.

### XXV. CORYDALIS DC. — Endl. Gen. n.° 4839.

74. Corydalis tuberosa DC. Prodr. 1. p. 127.
Ic. Radix cava Dod. Purg. p. 23.
In monte *Carmo* Liguriae occidentalis ex specimine in herb. Viviani, in montanis supra Serravalle, Cambiaggi. ♃

Coryd. capnoides β DC. l. c. p. 129. in subalpinis Liguriae ex Badarò (Pl. Lig. occid. n.° 32.) proveniens, mihi ad hanc usque diem non contigit.

### XXVI. FUMARIA DC. — Endl. Gen. n.° 4843.

75. Fumaria agraria Lagasc. — F. maior Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 34.
In olivetis Liguriae occidentalis Badarò ex specimine herb. Viviani.! Circa *Porto Maurizio* lectam dedit M. D. Berti, Uneliae, Albingauni etc. Traverso. ①

Habitus omnino Fumariae capreolatae; sed nuculis praesertim minute tuberculatis, pedicellisque fructiferis patentibus nec reflexis diversa. A reliquis generis vel florum magnitudine et structura, vel foliis, vel nucularum forma aeque differt.

76. Fumaria capreolata L. Sp. p. 985. DC. Prodr. 1. p. 30. Turio *Pl. clavar. p.* 21. Bertol. *Pl. genuens. p.* 158. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 33.
Ic. Savi Mat. med. tab. 1. fig. 1. ex cl. Moris Fl. sard. 1. p. 87.
Omnium vulgatissima in hortis, ad muros, sepes, viarum margines, tum in litoreis, cum in collinis montanisque Liguriae meridionalis. ①

77. Fumaria officinalis L. Sp. p. 130. DC Prodr. 1. p. 130. Moris Fl. sard. 1. p. 90. Turio *Pl. clavar. p.* 21. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 36.
Ic. Fumaria Dod. Pempt. p. 52.
densiflora — F. spicata All. Fl. ped. n.° 1086. ex Diagn. cl. Morisii.
In agris, hortis, locis campestribus frequens. ①

78. Fumaria parviflora, albiflora Moris Fl. sard. 1. p. 91. — F. leucantha Viv. Fl. cors. diagn. 1. p. 12. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 35.
Ic. F. lobis longioribus et angustioribus Vaill. Bot. paris. tab. 10. fig. 6.
In hortis Genuae, in cultis Liguriae occiduae, Albingauni, Uneliae, Vintimiliae, vulgo. ①

---

## VI. CRUCIFERAE Juss.

### SECTIO I.

### *LOMENTACEAE* Moris Fl. sard. 1. p. 93.

### XXVII. RAPHANUS L. — DC. Prodr. 1. p. 228.

79. Raphanus Raphanistrum L. Sp. p. 953. DC. Prodr. 1. p. 229. Moris Fl. sard. 1. p. 100. Turio *Pl. clavar. p.* 20. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 72.
Ic. Rapistrum fl. albo etc. Lob. Icon. p. 199.
In agris, ruderatis et ad vias frequens. ①
Variat floribus purpurascentibus, luteis, albidisve; foliis simpliciter vel interrupte lyratis, lomentis crassis 2, 3 spermis, articulisque sulcatis fere spongiosis rostro multoties crassioribus, et 6, 8 spermis rostro conico longissimo glabro vel striguloso diametro vix maioribus.

R. Landra MORETTI quem cl. BADAR. (Pl. Lig. occid. n.° 73.) asserit se invenisse in olivetis Liguriae mihi haud visum. Ceterum cl. POLLINI in Fl. veron. 3. tab. 4. R. Raphanistrum pro vero R. Landra depinxisse videtur.

## XXVIII. CAKILE DC. — ENDL. Gen. n.° 4899.

80. Cakile maritima SCOPOL. Fl. carn. ed. 2. 2. p. 35. DC. Prodr. 1. p. 185. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 54. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 164. — Bunias Cakile L. Sp. p. 936. TURIO *Pl. clavar. p.* 20. BALB. *add. ad Fl. ped. n.°* 33.

Ic. C. Serapionis Erucae folio LOB. Icon. p. 223.

β sinuatifolia DC. Prodr. l. c. — C. aegyptiaca WILLD. Sp. 3. p. 417.

Vulgatissima in litoreis praesertim arenosis a Nicaea ad Spediam. β circa *Albenga* et ad Spediam. ①

## XXIX. BUNIAS R. BR. — DC. Prodr. 1. p. 229.

81. Bunias Erucago L. Sp. p. 935. DC. Prodr. 1. p. 230. BADAR. *Pl Lig. occid. n.°* 74.

Ic. Sinapi echinatum DALECH. Lugd. 1. p. 667.!

In cultis. ①

## XXX. RAPISTRUM CRANTZ — ENDL. Gen. n.° 4968.

82. Rapistrum rugosum ALL. Fl. Ped. 1. p. 257. DC. Prodr. 1. p. 227. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 71. — Myagrum rugosum L. Sp. p. 893. BERTOL. *Pl. gennens. p.* 162.

Ic. ALL. Fl. ped. tab. 78. (de qua cf. MORIS Fl. sard. 1. p. 108.).

In ruderatis, saepissimeque in alveo torrentium vulgare. ①

Variat pro loco, caulibus diffusis vel arrecti-ramosis, lomentis glabris vel frequentius hirtis, plus minusve anguloso-rugosis, et, iam nunc adnotante cl. BADARÒ, lomentorum articulo utroque seminifero vel superiore aut inferiore ut plurimum sterili, vel demum inferiore dispermo.

SECTIO II.

## *NUCAMENTACEAE* Moris Fl. sard. 1. p. 94.

### XXXI. CALEPINA Adans. — Endl. Gen. n.° 4966.

83. Calepina Corvini Desv. — DC. Prodr. 1. p. 225. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 70.
Ic. Thlaspi anglicum fl. albo Barrel. tab. 894. 1. et Myagrum supinum album Eiusd. tab. 1252. mediocres.
In agris, ad viarum latera, etiam in montanis. ①

### XXXII. ISATIS L. — Endl. Gen. n.° 4938.

84. Isatis tinctoria L. Sp. p. 936. DC. Prodr. 1. p. 211. α. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 63.
Ic. I. sylvestris Dod. Pempt. p. 79. vix mediocris.
Exemplaria collecta in collibus *di Caprazoppa*, ubi primum a cl. Badarò inventa est, dedit amicissimus Cesati, ex agro nicaeensi prope *la Scarena*, Montolivo, in monte *Carro* Lig. orient. Bertucci. ♂

85. Isatis canescens α DC. Prodr. 1. p. 211.
In eodem loco ac praecedente legit cl. Cesati ex Eiusd. herbario. ♂

### XXXIII. CLYPEOLA DC. — Endl. Gen. n.° 4877.

86. Clypeola Jonthlaspi L. Sp. p. 910. DC. Prodr. 1. p. 165. — Fosselinia Jonthlaspi All. *Fl. ped.* 1. *p.* 247.
Ic. Thlaspi alterum minus elongatum etc. Lob. Icon. p. 215.
In pascuis apricis collinis agri nicaeensis ex speciminibus herb. H. R. Bot. Taurinensis a cl. Eq. Morisio et a Rev. Montolivo. ①

## SECTIO III.

## *SILICULOSAE* MORIS Fl. sard. I. p. 94.

### a. *angustiseptae* MORIS l. c.

### XXXIV. BISCUTELLA L. — ENDL. Gen. n.° 4889.

87. Biscutella saxatilis SCHLEICH. — DC. Prodr. I. p. 183. BERGAM. *Git. Apenn. in Giorn. fis. ch. St. nat. di Pavia v. 7. 1824. p. 271.*
Ic. DC. Diss. tab. 10. ex ipso Auct. l. c.
In pascuis montanis collinisque apricis frequens. ♃
Differt tantum ab insequente siliculis disco punctis elevatis vel squamulis albidis crebris notatis. Variat foliis integris vel dentatis, caulibus plus minusve elatis. Siliculae juniores venosae, maturae aveniae.

88. Biscutella laevigata L. Mant. ex Cod. Linn. n.° 4754. (excl. syn. COLUMN.). DC. Prodr. I. p. 182. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 164.
Ic. DC. Icon. gall. rar. tab. 38.
β coronopifolia, foliis pinnatifidis, lobis obtusis, remotis. — B. coronopifolia ALL. Fl. ped. I. p. 247. DC. Prodr. I. p. 183.
Ic. DC. Diss. tab. 18. ex Prodr. l. c.
In pascuis montanis editis. ♃
Siliculae glaberrimae, sub lente venoso-reticulatae, punctisque minutissimis impressis notatae. Folia variant plus minusve hispida.
Biscutella coronopifolia a laevigata non differt nisi foliis pinnatifidis; transitus ab una in alteram evidentissimi sunt, ipso adnotante celeb. ALLIONIO, qui Biscutellae didymae ejusd. (laevigatam et saxatilem ut videtur ex synonymis adductis in Fl. ped. l. c. comprehend.) varietatem soli siccitati tribuendam iam nunc pronunciavit.

### XXXV. IBERIS R. BR. — ENDL. Gen. n.° 4887.

89. Iberis nana ALL. *Auct. p.* 15. DC. Syst. 2. p. 403. et Prodr. I. p. 179.
Ic. ALL. l. c. tab. 2. fig. I. mala.
In pascuis alpium maritimarum agro nicaeensi et Pedemontio conterminis legit Hortulanus H. R. Botanici Genuensis. ①

90. Iberis ciliata All. *Auct. ad Fl. ped. p.* 15. DC. Prodr. 1. p. 179.
Ad rupes in montibus nicaeensibus prope *la Scarena.* ♄

91. Iberis linifolia L. Sp. p. 905. DC. Prodr. 1. p. 179. α.
Ic. Thlaspi lusitanicum umbellatum gramineo folio etc. Garid. Hist. tab. 105.

In agro nicaeensi Piccaroli. ① Stat in herb. Viviani ex eodem loco. A sequente differt floribus maioribus, caule gracili elatiore superne paniculato-ramoso, ramis patentibus, foliis omnibus linearibus angustissimis. Icon Clusii (Hist. 2. p. 132.) Thlaspeos IV. odorato flore a Willdenowio sub hac specie adducta, a nostra foliis apice dilatatis dentatisque omnino abhorret.

92. Iberis umbellata L. Sp. p. 906. DC. Prodr. 1. p. 176. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 251.
Ic. Thlaspi Candiae umbellatum etc. Lob. Icon. p. 216.

α vulgaris, foliis caulinis sensim decrescentibus inferioribus anguste lanceolato-acuminatis, superioribus linearibus subinde sursum paullulum dilatatis subspathulatis acutis obtusiusculisve carnosis, floribus compacte corymboso-umbellatis, lobis siliculae acuminato-cuspidatis porrectis, extrorsum integris, subdenticulatisve.

I. umbellata Bertol. *Pl. genuens. p.* 163. ex loco natali. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 52. Savi Bot. etr. 2. p. 185.! ex specimine cum amiciss. D. Rosellini a cl. Petro Savi communicato.!

In collibus montibusque Liguriae occiduae, locis saxosis vulgatissima, in Liguria orientali Bertucci. ①

Variat statura a digito ad pedem, simplex vel ramosa.

β latifolia, robustior, erecta superne patenter ramosa, foliis caulinis lato-lanceolatis integris, floribus corymboso-umbellatis, siliculарum, ut plurimum circumalatarum, lobis ovato-subacuminatis vel acutissimis porrectis.

In insula Palmaria ad Spediae sinus. ①

Haec forma prae altera accedit ad Iberidem umbellatam hortensem.

γ Roselliniana, glaberrima, caule adscendente vel decumbente ramoso, ramis erectis patentibus subtortuosisve, foliis radicalibus . . . deciduis, caulinis lineari-subspathulatis, obtusis, lanceolatisve obtusiusculis carnosulis, floribus racemoso-corymbosis, inferiorum plerumque

arbotientium pedicellis patentibus arcuatisve convergentibus, siliculis ovato-subrotundis, lobis ovato-breve cuspidatis, latitudine valvularum. In collibus aridis supra *Sestri di Ponente*, legerunt D. Rosellini et Chiappori. ① vel ♂

93. **Iberis pinnata** β **crenata** DC. Prodr. 1. p. 180.

Circa Savonam ex specimine in herb. Vivianii a cl. Prof. Gherardi. ①

Iberidis pinnatae specimina herbarii mei ex Helvetia a cl. Monnard accepta, omnibus partibus, praeter flores et fructus, pubescentia video, quapropter varietatem hanc nostram pariter pubescentem, specie separandam non esse ab I. pinnata existimo, etiamsi illam glabram declarent celeb. DC. aliique.

94. **Iberis garrexiana** All. *Fl. ped.* 1. *p.* 250. DC. Prodr. 1. p. 180. Badar. *Pl. Lig. occid. n.º* 53.

Ic. All. l. c. tab. 40. fig. 3. et 54. fig. 2.

Ad rupes in alpibus maritimis vulgatissima, et in apenninis Liguriae orientalis supra *S. Stefano d'Aveto.* ♄

XXXVI. CAPSELLA Vent. — Endl. Gen. n.º 4927.

95. **Capsella Bursa pastoris** Moench. - DC. Prodr. 1. p. 177. Badar. *Pl. Lig. occid. n.º* 49. — Thlaspi Bursa pastoris L. Sp. p. 903. Turio *Pl. clavar. p.* 20. Bertol. *Pl. genuens. p.* 163.

Ic. Bursa pastoria Lob. Icon. p. 221.

Ubique ad vias, in ruderatis, agris. ①

Polymorpha, saepe tota Uredine candida conspurcata.

XXXVII. THLASPI Gaud Fl. helv. et Syn. p. 530. Koch Syn. p. 68.

96. **Thlaspi rotundifolium** Gaud Syn. Fl. helv. p. 530. — **Iberis rotundifolia** L. Sp. p. 905. — **Hutchinsia rotundifolia** R. Br. - DC. Prodr. 1. p. 177.

Ic. Scopol. Fl. carn. ed. 2. tab. 37.

In saxosis alpium maritimarum *Col di Tenda* ex herb. Vivianii, *Madonna delle Finestre* ex specim. a Rev. Montolivo. ♃

**97**. Thlaspi alpestre L. Sp. p. 903. DC. Prodr. 1. p. 176. Smith Engl. Fl. 3. p. 172.

Ic. Thl. montanum II. Clus. Hist. 2. p. 131 satis bona.

In pascuis editis apenninorum raro, monte Boglelio Cesati. Tendae Viviani. ♃

Icon Clusii duce Smithio ad hanc speciem aptius reducenda, potiusquam ad Thl. montanum.

**98**. Thlaspi perfoliatum L. Sp. p. 902. DC. Prodr. 1. p. 176. $\alpha$.

Ic. Thl. cordatum minus fl. albo insipidum Barrel. tab. 815.

In agris et pascuis apricis frequens. ①

**99**. Thlaspi arvense L. Sp. p. 901. DC. Prodr. 1. p. 175. Turio *Pl. clavar. p.* 20.

Ic. Thl. Dioscoridis Drabae etc. Lob. Icon. p. 212.

In agris montanis hinc inde, copiose. ①

XXXVIII. AETHIONEMA R. Br. — DC. Prodr. 1. p. 208.

**100**. Aethionema saxatile R. Br. - DC. l. c. $\alpha$. — Thlaspi saxatile L. Sp. p. 901.

Ic. Thlaspi montanum pingui folio etc. Barrel. tab. 845. vix mediocris, sed melior icone Zannon. tab. 164.

In collibus circa Nicaeam Rev. Montolivo. ♃

XXXIX. LEPIDIUM Moris Fl. sard. 1. p. 125.

**101**. Lepidium alpinum L. Cent. II. ex Cod. Linn. n.° 4681. — Hutchinsia alpina R. Br. - DC. Prodr. 1. p. 178.

Ic. Cardamine alpina III. minima Clus. Hist. 2. p. 128. bona.

Ad rupes in alpibus maritimis abunde, cl. Prof. Gherardi, Traverso; ibidem in alpibus *di Clauso* ex Rev. Montolivo.! ♃

**102**. Lepidium petraeum L. Sp. p. 889. — Hutchinsia petraea R. Br. - DC. Prodr. 1. p. 178. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 50. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 252.

Ic. Cardamine pusilla saxatilis etc. Columm. Ecphr. tab. 273.

In arenosis humidis circa Tendam, VIVIANI, ex Eiusd. herbario; Nicaeae ex specim. a Rev. MONTOLIVO, et CARREGA. ①

**103.** Lepidium procumbens L. Sp. p. 898. — Hutchinsia procumbens DESV. - DC. Prodr. 1. p. 178. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 51. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 252. — L. petraeum BERTOL. *Pl. genuens. p.* 162. non L. ex loco.

Ic. Nasturtium pumilum supinum verum MAGN. Bot. monsp. tab. 184. Ad muros, tecta, in ipsa urbe, alibique frequens. ①

**104.** Lepidium latifolium L. Sp. p. 899. DC. Syst. 2. p. 548. et Prodr. 1. p. 207.

Ic. Raphanus sylvestris officinarum LOB. Icon. p. 318.

In humidis planitiei albingaunensis, TRAVERSO. ♃

**105.** Lepidium graminifolium L. Sp. p. 900. MORIS Fl. sard. 1. p. 128. — L. Iberis DC. Prodr. 1. p. 207. ex parte secundum cl. MORIS l. c. TURIO *Pl. clavar. p.* 20. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 163. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 61.

Ic. Iberis CHABR. Sciagr. p. 296.

Vulgatissimum ad viarum margines, in ruderatis et in pascuis aridis. ♃

**106.** Lepidium ruderale L. Sp. p. 900. DC. Prodr. 1. p. 205.

Ic. Thlaspi minus hortense etc. LOB. Icon. p. 214.

In ruderatis circa Serravalle ad Scriviam, CAMBIAGGI; in montibus clavarensibus ad pagos, TRAVERSO. ① Herba foetens.

**107.** Lepidium campestre R. BR. - DC. Prodr. 1. p. 204. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 62. — Thlaspi campestre L. Sp. p. 902. TURIO *Pl. clavar. p.* 20.

Ic. — Thl. latifolium FUCHS. Hist. p. 306.

In pascuis collinis montanisque frequens. ♂

Variat foliis plus minusve pilis minutis curvulis, incanis. Glabrum apud nos hucusque non observavi.

**108.** Lepidium Draba L. Sp. ed. 1. ex Cod. Linn. n.° 4714. DC. Prodr. 1. p. 203. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 60. — Cochlearia Draba L. Sp.

ed. 2. p. 904. TURIO *Pl. clavar. p.* 20. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 163. BALB. *et* NOCC. *Fl. ticin.* 2. *p.* 8.

Ic. Draba seu Arabis latifolia et Draba angustifolia etc. BARREL. tab. 213. 1. 2.

In ruderatis et graminosis ad vias, in maritimis vulgatissimum. ♃

## XL. SENEBIERA POIR. — ENDL. Gen. n.° 4975.

**109.** Senebiera Coronopus POIR. - DC. Prodr. 1. p. 202. — Cochlearia Coronopus L. Sp. p. 904.

Ic. Cornu cervi alterum repens DOD. Pempt. p. 110.

In pinguibus maritimis, locisque interdum inundatis, Nicaeae, *Porto Maurizio* BERTI; in collibus Liguriae transapenninae Rev. DE NEGRI, cl. CESATI. ①

**110.** Senebiera didyma PERS. Syn. 2. p. 185. — S. pinnatifida DC. Syst. 2. p. 523. et Prodr. 1. p. 203. — Lepidium didymum L.

Ic. REICHB. Iconogr. Cent. 12. tab. 4209.

In agro nicaeensi ill. CARREGA; subinde in hortis genuensibus sed rarissima. ①

b. *latiseptae* MORIS Fl. sard. 1. p. 95.

## XLI. COCHLEARIA TOURN. — ENDL. Gen. n.° 4882.

**111.** Cochlearia saxatilis LAMCK. — DC. Prodr. 1. p. 172. — Myagrum saxatile L. Sp. p. 894.

Ic. Thlaspi petraeum myagrodes PONA in CLUS. Hist. 2. p. 383.

In alpibus maritimis Prof. GHERARDI, cl. CESATI. ♃

## XLII. NESLIA DESV. — ENDL. Gen. n.° 4942.

**112.** Neslia paniculata DESV. - DC. Prodr. 1. p. 202. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 59.

Ic. Raphanistrum siliqua minore etc. MORIS. Hist. sect. 3. tab. 21. fig. ult.

In agris, olivetis, subinde etiam in ruderatis ac secus torrentes vulgaris. ①

## XLIII. CAMELINA Crantz — Endl. Gen. n.° 4919.

**113.** Camelina sativa Crantz Stirp. austr. p. 18. DC. Prodr. 1. p. 201. α et β. — Myagrum sativum L. Sp. p. 894. Bertol. *Pl. genuens. p.* 162. — Alyssum sativum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 243.

Ic. Camelina Arduin. Memor. tab. 17. vix mediocris.

Var. α pilosa, occurrit in alveo torrentium atque in ruderatis, β glabrata in cultis utriusque Liguriae. ①

Folia in utraque varietate ut plurimum minute, remoteque denticulata. siliculae dorso plus minusve conspicuo, saepius apicem versus evanescente, exaratae, facie sub vitro reticulatae, in α quandoque tenuissime punctato-muriculatae, at non semper; semina tenuissime punctato-muriculata. Siliculae quadricostatae in nostra planta non observantur, nervus saltem qui earumdem faciem dorsalem percurrit meo sensu costa dici nequit, respectu habito ad marginem attenuatum silicularum ipsarum.

## XLIV. PETROCALLIS R. Br. — Endl. Gen. n.° 4879.

**114.** Petrocallis pyrenaica R. Br. — DC. Syst. 2. p. 330. et Prodr. 1. p. 166. — Draba pyrenaica L. Sp. p. 896.

Ic. All. Fl. ped. tab. 8. fig. 1.

In editioribus alpibus albingaunensibus, Traverso. ♃

## XLV. DRABA R. Br. — Moris Fl. sard. 1. p. 138.

**115.** Draba aizoides L. Mant. ex Cod. Linn. n.° 4668. DC. Prodr. 1. p. 166. α. β.

Ic. Sedum petraeum montanum Lob. Icon. p. 381.

In editioribus alpium maritimarum ad rupes, vel in graminosis apricis cl. Prof. Gherardi, Rev. Montolivo. ♃

Siliculae in nostra glabrae.

**116.** Draba frigida Saut. - Koch Syn. p. 63. α. Rchb. Fl. excurs. p. 666. — D. hirta All. Fl. ped. 1. p. 244.

Ad rupes editissimas in montibus Tendae. ♃ In alpibus *di Clauso* Rev. Montolivo ex specim. a M. D. Berti.

**117**. Draba muralis L. Sp. ed. 1. ex Cod. Linn. n.° 4673. DC. Prodr. 1. p. 171. Balb. *Add. ad Fl. ped. n.°* 31.

Ic. Myagrodes subrotundis serratisque foliis etc. Barrel. tab. 816.

In apricis et ad viarum latera in regione transapennina frequens. (1 In Liguria meridionali ad Spediae sinus unice legit D. Rosellini.

**118**. Draba verna L. Sp. p. 896. Turio *Pl. clavar. p.* 20. Bertol. *Pl. genuens. p.* 162. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 48. — Erophila verna DC. Prodr. 1. p. 172.

Ic. Paronychia alsinefolia Lob. Icon. p. 469.

Frequens in urbis moeniis, pascuis apricis, in locis humilioribus. (1)

XLVI. KONIGA R. Br. — Moris Fl. sard. 1. p. 140. Endl. Gen. n.° 4870.

**119**. Koniga maritima R. Br. - Moris l. c. p. 141. — Alyssum maritimum Willd. Sp. 3. p. 459. DC. Prodr. 1. p. 164. Bertol. *Pl. genuens. p.* 164. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 47. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 242.

Ic. Thlaspi Leucoii sylvestris facie et Thl. linifolium minus etc. Barrel. tab. 907. 1. 908. 1.

Ad rupes, muros, atque ad terram in glareosis arenosisve maritimis passim. ♃

**120**. Koniga halimifolia Rchb. Fl. excurs. p. 669. — Alyssum halimifolium DC. Prodr. 1. p. 164. — Lunaria halimifolia All. *Fl. ped.* 1. *p.* 245.

Ic. All. l. c. tab. 54. fig. 1. et 86. fig. 1. mediocres.

Ad rupes in montibus Tendae frequens. ♃ ♄

Extat in herb. Viviani ex alpibus maritimis inscripta nomine Alyssi macrocarpi, quod ab hac nostra toto coelo diversum.

XLVII. BERTEROA DC. — Endl. Gen. n.° 4867.

**121**. Berteroa incana DC. l. c. α. — Alyssum incanum L. Sp. p. 978. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 242.

Ic. Thlaspi incanum Mechliniense Lob. Icon. p. 216.

In alveo torrentis *Sturla* prope Genuam legit Chir. D. Savignone. (1) Provenit quoque in Lig. occid. ex herb. Viviani, sed rara civis.

## XLVIII. ALYSSUM Moris Fl. sard. 1. p. 142.

**122.** Alyssum Bertolonii Desv. - DC. Prodr. 1. p. 160. — A. argenteum Bertol. *Amoen. p.* 34. excl. syn. Balb. *et* Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 8.?

In collibus supra Sarzanam frequens. ♄

Planta ab A. argenteo distinguenda non tantum ob formam foliorum, sed ob flores minores, calyces parce pilis stellatis adspersos, coloratos, siliculasque pilis raris stellatis adspersas, demum glaberrimas pulchre reticulato-venosas.

**123.** Alyssum alpestre L. Mant. ex Cod. Linn. n.° 4730. DC. Prodr. 1. p. 161.

Ic. A. caulibus fruticulosis diffusis foliis subrotundis incanis Gerard. Fl. gall. provinc. p. 352. tab. 13. f. 2. Folia in icone mucronulata, sed spathulata obtusissima omnino ut in nostro ea pronunciat auctor in descriptione.

In alpibus maritimis secundum specimen herbarii Viviani. ♃

**124.** Alyssum montanum L. Sp. p. 907. DC. Prodr. 1. p. 162. α. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 45.

Ic. Jacq. Fl. austr. 1. tab. 37.

Ad rupes maritimas Liguriae occidentalis vulgaris, atque in montibus nicaeensibus. ♃

β arenarium DC. l. c. foliis inferioribus subrotundo-spathulatis, ovatis, oblongove-spathulatis. — A. arenarium Lois. Fl. gall. ed. 1. p. 401. — A. cuneifolium Ten.?

In saxosis apenninorum bobbiensium cl. Prof. Balsamo. ♃

Varietas faciem sistit Alyssi Wulfeniani Jacq., at differt, ceteris omissis, pube foliorum, quae in nostro e pilis crebris stellatis 6, 7 radiatis, in illo e pilis discretis utique et stellatis, sed pluriradiatis minoribusque.

**125.** Alyssum campestre Auct. - DC. Prodr. 1. p. 163.

Ic. Thl. Alysson incanum luteum etc. Barrel. tab. 912. fig. 2. mediocris.

Nicaeae ad litora, Cesati, Montolivo. ①

126. Alyssum calycinum Auct. - DC. Prodr. 1. p. 163. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 46.*

Ic. A. minimum Clus. Hist. 2. p. 133.

In cultis collinis montanisque, locis aridis, ad viarum margines, in glareosis secus torrentes alibique vulgare. ①

Staminum maiorum filamenta edentula, minorum basi utrinque setula instructa, prouti Linnaeus habet de A. campestri, nec ut in A. calycino eiusdem squamam lanceolatam longitudine germinis exerentia.

127. Alyssum minimum, Vivianii, pilis stellatis incanum; caule diffuso, ramis adscendentibus, erectisve; foliis ovali-lanceolatis, obtusiusculis, subspathulatisve, basi in petiolum attenuatis; floribus corymbosis, calyce deciduo; filamentis staminum minoribus squamula lineari-cuneata apice emarginato-bidentata latere interno instructis, ceteris filiformibus simplicibus; siliculis racemosis pedicello patente brevioribus ovato-suborbicularibus, centro elevatis, apice vix emarginatis glabris, stylo persistente siliculam dimidiam aequante, loculis dispermis. — A. leiocarpum Viv. herb.

Lectum ad ostia Feritoris (Bisagno) ex specimine herbarii Viviani. ①

Planta tenella, annua, petala albida.

Ab Alysso minimo, cuius habitum profert, distinguitur filamentis staminum minorum squama lineari-cuneata apice bidentata auctis, nec appendice subulata ad latus utrinque praeditis, insuper siliculis pedicello brevioribus, quae in A. minimo pedicello longiores, demum stylo siliculae longitudinem dimidiam aequante, qui in specie adducta brevissimus. Ab A. fulvescenti Sibth. (Meyer Bull. de l'Acad. de S. Petersb. VII. n.° 10. cum icone) recedit siliculis ovato-suborbicularibus, nec obovatis retusis.

## XLIX. LUNARIA L. — Endl. Gen. n.° 4863.

128. Lunaria rediviva L. Sp. p. 911. DC. Prodr. 1. p. 156.

Ic. L. raphanitis sive Bolbonae etc. Lob. Icon. 2. p. 278.

In sylvis montanis raro. ♃ v.s. in herb. Viv.

## SECTIO IV.

## *SILIQUOSAE* Moris Fl. sard. 1. p. 96.

### L. NASTURTIUM R. Br. — Endl. Gen. n.° 4850.

**129.** Nasturtium officinale R. Br. - DC. Prodr. 1. p. 137. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 38. — Sisymbrium Nasturtium L. Sp. p. 916. Turio *Pl. cavar. p.* 20. Bertol. *Pl. genuens. p.* 165.

Ic. N. aquaticum Dod. Pempt. p. 592.

In rivulis et in locis hyeme inundatis passim. ♃

**130.** Nasturtium sylvestre R. Br. - DC. Prodr. 1. p. 137. — Sisymbrium sylvestre L. Sp. p. 916.

Ic. Brachyolobos sylvestris All. Fl. ped. tab. 56. fig. 2. minus bona.

Vulgaris ad rivulos, in pascuis humidis, et in locis interdum hyeme inundatis. ♃

Variat saepe et prae aliis in locis herbidis humidis, foliorum inferiorum segmentis profunde divisis, pinnatifidisque.

**131.** Nasturtium pyrenaicum R. Br. - DC. Prodr. 1. p. 138. — Sisymbrium pyrenaicum L. Sp. p. 916.

Ic. All. Fl. ped. tab. 18. fig. 1.

In submontanis ad viarum latera, atque in pascuis frequens. ♃

### LI. CARDAMINE DC. — Endl. Gen. n.° 4859.

**132.** Cardamine asarifolia L. Sp. p. 913. - DC. Prodr. 1. p. 149. *α.* All. *Fl. ped.* 1. *p.* 260.

Ic. C. aquatica cotyledonoides Barrel. tab. 1163. Folia nimis crenato-sublobata.

Exstat in herb. Viviani lecta in alpibus maritimis a cl. Prof. Gherardi; in montibus Tendae Montolivo. ♃

Variat glabra et foliis plus minusve dorso praesertim, margine, petiolisque hirtis.

**133.** Cardamine pratensis L. Sp. p. 915. DC. Prodr. 1. p. 151. α.
Ic. C. altera simplici flore Clus. Hist. 2. p. 128.
In pascuis prope Sarzanam Rosellini. ♃

**134.** Cardamine amara L. Sp. p. 915. DC. Prodr. 1. p. 151. α.
Ic. Vill. Hist. dauph. tab. 39. mala.
In montibus Tendae Rev. Montolivo ex specimine a M. D. Berti. ♃

**135.** Cardamine hirsuta L. Sp. p. 915. DC. Prodr. 1. p. 152. Turio *Pl. clavar. p.* 20. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 42. Bertol. *Pl. genuens. p.* 164.
Ic. C. sylvestris minor italica Barrel. tab. 455.
In hortis, novalibus, ad viarum latera passim. ①

**136.** Cardamine impatiens L. Sp. p. 914. DC. Prodr. 1. p. 152.
Ic. Sium minimum Alp. exot. p. 331. mediocris. — Sisymbr. montanum tenuifolium etc. Barrel. tab. 155.
In sylvis montanis frequens. ①

**137.** Cardamine Chelidonia L. Sp. p. 914. DC. Prodr. 1. p. 152.
Ic. Sinapi alterum agreste nostras Col. Phytob. app. p. 25. tab. 27. bona.
In apennino Liguriae orientalis ex herb. Viv. ♃

**138.** Cardamine thalictroides All. Fl. ped. 1. p. 261. DC. Prodr. 1. p. 153. — C. Plumieri Vill. Hist. 3. p. 359. — C. Ruta muraria Viv. herb.
Ic. All. Fl. ped. tab. 57. fig. 1. luxurians. Vill. l. c. tab. 38. forma minor cum nostra magis conveniens, ceterum icon mediocris.
Ad muros in montanis agri clavarensis, D. Casaretti; in apennino Lig. occid. *Sussello, Olba*, Traverso; *alle Figne*, Carrega. ♂
Herba apud nos vix palmaris, occurrit foliis radicalibus simplicibus cordato-subrotundis, vel plerumque omnibus pinnatis, segmentis petiolulatis ala angusta decurrentibus, lateralibus bilobis, terminali trilobo, at forma variis; caulinis minoribus, segmento terminali tripartito, lateralibus bilobis, integrisve.

**139.** Cardamine resedifolia L. Sp. p. 913. DC. Syst. 2. p. 250. et Prodr. 1. p. 150.

Ic. Nasturtium alpinum minus Resedae folio Bocc. Mus. tab. 46.

In editioribus alpibus maritimis albingaunensibus legit Traverso. ♃

Petiolis basi tenuiter auriculatis prima fronte a sequente qua cum confundi potest distinguitur.

## LII. DENTARIA Tourn. — Endl. Gen. n.° 4861.

**110.** Dentaria digitata Lamck. — DC. Prodr. 1. p. 155. — D. pentaphyllos β et γ L. Sp. p. 912.

Ic. D. prima Dod. Purg. p. 383. — D. VI. et VII. πενταφυλλος Clus. Hist. 2. p. 122.

In sylvis et pascuis montanis *alle Capanne di Marcaruolo*, in sylva *di Rezzo* supra *Dolcedo* etc. Berti. ♃

**111.** Dentaria pinnata Lamck. - DC. Prodr. 1. p. 165. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 44.* — D. pentaphyllos α L. Sp. p. 912.

Ic. D. altera Dod. Purg. p. 384.

In pascuis montanis humidis et in sylvis, praecedente frequentior. ♃

**112.** Dentaria bulbifera L. Sp. p. 912. DC. Prodr. 1. p. 155. α. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 43.*

Ic. D. IV. baccifera Clus. Hist. 2. p. 121.

In sylvis montanis humidis valde frequens. ♃

## LIII. TURRITIS Dill. — Endl. Gen. n.° 4853.

**113.** Turritis glabra L. Sp. p. 930. DC. Syst. 2. p. 211. et Prodr. 1. p. 142.

Ic. Turritis Lob. Icon. p. 229. rudis.

In sylvaticis apennini Liguriae occiduae versus *Sassello*, Traverso; in apennino bobbiensi Cesati. ♂

## LIV. ARABIS L. — Endl. Gen. n.° 4854.

**114.** Arabis alpina L. Sp. p. 928. DC. Prodr. 1. p. 142. α. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 39.*

Ic. Draba II. Clus. Hist. 2. p. 125.

In saxosis et ad rupes montium editiorum. ♃

**145.** Arabis albida Stev. — DC. Prodr. 1. p. 142.

Ad rupes, viarum latera atque in pascuis in montibus agri novensis, vulgaris. ♃

Pulchra planta ab A. alpina facile distinguitur floribus multoties maioribus; caulis pars superior, pedicellique in exemplaribus nostris glabri.

**146.** Arabis sagittata DC. Prodr. 1. p. 144. $\alpha$. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 40.* — Turritis sagittata Bertol. *Pl. genuens. p.* 165.

Ic. Turritis Lob. Icon. p. 220.? Eadem ac Clus. 2. p. 126.

Vulgatissima in pascuis, ad viarum margines, in agris Liguriae totius; etiam in montanis editis. ♂

**147.** Arabis hirsuta R. Br. — DC. Prodr. 1. p. 144. Smith Engl. Fl. 3. p. 213. — Turritis hirsuta L. Sp. p. 930. Turio *Pl. clavar. p.* 20.?? — A. ciliata $\beta$ hirsuta Koch Syn. p. 39.

Ic. Engl. bot. tab. 587.

In apricis montium editiorum, praecedente multo rarior. ♂

Arabis hirsuta Fl. carniol. 2. p. 31. ab auctore ipso culta, cum foliis sagittatis villisque simplicibus se prodiit, ideirco species Scopolii A. sagittatam forte etiam amplectitur.

**148.** Arabis muralis Bertol. *Amoen. p.* 79. DC. Prodr. 1. p. 144. Moris Fl. sard. 1. p. 152.

Ic. A. collina Tenor. Fl. neap. tab. 164. ex cl. Moris l. c.

Vulgatissima ad rupes in collinis montanisque Liguriae praesertim meridionalis; in collibus Liguriae novensis Cambiaggi. ♃

**149.** Arabis Thaliana L. Sp. p. 929. DC. Prodr. 1. p. 144. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 41.*

Ic. Draba angustifolia Barrel. tab. 269. 270. malae.

In agris hinc inde. ①

**150.** Arabis Turrita L. Sp. p. 933. DC. Prodr. 1. p. 146. $\alpha$.

Ic. Brassica sylvestris albido flore etc. Barrel. tab. 353.

In sylvaticis montanis ad rupes vel in saxosis acclivibus frequens. ♂

**151.** Arabis brassicaeformis Wallr. Sched. crit. p. 359. — Erysimum

alpinum Baumg. - DC. Prodr. 1. p. 199. — Brassica alpina L. Mant. ex Cod. Linn. n° 4851. Vill. Hist. 3. p. 330. All. *Fl. ped.* 2. *p*. 266.

Ic. Vill. l. c. tab. 36. mediocris.

In pascuis montanis editis frequens. ♃

Prostat ex alpibus maritimis in herb. Vivianii sub nomine Turritidis glabrae.

## LV. BARBAREA R. Br. — Endl. Gen. n.° 4851.

**152.** Barbarea vulgaris R. Br. — DC. Prodr. 1. p. 140. — Erysimum Barbarea L. Sp. p. 922.

Ic. Barbarea Dod. Pempt. p. 712.

In sylvis hortorum genuensium raro. ♂

**153.** Barbarea arcuata Rchb. Fl. excurs. p. 683. Koch Syn. p. 36. — B. taurica DC. Prodr. 1. p. 141.

In montibus supra *Acqua fredda;* supra *Dolcedo* in Lig. occid. legit M. D. Berti. ♂

Collata cum B. vulgari differt ab ea foliis inferioribus vix lobulo uno alterove minuto, vel ovato lyratis, lobo terminali subrotundo-cordato, obsolete crenato, auriculis foliorum pinnatifido-lyratorum ciliolatis, siliquis confertis, tetragonis, torulosis, pedicello arcuato vix quadruplo longioribus, erectis secundis, stylo longe acuminatis.

**154.** Barbarea praecox R. Br. - DC. Prodr. 1. p. 140.

Ic. Engl. bot. tab. 1129.

In cultis collinis montanisque vulgaris, raro in maritimis. ♂

## LVI. CHEIRANTHUS R. Br. — Endl. Gen. n.° 4848.

**155.** Cheiranthus Cheiri L. Sp. p. 924. *α*. DC. Prodr. 1. p. 135.

Ic. Leucoium luteum Dod. Pempt. p. 160.

Ad muros vetustos urbis frequens, forte ex hortis migratus; ad rupes maritimas Lig. orientalis prope *Porto fino* ill. Carrega et Chiappori, Nicaeae ad arcem, alibique. ♃ ♄

Variat foliis plus minusve canescentibus.

LVII. MATTHIOLA R. Br. — Endl. Gen. n.° 4845.

**156.** Matthiola sinuata R. Br. - DC. Prodr. 1. p. 133. — Cheiranthus sinuatus L. Sp. p. 926. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 273.
Ic. Leucoium maritimum maius Lob. Icon. p. 330. potius mala.
In litore Liguriae occiduae *alla Bordighiera*, Cesati, Nicaeae Montolivo. ♂

**157.** Matthiola incana R. Br. — DC. Prodr. 1. p. 132. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 37.* Cheiranthus incanus L. Sp. p. 924. Bertol. *Pl. genuens. p.* 165.
Ic. Leucoium candidum maius Dod. Pempt. p. 159.
Vulgaris ad rupes maritimas. ♃ ♄
Variant flores singulis annis et in iisdem individuis petalorum laminae ungue subaequali, vel ungue dimidia parte longioribus, duploque solito latioribus, colore roseo, atrove-violaceo.!!

**158.** Matthiola tricuspidata R. Br. - DC. Prodr. 1. p. 134. — Cheirantus tricuspidatus L. Sp. p. 926. All. *Auct. p.* 19.
Ic. Leucojum maritimum Camerarii etc. Chabr. Sciagr. p. 280.
In litore nicaeensi Varum versus legit cl. Reichenbach junior.

LVIII. MALCOLMIA R. Br. — DC. Prodr. 1. p. 186.

**159.** Malcolmia parviflora DC. Prodr. 1. p. 187. Moris Fl. sard. 1. p. 160. — Hesperis parviflora DC. Fl. fr. - Lois. Fl. gall. ed. 1. p. 414.
Ic. Lois. l. c. tab. 11. - DC. Icon. pl. gall. rar. tab. 35.
In maritimis Liguriae occidentalis agro nicaeensi finitimis Rev. Montolivo ex specimine a M. D. Berti. Nicaeae cl. Cesati. ①

**160.** Malcolmia africana R. Br. - DC. Syst. 2. p. 439. et Prodr. 1. p. 187. — Hesperis africana L. Sp. p. 928.
Ic. Leucojum gallicum folio Halimi Bocc. Sic. tab. 42. fig. 1.
In alveo porciferae supra Genuam. ① Probabiliter cum frumento invecta.

## LIX. SISYMBRIUM DC. Prodr. 1. p. 190.

**161.** Sisymbrium officinale Scopol. Fl. carn. ed. 2. p. 26. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 55.* — Erysimum officinale L. Sp. p. 922. Turio *Pl. clavar. p.* 20. Bertol. *Pl. genuens. p.* 165.

Ic. Irio sive Erysimum Dioscoridis Lob. Icon. p. 206.

Ad viarum margines, in ruderatis, etiam in tota ora maritima vulgatissimum. (1)

**162.** Sisymbrium acutangulum DC. Prodr. 1. p. 192. — S. pyrenaicum Vill. Hist. 3. p. 341. — Sinapis pyrenaica L. Sp. p. 934. — S. maritima All. *Fl. ped.* 1. *p.* 264.

Ic. Vill. l. c. tab. 38.

In montibus prope Tendam, Cesati. v.s. in herb. Cesati. ♂

Prostat in herb. Viv. ex alpibus maritimis sub nomine. Sis. taraxacifolii.

**163.** Sisymbrium Irio L. Sp. p. 921. DC. Prodr. 1. p. 192. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 56.*

Ic. Irio apulus alter Columν. Ecphr. tab. 265.

In ruderatis prope Noli in Lig. occid. Cesati, Viviani. (1)

**164.** Sisymbrium Columnae γ villosissimum DC. Prodr. 1. p. 193. — S. Loeselii DC. Fl. fr. ex ipso Auct. l. c. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 57. Balb. *Add. n.°* 35.

In Liguria occidua ad promontorium di Noli, Chiappori. ♂

* **ligusticum**, foliis inferioribus obovato-oblongis, oblongisve, in petiolum attenuatis, integris vel subhastatis, cauleque patenter pilosis; caulinis inferioribus lineari-oblongis hastatis, runcinatisve, lobis linearibus, acutis, angustis, deflexis, vel dentiformibus, summisve lineari-lanceolato-elongatis in petiolum attenùatis integris glabris, subpilosisve, axilla plerumque foliiferis; siliquis teretiusculis striato-nervosis, obiter pilosellis, glabrisve, pedicello incrassato rigido plus decies longioribus, erectiusculis, patentibusve, rectis, arcuatisve, stigmate obtuso subbilobo. — S. pannonicum Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 58.

In olivetis Liguriae occiduae supra *Varigotti*, ipso in loco in quo primitus detectum est a cl. Badarò, frequens legi. (1) ?

Idem variat secundum specimen ex agro albingaunensi; sub nomine S. **pannonici**, in herb. Vivianii, statura maiori, foliis inferioribus runcinatis, at summis semper linearibus.

**165. Sisymbrium Sophia** L. Sp. p. 922. DC. Prodr. 1. p. 193.
Ic. **Sophia** Dod. Pempt. p. 133.
In ruderatis hortorum Genuae, rarissime; in Liguria transapennina, Cesati. ①

**166. Sisymbrium tanacetifolium** L. Sp. p. 916. DC. Prodr. 1. p. 194. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 275.
Ic. **Eruca Tanaceti foliis** Zann. Hist. ed. Mont. tab. 72.
In alpibus maritimis alla Madonna delle Finestre, Rev. Montolivo ex specimine a M. D. Berti. ♃

**167. Sisymbrium polyceratium** L. Sp. p. 918. DC. Prodr. 1. p. 194.
Ic. **Erysimum alterum italicum** etc. Lob. Icon. p. 206.
In ruderatis, ad domos in pagis transapenninis, Rosellini. ①

## LX. ERYSIMUM DC. Prodr. 1. p. 196.

**168. Erysimum strictum** Koch Syn. p. 51. — **E. virgatum** DC. Prodr. 1. p. 197. ex Koch l. c.
In agro nicaeensi e specimine ibi lecto a D. Bonnaz. ♂
Ab insequentibus facile distinguitur foliorum pube tripartita.

**169. Erysimum canescens** Roth - Koch Syn. p. 52. DC. Prodr. 1. p. 198. — **Cheiranthus erysimoides** Bertol. Fl. alp. apuan. p. 386. non L. ex Koch l. c.
Ic. **Eruca sylvestris angustifolia** Lob. Icon. p. 205. satis bona.
Vulgaris in pascuis montanis apricis Liguriae orientalis supra Sestri. ♂
Ab E. **lanceolato** distinguitur habitu magis diffuso, pedicellis calycem subaequantibus, ceterum ei quammaxime affine.

**170. Erysimum lanceolatum** R. Br. - Koch Syn. p. 52. DC: Prodr. 1. p. 199. — **E. pumilum** Gaud. et Monn. Syn. Fl. helv. p. 565.
Occurrit hinc inde tum in montibus editioribus cum in collinis, locis saxosis, aridisve. ♃

Variat statura in montanis vix palmari, in collinis spithamea, vel pedali et foliis insigniter recurvatis, denticulis validis aculeiformibus varie curvatis instructis (E. cirrhosum Viv. herb.).

**171.** Erysimum perfoliatum Crantz Stirp. austr. 1. p. 27. DC. Prodr. 1. p. 199. — Brassica orientalis L. Sp. p. 931. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 265.

Ic. Brassica campestris I. Clus. Hist. 2. p. 127. Ipsissima apud Lobel. Icon. p. 396. bonae.

In alveo torrentium prope Genuam, *Polcevera, Bisagno, Sturla,* valde frequens. ①

Siliquae in nostro exacte tetragonae, maturae et in sicco tenuiter faciebus reticulato-venosae, sed nequaquam nervis longitudinal. striatae, quo charactere distinguitur a simillimo E. austriaco.

### LXI. ALLIARIA Adans — DC. Prodr. 1. p. 196.

**172.** Alliaria officinalis Andr. - DC. Prodr. l. c. — Erysimum Alliaria L. Sp. p. 922. Turio *Pl. clavar. p.* 20.

Ic. Alliaria Lob. Icon. p. 530.

In umbrosis sylvaticis, praesertim montanis. ♃

β montana, palmaris, pauciflora, caule stricto simplici, petiolis pedunculisque hirtellis, foliis subreniformibus grosse dentatis, parvis.

In monte Boglelio legit cl. Prof. Balsamo a quo accepi.

### LXII. HESPERIS DC. — Endl. Gen. n.° 4903.

**173.** Hesperis laciniata All. *Fl. ped.* 1. *p.* 271. DC. Prodr. 1. p. 188.

Ic. All. l. c. tab. 82. fig. 1.

Ad rupes in alpibus maritimis ex speciminibus herb. H. R. Bot. Taurin. a cl. Equite Moris, et in herb. Vivianii. ♂

### LXIII. MORICANDIA DC. — Endl. Gen. n.° 4954.

**174.** Moricandia arvensis DC. Prodr. 1. p. 221. — Brassica arvensis L. Mant. ex Cod. Linn. n.° 4850. α. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 266.

Ic. B. sylvestris Fabariae foliis Bocc. Sic. tab. 25. fig. 3. 4.

A Nicaea ad Vintimiliam et *Porto Maurizio* secus litora frequens, CESATI, Rev. DE NEGRI, PANIZZI. ♂ ♃

LXIV. BRASSICA L. Gen. ed. SCHREB. p. 444 n.° 1096.
MORIS Fl. sard. 1. p. 167.

**175**. **Brassica Cheiranthos** VILL. Hist. dauph. 3. p. 332. DC. Prodr. 1. p. 216. — **Sinapis Tournefortii** ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 265. partim, ex MORIS Fl. sard. 1. p. 167.

Ic. VILL. l. c. tab. 36. flores et fructus tantum exhibens. - ALL. Fl. ped. tab. 87.

In alpibus maritimis ex herbariis cl. CESATI, et cl. Prof. GHERARDI.

**176**. **Brassica oleracea** ALL. *Auct. p.* 17. an L.? BADAR. *Osserv. in Giorn. fis. chim.* 7. 1824. *p.* 370. **B. balearica** BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 64. *et Not. in Giorn. cit.* 9. 1826. *p.* 411. non PERS. secund. GAY.

Ad rupes maritimas secus litora utrinsque Liguriae, *Porto fino, Capo di Noli*, Nicaeae. ♄

Observationes cl. BADAROI l. c. circa fructus huiusce speciei optimae. Dubia circa hanc speciem pro tempore resolvere nequeo.

**177**. **Brassica Eruca** L. Sp. p. 932. — **Eruca sativa** LAMCK. - DC. Prodr. 1. p. 223. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 69.

Ic. **E. sativa** LOB. Icon. p. 204.

In agris, ruderatis, subinde in pascuis apricis frequens. ①

LXV. SINAPIS L. — DC. Prodr. 1. p. 217.

**178**. **Sinapis nigra** L. Sp. p. 933. DC. Prodr. 1. p. 218.

Ic. **Sinapi sativum primum** DOD. Pempt. p. 706.

In arvis supra *Sestri di Ponente*, raro. ①

**179**. **Sinapis arvensis** MORIS Fl. sard. 1. p. 177. — **S. arvensis** L. Sp. p. 935. DC. Prodr. 1. p. 219. TURIO *Pl. clavar. p.* 20. BERTOL. *Pl. gennens. p.* 166. — **S. orientalis** L. Sp. p. 933. DC. l. c. BADAR. Pl. Lig. occid. n.° 65.

Ic. **Rapistrum** DOD. Pempt. p. 675.

In ruderatis, in arvis, ad vias passim, in regione collina. ①

Sub innumeris formis se praebet, caule subsimplici vel diffuse ramoso, plus minusve piloso-scabro, semipedali, pedali et ultra; herbae colore lutescente, vel luride viridi; foliis lyratis, simplicibusve forma admodum variis, siliquis glabris vel retrorsum piloso-hirtis, eximie sulcatis, torulosis, vel teretiusculis, longitudine rostrum sesqui aut triplo superantibus. — Rostrum siliquae iam adnotante cl. BADARÒ plerumque monospermum, sed et occurrit etiam dispermum, quo charactere a Sinapi arvensi Auctorum recedere omnino videretur.

**180. Sinapis incana** DC. Prodr. 1. p. 220. MORIS Fl. sard. 1. p. 178. α. — **Myagrum hispanicum** L. Sp. p. 893. — **Cordylocarpus pubescens** SIBTH. et SMITH - BERTOL. *Pl. genuens. p.* 166.

In ruderatis ad mare in Liguria occidua, Nicaeae, Uneliae, etc. Cl. BERTOL. legit in ipsa urbe Genuae *all'acquasola*, sed ibi amplius non occurrit. ①

## LXVI. DIPLOTAXIS DC. — ENDL. Gen. n.° 4955.

**181. Diplotaxis erucoides** DC. Prodr. 1. p. 222. — **Sinapis erucoides** L. Sp. p. 934. BALB. *Add. ad Fl. ped. n.°* 34.

Ic. **Eruca sylvestris** etc. BARREL. tab. 132.

Genuae in hortis sponte: Nicaeae in agris. ①

Flores plerumque colore roseo suffusi.

**182. Diplotaxis tenuifolia** DC. Prodr. 1. p. 222 BADAR. *Pl. Lig occid. n.°* 68. — **Sisymbrium tenuifolium** L. Sp. p. 917.

Ic. **Sinapi sylvestre** DOD. Pempt. p. 707.

In ruderatis et ad muros antiquos. ♃ ♄

**183. Diplotaxis muralis** DC. Prodr. 1. p. 222. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 68. — **Sisymbrium murale** L. Sp. p. 918. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 275. S. Barrelieri L. - ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 276.

Ic. **Eruca viminea Iberidis folio, luteo flore** BARREL. tab. 131. satis bona.

Vulgatissima in agris, hortis, ruderatis, in alveo torrentium, praesertim in regione olivetorum. ①

Planta admodum varia, statura, foliorum forma; occurrit glabra vel

plus minusve inferne hirta, subacaulis vel eximie foliosa, foliis dentatis, lyratis, pinnatifidisve.

---

## VII. CAPPARIDEAE Juss.

### LXVII. CAPPARIS L. — Endl. Gen. n.° 5000.

**184.** Capparis spinosa L. Sp. p. 720. DC. Prodr. 1. p. 245. Moris Fl. sard. 1. p. 187. Turio *Pl. clavar. p.* 17. Bertol. *Pl. genuens. p.* 155. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 75. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 293.
Ic. Capparis retuso folio Lob. Icon. p. 635.
β inermis Moris l. c.

Ad muros, rupesque secus litora vulgatissima, varietas specie passim copiosior. ♄

---

## VIII. RESEDACEAE DC.

### LXVIII. RESEDA Neck. — Endl. Gen. n.° 5011.

**185.** Reseda suffruticulosa L. Sp. p. 645. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 29. — R. alba L. Sp. p. 645. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 90.
Ic. R. minor incisis foliis Barrel. tab. 587.
Genuae in pascuis extra Portam Angelorum ex herb. Viviani. ♃ ♄

**186.** Reseda lutea L. Sp. p. 645. Willd. Sp. 2. p. 879. Bertol. *Pl. genuens. p.* 152. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 89.
Ic. R. Plinii Neotericorum Lob. Icon. p. 222.
In locis incultis, ruderatisque passim. ♂ ♃

**187.** Reseda Phyteuma L. Sp. p. 645. Willd. Sp. 2. p. 880. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 90.
Ic. Erucago apula trifida quinquefolia Columm. Ecphr. tab. 269.

In agris, vineis Liguriae occidentalis a Savona ad Nicaeam usque, frequens. ①

**188.** Reseda luteola L. Sp. p. 643. Willd. Sp. 2. p. 876. Turio *Pl. clavar. p.* 15.
Ic. Arduin. Memor. tab. 16.
Ad agrorum margines, vias, in collinis, montanisque, frequens in omni Liguria. ♂
Folia, speciatim caulina, plerumque edentula.

LXIX. ASTROCARPUS Neck. — Endl. Gen. n.° 5013.

**189.** Astrocarpus sesamoides DC. et Duby Bot. gall. p. 67. — Reseda sesamoides L. Sp. p. 644.
Ic. DC. Icon. gall. rar. tab. 40.
Ad rupes et in glareosis subhumidis in collinis montanisque utriusque Liguriae vulgaris. ♃
Planta polymorpha, ludit in iisdem locis et pro aetate in iisdem exemplaribus, caulibus erectis, ascendentibus, prostratisve; foliis radicalibus oblongo-spathulatis, petiolo nunc brevi, nunc limbo multo longiore, vel lineari-oblongis planis, repandisve vel sinuatis, caulinis nunc omnibus linearibus apice fere semper dilatato-subspathulatis, vel demum foliis inferioribus spathulatis brevissimis. — Formae Resedae sesamoidi oblongifoliae Moris (Fl. sard. 1. p. 193.) et R. sesamoidi prostratae Boiss. (Voyag. Esp. p. 79.) ad ungnem respondentes apud nos desiderantur, verum ad varietatem Fl. sardoae magis accedunt.

---

## IX. CISTINEAE DC.

LXX. CISTUS Dun. — Endl. Gen. n.° 5028.

**190.** Cistus albidus L. Sp. p. 737. Dun. in DC. Prodr. 1. p. 264. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 76. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 102.
Ic. Cistus mas I. Clus. Hist. p. 68.
In apricis collium regionis olivetorum. ♄
Variat pro loco foliis plus minusve latis.

**191.** Cistus villosus L. Gen. ex Cod. Linn. n.° 3886. Dun. in DC. Prodr. 1. p. 264. — C. pilosus L. Sp. 1. p. 736. — C. eriocephalus Viv. Fl. cors. diagn. 1. p. 8. — C. incanus All. *Fl. ped.* 2. *p.* 101.

Ic. Cistus Chabr. Sciagr. p. 95.

In insula Palmaria ad Spediae sinus. v.s.

β virescens Dun. in DC. Prodr. l. c.

In collibus aridis supra Pegli in Liguria occidentali. ♄

**192.** Cistus salvifolius L. Sp. p. 738. Dun. in DC. Prodr. 1. p. 265. Turio *Pl. clavar. p.* 17. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 77. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 101.

Ic. Cistus foemina Clus. Hist. 1. p. 70.

β cordifolius, foliis subinde basi subcordatis.

In apricis collium vulgatissimus. ♄

Varietas β accedit ad C. corbariensem, sed folia apud nos obtusa, nec omnia basi subcordata.

**193.** Cistus salvifolius? lancifolius, caule adscendente ramosissimo, foliis petiolatis, ellipticis, oblongo-lanceolatis, elongatove-subspathulatis, obtusis, acutisve, planis, penninervibus, iunioribus angustioribus tomento stellato incanis, adultis sparse pilosis, petiolo gracili subfiliformi, vix basi dilatato-amplectente, duplo, triplove longioribus; pedunculis 1, 2 bifloris solitariis, terminalibus, axillaribusve folio longioribus, superne articulatis; calycis sepalis exterioribus ovato subacuminatis, interioribus in apicem subulatum attenuatis; petalis. . . . .

In praeruptis montis *di Porto fino,* loco dicto *la Chiappa,* bina tantum specimina florentia accipere potui, mense maio 1841. ♄

Frutex spithameus, durus, tortuosus, colore foliorum et tomento stellato facieque quadantenus accedens ad C. salvifolium, sed forma foliorum, sepalorumque recedens, et ulteriori observatione dignus.

**194.** Cistus monspeliensis L. Sp. p. 737. Dun. in DC. Prodr. 1. p. 265. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 78. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 101.

Ic. Ledon V. Clus. Hist. p. 79.

In apricis collium maritimorum vulgatissimus. ♄

## LXXI. HELIANTHEMUM Dun. in DC. Prodr. 1. p. 200.

### 1. *FUMANA* Spach. Hist. pl. phan. 6. p. 8.

**195.** Helianthemum Fumana Mill. - Dun. in DC. Prodr. 1. p. 274. Moris Fl. sard. 1. p. 208. $\alpha$. Bertol. *Pl. genuens. p.* 155. — Cistus Fumana L. Sp. p. 740. Turio *Pl. clavar. p.* 17.
Ic. H. tenuifolium Zannich. Ist. tab. 116.
$\gamma$ brevifolium Moris Fl. sard. l. c. — H. ericoides $\beta$ pubescens Dun. l. c. — H. ericoides Badar. Pl. Lig. occid. n.° 80.? verosimiliter utramque varietatem amplectens.
Ic. Cistus minor brevi, vermiculatoque folio Barrel. tab. 286. et 446. ipsissimae, folia minus ac in nostro conferta.
In collibus aridioribus praesertim in regione olivetorum. ♄

**196.** Helianthemum laevipes Willd. Enum. 1. p. 570. Dun. in DC. Prodr. 1. p. 275. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 81. — Cistus laevipes L. Sp. p. 739. Viv. *Fl. ital. fragm. in ann. bot.* 2. *p.* 172. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 102.
Ic. Cistus suffruticosus procumbens etc. Gerard. Fl. gall. prov. tab. 14.
Ad rupes maritimas frequens. ♄

**197.** Helianthemum glutinosum Moris Fl. sard. 1. p. 205. — H. glutinosum Pers. Syn. 2. p. 79. Dun. in DC. Prodr. 1. p. 276. — H. thymifolium Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 83. excl. syn. All. — Cistus glutinosus L. - All. *Fl. ped.* 2. *p.* 106.
Ic. Chamaecistus angusto Thymi folio Barrel. tab. 416.
$\beta$ viride Moris l. c. — H. viride Ten. Fl. neap. Syll. p. 258. Dun. in DC. Prodr. 1. p. 275. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 82. — Cistus thymifolius All. *Fl. ped.* 2. *p.* 104. ex cl. Moris.
In collinis apricis Liguriae occidentalis a Savona ad Nicaeam frequens. ♄
Cf. quod ad expositionem pleniorem synonymorum huiusce polymorphae speciei Floram sardoam superius citatam. — H. thymifolium Badaroi ad glutinosi varietatem $\alpha$ spectare vix mihi dubium, cum specimina quae ad promontorium Noli legi folia proferant linearia, plus minusve elongata, subinde brevissima in ipsismet individuis.

2. *TUBERARIA* Spach. l. c. p. 45.

**198.** Helianthemum Tuberaria Mill. - Dun. in DC. Prodr. 1. p. 270. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 79.* All. *Fl. ped. 2. p.* 103.
Ic. Tuberaria nostras I. Bauh. Hist. 2. p. 12.
In collibus Liguriae occiduae hinc inde; et in agro nicaeensi. ♃

**199.** Helianthemum guttatum Mill. - Moris Fl. sard. 1. p. 210. α et β. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 88.* — Cistus guttatus L. Sp. p. 741. Turio *Pl. clavar. p.* 17. All. *Fl. ped. 2. p.* 103. — C. acuminatus Viv. *Fl. ital. fragm. p.* 13. — Helianthemum Vivianii Poll. Fl. veron. 3. app. p. 799. DNtrs. *Ind. sem. H. Bot. Gen.* 1840. excl. syn. nonnull.
Ic. Viv. l. c. tab. 14. fig. 1.
Vulgaris in pascuis siccis collium et montium humiliorum. ①
Cistus acuminatus Viviani denuo collatus cum hac specie nullimode separari potest. — Planta polymorpha variat petalis maculatis vel intactis, integris dentatisque, foliis plus minusve latis villosis vel glabriusculis, interdum pilis stellatis adspersis; statura palmari vel pedali, caule demum simplici vel ramoso.

3. *RHODAX* Spach. l. c. p. 37.

**200.** Helianthemum origanifolium, glabrescens. — Rhodax dichotomus α glaber Spach. Hist. pl. phan. 6. p. 44. — H. Serrae Cambess. En. pl. balear. p. 44.
Ic. Cambess. l. c. tab. 2.
Ad rupes promontorii di Noli in Lig. occid. ex exemplari in herb. Vivianii. ♄
Ab H. marifolio quocum comparatur a cl. Cambessedesio, certe diversum tum habitu, cum forma foliorum cordato-ovatorum glabratorumque, sed ab H. origanifolio meo sensu separari non potest, huius enim specimina quae ex Africa boreali dedit cl. Roussel, folia pilosa et simul glabra ostendunt. — Notitias de specie Cambessedesii a recentioribus omissa (deest etiam in Nomencl. Steudelii ed. nova) penitus debeo cl. Equit. Prof. Morisio, qui non solum descriptionem ex opere Cambessedesii mihi communicavit, sed et iconis originalis imaginem exactissimam.

**201.** **Helianthemum lunulatum** DC. - Dun. in DC. Prodr. 1. p. 271. — Cistus lunulatus All. *Auct. ad Fl. ped. p.* 30.

Ic. All. l. c. tab. 2. fig. 3.

In montibus nicaeensibus; in alpibus albingaunensibus vulgare Traverso. ♄

**202.** **Helianthemum oelandicum** $\beta$ et $\gamma$ Koch. Syn. p. 80.

$\beta$ **hirtum** Koch. l. c. foliis utrinque pilis longiusculis plus minusve copiosis hirtis non canescentibus. — H. alpestre Dun. in DC. Prodr. 1. p. 276.

Ic. Cistus oelandicus Jacq. Fl. austr. 3. tab. 399.

Ad rupes in promontorio Noli, et in alpibus maritimis vulgatissimum. ♄

Variat subinde foliis glabrescentibus angustioribus. Frutex tortuosus, durus, ramosissimus, ramis valde intricatis.

$\gamma$ **tomentosum** Koch l. c. foliis utrinque incanis, vel inferioribus praesertim dorso incanis, facie virentibus, simulque sparse pilosis. — H. canum Dun. in DC. Prodr. 1. p. 277. — Cistus canus L. Sp. p. 740. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 103.

Ic. Jacq. Fl. austr. 2. tab. 277.

Copiose in monte *del Gazzo* supra *Sestri di Ponente.* ♄

Variat, singulis annis, foliis omnibus utrinque incano-tomentosis vel facie virentibus. !

$\delta$ **brevifolium**, foliis linearibus, oblongo-linearibus, ellipticisve, parvis, obtusis, margine revolutis, crassiusculis, sparse pilosis, iunioribus alabastrisque villoso-canescentibus.

Ad promontorium Noli. ♄

Habitus fere H. **hirti**, sed neutiquam tomentosum. Folia ut in praecedente varietate brevi petiolata, petiolis connatis, exstipulata.

4. *EUHELIANTHEMUM* Dun. in DC. Prodr. 1. p. 278.

**203.** **Helianthemum salicifolium** Pers. Syn. 2. p. 78. Dun. in DC. Prodr. 1. p. 273. Moris Fl. sard. 1. p. 213. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 370. — Cistus salicifolius L. Sp. p. 742. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 104.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 4538.

In sterilibus secus litora occidentalia, ab agro albingaunensi ad nicaeensem usque. ①

**204. Helianthemum vulgare** Bertol. *Obs. in amoen. p.* 31. excl. ε et γ. — **Cistus Helianthemum** L. Sp. p. 744. (folia pilis raro adspersa L.). Turio *Pl. clavar. p.* 17. — H. obscurum Pers. Syn. 2. p. 79. — H. grandiflorum Dun. in DC. Prodr. 1. p. 280. — Cistus ovatus Viv. Fragm. p. 6.

Ic. **Flos solis** Matth. Valgr. 2. p. 103. - Viv. l. c. tab. 8. fig. 2.

In pascuis apricis collinis montanisque valde frequens. ♃ ♄

Polymorphum: varietas α, foliis subtus incanis Bertol. l. c. apud nos ut videtur rarissima, ipse nusquam vidi, et auctoritate tantum cl. Bertolonii qui in alpibus della Scaggia decerpsit hic recensetur; β frequentissima et eodem tempore formis innumeris se praebens, nunc foliis inferioribus et mediis late ovatis, nunc ovato-oblongis, oblongis, vel oblongo-linearibus, nunc pilosis, simul pilis stellatis conspersis, nunc costa et margine ciliatis, nunc fere omnino glabris.

Helianthemum croceum Viv. herb. Albigauni lectum, huc quoque spectat, differt enim habitu toto, et foliis subtomentosis hirtisve, nentiquam canescentibus, calycibusque villoso-hirtis a vero Hel. croceo Florae sardoae.

**205. Helianthemum roseum** DC. - Dun. in DC. Prodr. 1. p. 283. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 86. — **Cistus roseus** All. *Fl. ped.* 2. *p.* 105.

Ic. All. l. c. tab. 45. fig. 4.

In collibus Liguriae occidentalis maritimis, hinc inde copiose. ♄

Variat foliis tomentosiusculis, subglabrisve, pedicellis calycibusque subinde glabrescentibus.

**206. Helianthemum semiglabrum** Badar. *Pl. lig. occid. n.°* 87.

Ad promontorium Noli, in pascuis frequens. ♄ In collibus vallis albigaunensis Badarò.

**207. Helianthemum pilosum** Benth. Cat. pyr. p. 87. — **Cistus pilosus** All. *Fl. ped.* 2. *p.* 104. — **H. pilosum** Dun. in DC. Prodr. 1. p. 282. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 84.

Ic. **Chamaecistus IIII.** Clus. Hist. 1. p. 74. - All. l. c. tab. 45. fig. 2. folia paullulum latiora quam in nostro, floresque maiores.

In saxosis praeruptis promontorii di Noli copiosum, alibique in Liguria occidentali. ♄

β **latifolium**, foliis oblongo-linearibus. — H. **pulverulentum** DC. - Dun. in DC. Prodr. 1. p. 282. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 85. — **Cistus pilosus** var. All. l. c. — C. **polifolius** Balb. *Miscell. p.* 25. excl. syn. ex *Ejusd. Miscell. alt. p.* 18.

Ic. All. Fl. ped. tab. 45. fig. 1.

Cum praecedente.

In speciminibus nonnullis prioris varietatis video folia aliquot oblongo-linearia margine vix ac ne vix quidem revoluta, qua de re in sententiam celeb. Allionii lubentissime venio. Variat insuper α calycibus sparse pilosellis vel tomento brevi conferto canescentibus, quod pariter satis superque ostendit summam inter hasce varietates affinitatem.

---

## X. VIOLARIEAE DC.

### LXXII. VIOLA Ging. — Endl. Gen. n.° 5040.

208. **Viola hirta** L. Sp. p. 1324. Ging. in DC. Prodr. 1. p. 295. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 695. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 92.

Ic. **Viola** Brunsf. herb. p. 137. fig. 1.

Vulgatissima in sylvis, pascuis apricis, ad viarum margines, in regione praesertim collina. ♃

Variat, adnotante iam cl. Bertolonio, qui, meo sensu, hanc speciem plenius optimeque exposuit, stolonibus nullis et stolonifera, quo in statu facile pro **Viola odorata** sumi potest, a qua vero semper distinguitur, sepalis ciliatis, fructu globoso. Occurrit rarius pumila, facie accedens ad **Violam arenariam**.

209. **Viola odorata** L. Sp. p. 1324. Ging. in DC. Prodr. 1. p. 296. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 698. *et Pl. genuens. p.* 132. Turio *Pl. clavar. p.* 26. ?

Ic. V. **nigra** sive **purpurea** Dod. Pempt. p. 156.

In sylvaticis raro. ♃

Ex cl. Badarò pro hac in Liguria occidua vulgo colitur V. **hirta**.

**210.** Viola canina L. Sp. p. 1324. Koch Syn. p. 85. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 701. ex parte.

In sylvis montanis raro. ♃

**211.** Viola sylvestris Lamck. - Koch Syn. p. 81. — V. Ruppii Bertol. *Pl. genuens. p.* 132. ex parte.

Ic. V. sylvestris inodora Dod. Pempt. p. 156.

In sylvaticis collinis montanisque frequens. ♃

A V. canina cum cl. Kocho aliisque diversam censeo: 1.° habitu peculiari, nitore quodam omnium partium; 2.° stipulis quam V. canina iusto angustioribus, membranaceis strigaeformibus; 3.° foliis non cordato-oblongis sed late cordato-ovatis apice subattenuato acuminatis.

Ceterum variat pro aetate vel loco natali, statura pumila, vel subacaulis V. arenariam aemulans, foliisque puberulis vel glaberrimis.

Huc verosimiliter spectant, saltem in parte, synonyma, V. canina Tur. *Pl. clavar. p.* 26. et Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 93.

**212.** Viola elatior Fries nov. Fl. suec. ed. 2. p. 277. Koch Syn. p. 86 — V. montana L. Sp. p. 1325. Bertol. Fl. ital. 2. p. 705.

Ic. V. assurgens Dod. Pempt. p. 158.

In sylvis montanis transapenninis, Rosellini. ♃

**213.** Viola biflora L. Sp. p. 1320. Ging. in DC. Prodr. 1. p. 300. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 723.

Ic. V. montana I. Clus. Hist. 1. p. 309.

In montibus *di Garezzo* Lig. occiduae, Berti: in alpibus maritimis, copiosissima ad rupes humidas. ♃

**214.** Viola nummularifolia All. Fl. ped. 1. p. 98. et *Auct. p.* 29. Ging. in DC Prodr. 1. p. 301. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 708.

Ic. All. Fl. ped. tab. 22. fig. 6.

In editioribus alpium nicaeensium. v.s. in herb. H. R. Bot. Taurinensis. ♃

**215.** Viola calcarata L. Sp. p. 1305. Ging. in DC. Prodr. 1. p. 302. excl. var δ. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 712.

Ic. V. alpina di più colori Zann. Hist. ed. Monti tab. 177.

In pascuis alpium maritimarum et in montibus bobbiensibus ex speciminibus herb. H. R. Bot. Taurin. a cl. MORIS, et ex herb. cl. BALSAMO: ibidem legerunt Hortulani H. B. Genuens. ♃

Proxima V. heterophyllae. Variat floribus coeruleis luteisve.

**216.** **Viola heterophylla** BERTOL. *Amoen. ital. p.* 87. *et Fl. ital.* 2. *p.* 715. — V. calcarata δ GING. in DC. Prodr. 1. p. 302. — V. Bertoloni PIO de Viol. p. 34.

Ic. PIO l. c. tab. 3. fig. 2.

In pascuis montanis editis frequens. *Antona*, *Scaggia*, *Capanne*, *Boglelio* etc. ♃

**217.** **Viola tricolor** α L. Sp. p. 1326. MORIS Fl. sard. 1. p. 220. α. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 718. TURIO *Pl. clavar. p.* 26. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 91.

Ic. V. sylvestris LOB. Icon. p. 611.

In agris, etiam montanis, passim. ①

Ludit quammaxime glabra vel hirtella, caulibus diffuse ramosis, vel erectiusculis, foliorum stipularumque forma et magnitudine, corollis calycem aequantibus vel superantibus, uno verbo tot formae quot loca.

**218.** **Viola cenisia** β BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 710.

Ic. Viola valderia ALL. Fl. ped. tab. 24. fig. 3.

In alpibus nicaeensibus *della Madonna delle Finestre* secundum herb. H. R. Bot. Taurinensis. ♃

---

## XI. DROSERACEAE DC.

### LXXIII. DROSERA L. — ENDL. Gen. n.° 5033.

**219.** **Drosera rotundifolia** L. Sp. p. 402. DC. Prodr. 1. p. 318.

Ic. Ros solis DOD. Purg. p. 474.

In spongiosis montanis frequens. ①

Variat in iisdem locis mono et distachya.

### LXXIV. PARNASSIA Tourn. — Endl. Gen. n.° 5039.

**220. Parnassia palustris** L. Sp. p. 391. DC. Prodr. 1. p. 320. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 505. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 94.

Ic. **Gramen Parnasium** Dod. Pempt. p. 564.

In spongiosis montanis vulgatissima. ♃

Variat sepalis ovatis vel oblongis, itidem petalis plus minusve grandibus, setis parapetalorum 9-15 et ultra. Folium caulinum basi ad latera, quandoque etiam in axilla, villis longis ferrugineis praeditum.

---

## XII. POLYGALEAE Juss.

### LXXV. POLYGALA Juss. — Endl. Gen. n.° 5647.

**221. Polygala rosea** Desf. Fl. atl. 2. p. 128. Willd. Sp. 3. p. 875. DC. Prodr. 1. p. 324. Boiss. Voyag. Esp. p. 81. — **P. maior** Balb. *et* Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 34. ? — **P. nicaeensis** Risso - Koch Not. Polyg. in Ann. sc. nat. 12. p. 126. — **P. amblyptera β nicaeensis** Rchb. Fl. excurs. p. 351.

Ic. Desf. l. c. tab. 176.

Vulgatissima in pascuis collinis Liguriae meridionalis; et in montanis agri nicaeensis ex herb. Cesati et Vivianii. ♃

Speciosa planta **Polyg. maiori** Jacq. affinis sed ovario stipitulo brevi instructo, et insuper foliis inferioribus caulinis latioribus et saepe multo majoribus diversa. Folia inferiora elliptica subrotundave. Bracteae exteriores in iisdem exemplaribus nunc floribus virgineis longiores, nunc aequales, nunc breviores. Plantae statura variat a spithama ad pedem et ultra.

**222. Polygala vulgaris** L. Sp. p. 986. DC Prodr. 1. p. 324. Koch Syn. p. 91. Turio *Pl. clavar. p.* 21. ? Bertol. *Pl. genuens. p.* 169. ? Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 95. ?

Ic. **Polygala vulgaris maior** Vaill. tab. 32. fig. 1. et P. quae **onobrychis** Eiusd. fig. 3.

Vulgaris in pascuis montanis, subinde in paludosis. ♃

Variat glabra et pubescens, foliisque radicalibus nunc caulinis multo minoribus ellipticis obovatisve, nunc latioribus oblongis ellipticis obovatisve; alis calycinis, capsulam latitudine aequantibus vel ea angustioribus (P. oxyptera Reichb.); caulibus denique erectis, ascendentibus, prostratisve, simplicibus aut ramosis. — Synonyma adducta Turii et Badaroi forte praecedentem speciem quoque amplectuntur.

223. Polygala amara, genuina Koch Syn. ed. 2. p. 100. Balb. *et* Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 135. ?
Ic. P. amara Reich. Pl. crit. 1. fig. 43. 44.
In pascuis montium albigaunensium, frequens: in apennino bobbiensi ex cl. Cesati.

224. Polygala Chamaebuxus L. Sp. p. 989. DC. Prodr. 1. p. 331.
Ic. Jacq. Fl. austr. 3. tab. 233.
In monte Boglelio, Balsamo, ex specim. ab eodem benevole communicato. ♄

---

## XIII. FRANKENIACEAE S. Hil.

### LXXVI. FRANKENIA L. — Endl. Gen. n.° 5053.

225. Frankenia pulverulenta L. Sp. p. 474. DC. Prodr. 1. p. 349. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 227. *et Pl. genuens. p.* 146.
Ic. Franca maritima Mich. Gen. tab. 22. fig. 2.
Genuae *al molo vecchio*, Nicaeae ad litora. ①

---

## XIV. CARYOPHYLLEAE Juss.

### *I. SILENEAE* DC.

### LXXVII. GYPSOPHILA L. — Endl. Gen n.° 5245.

226. Gypsophila Saxifraga L. Sp. p. 584. DC. Prodr. 1. p. 354. *α*. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 526. *α*. Turio *Pl. clavar. p.* 14. — G. muralis Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 46. ?

Ic. Lychnis pumila caryophyllata etc. BARREL. tab. 998. Pl. ramis simplicibus.

Ad muros, viarum margines, et in locis aridis, etiam in montanis, vulgaris. ♃

**227.** Gypsophila repens L. Sp. p. 581. DC. Prodr. 1. p. 353. BERTOL. *Fl. ital. 4. p.* 522.

Ic. G. foliis linearibus carnosis etc. GERARD. Fl. gall. prov. tab. 15. fig. 2.

Ad rupes in alpibus maritimis ex herb. VIVIANII. ♃

LXXVIII. VACCARIA MEDIK. — ENDL. Gen. n.° 5247.

**228.** Vaccaria parviflora MOENCH ex STEUD. Nomencl. ed. 2. p. 739. — Saponaria Vaccaria L. Sp. p. 585. DC. Prodr. 1. p. 365. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 149. — Gypsophila Vaccaria SIBTH. et SM. - BERTOL. *Fl. ital. 4. p.* 519.

Ic. Vaccaria DOD. Pempt. p. 104.

In agris, vineis, in torrentium alveo, et in pascuis submontanis Liguriae totius. ①

LXXIX. SAPONARIA L. — DC. Prodr. 1. p. 365.

**229.** Saponaria officinalis L. Sp. p. 584. DC. Prodr. 1. p. 365. BERTOL. *Fl. ital. 4. p.* 534. TURIO *Pl. clavar. p.* 14. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 104.

Ic. Saponaria LOB. Icon. p. 314.

Ad viarum margines, ad sepes, secus torrentes, locis humidis passim. ♃ Plerumque glaberrima.

**230.** Saponaria ocymoides L. Sp. p. 585. DC. Prodr. 1. p. 365. BERTOL. *Fl. ital. 4. p.* 530. *α. et Pl. genuens. p.* 149. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 341.

Ic. Ocymoides repens polygonifolia LOB. Icon. p. 341.

Frequentissima in collinis montanisque Liguriae universae, locis apricis, dumetosis, et ad rupes. ♃

**231.** Saponaria lutea L. Sp. p. 585. excl. syn. Bocc. ex DC. Prodr. 1. p. 366. ALL. *Fl. ped. 2. p.* 78.

Ic. ALL. l. c. tab. 32. fig. 1.

In alpibus maritimis ex speciminibus herb. H. Bot. Taurinensis et herb. Prof. GHERARDI.

## LXXX. DIANTHUS L. — ENDL. Gen. n.° 5244.

232. **Dianthus prolifer** L. Sp. p. 587. DC. Prodr. 1. p. 355. α. BERTOL. *Fl. ital. 4. p.* 549. TURIO *Pl. clavar. p.* 17. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 97. partim forte ad insequentem spectantia.

Ic. Armeria prolifera LOB. Icon. p. 449.

In arvis et pascuis aridis frequens. ①

Semina, sub lente, dorso minute muriculata, nec tuberculato-scabra.

233. **Dianthus velutinus** GUSS. Pl. rar. p. 166. MORIS Fl. sard. 1. p. 233. BERTOL. *Fl. ital. 4. p.* 551.

Ic. GUSS. l. c. tab. 32.

Inter segetes frequentissime. ①

A D. prolifero, facie simillimo, facile distinguitur caule pubescente, floribus pedicellatis, seminibus dorso tuberculato-scabris.

234. **Dianthus Armeria** L. Sp. p. 586. DC. Prodr. 1. p. 355. BERTOL. *Fl ital. 4. p.* 547.

Ic. Armeria sylvestris altera LOB. Icon. p. 448.

In montanis prope *le Capanne di Marcaruolo,* CARREGA; ad Spediam ROSELLINI; in montibus *del Sassello*, et *Olba* Lig. occiduae. ①

235. **Dianthus Carthusianorum** α. β. BERTOL. *Fl. ital. 4. p.* 542. *et Pl. genuens. p.* 150. α. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 99. ? — D. atrorubens ALL. *Fl. ped. 2. p.* 75. — D. Balbisii SERING. in DC. Prodr. 1. p. 356. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 98.

Ic. JACQ. Icon. rar. tab. 467.

In collibus montibusque ad rupes, vel in acclivibus frequens. ♃

In ora maritima robustior et fere pruinoso-glaucescens evadit, sed specie distingui nequit, cum adsint formae omnino intermediae. A D. Seguierii vero, foliis in primis connato vaginantibus, vagina foliorum latitudinem superante, ni fallor, facile et semper, ceteris omissis, distingui potest. — Hic forte venit D. barbatus TURIO Pl. clavar. p. 17. in *villa divi Columbani proveniens*, dummodo non spectet ad plantam cultam.

256. **Dianthus Seguieri** Koch Syn. p. 96. α. β. — D. carthusianorum β Bertol. *Pl. genuens. p.* 150. *et Fl. ital.* 4. *p.* 543. γ. Turio *Pl. clavar. p.* 17. ?

* pumilus, caule furcatim ramoso, 2-3-floro. — D. alpestris Auct. nonnull. - Viv. herb. ! an et Balbisii. ?

In apricis montanis vulgaris, varietas pumila in montibus Tendae, *di Frontero, Triora, Viossene* etc. copiose. ♃

Varietates α, β Kochii l. c. innumeris formis ludunt, et irrite circumscribi possunt, floribus tamen numquam in capitulum bracteatum collectis, foliisque breve connato-vaginantibus a D. carthusianorum facile dignoscuntur. Forma pumila in montibus Liguriae occiduae obvia, habitu accedit ad D. furcatum, sed squamis calycinis longius mucronatis calycem subinde aequantibus et petalis minute puberulis ab eo differt.

257. **Dianthus Caryophyllus** Sm. Engl. Fl. 2. p. 287. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 552. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 100. — D. caryophyllus ζ L. Sp. p. 587. DC. Prodr. 1. p. 359. α.

Ic. Caryophyllus sylvestris tertius etc. Lob Icon. p. 443.

In saxosis collium et ad rupes in Liguria praesertim meridionali frequentissimus. ♃

Variat caule pumilo unifloro vix palmari; et pedali, ramis subdichotomis.

258. **Dianthus furcatus** Balb. in *Mem. Acad. Taurin.* 7. *p.* 13. DC. Prodr. 1. p. 361. — D. alpestris β Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 565.

Ic. Balb. l. c. tab. 2.

Ad rupes in montibus Tendae. ♃

A D. integro Visiani, D. alpestri Balb. ex cl. Bertolonι, non aliter differt quam caule furcatim ramoso, ceterum collatis synonymis D. alpestris Balbisii, probabile videtur clariss. Virum, diversis temporibus botanicis pro Diantho alpestri misisse vel hanc speciem, vel varietatem pumilam Dianthi Seguieri.

259. **Dianthus neglectus** Lois. Not. p. 65. et Fl. gall. ed. 2. 1. p. 307. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 567.

In alpibus maritimis *alla Madonna delle Finestre* ex herb. H. R. Bot. Taurinensis.

**210.** **Dianthus monspessulanus** L. Sp. p. 588. DC. Prodr. 1. p. 364. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 559.
In pascuis montium editiorum frequens. ♃
Specimina dederunt Balsamo, Berti, Savignone.

LXXXI. CUCUBALUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 5251.

**241.** **Cucubalus bacciferus** L. Sp. p. 591. DC. Prodr. 1. p. 367. Bertol. Fl. ital. 4. p. 569.
Ic. **Alsine repens Clusii** etc. Lob Icon. p. 265.
Ad sepes in transapenninis, Rosellini, Chiappori. ♃

LXXXII. SILENE L. — Otth. in DC. Prodr. 1. p. 367.

**242.** **Silene acaulis** L. Sp. p. 603. - Otth. l. c. excl. ε. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 640. α. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 103.
Ic. **Ocymoides muscosum** Pona apud Clus. Hist. p. 341. bona.
Ad rupes, in alpibus maritimis, frequens. ♃
Adest in herb. Viviani ex loc. cit., commixta cum **Cherleria sedoide.**

**243.** **Silene inflata** Sm. Fl. brit. ed. Roem. p. 467. Otth. in DC. Prodr. 1. p. 368. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 629. α. *et Pl. genuens. p.* 151. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 104. — **Cucubalus Behen** L. Sp. p. 591. Turio *Pl. clavar. p.* 14.
Ic. **Spumeum Papaver seu Ocymastrum** Lob. Icon. p. 340.
β **angustifolia** Otth. l. c. Bertol. Badar. *l. c.*
Ic. Balb. et Nocc. Fl. ticin. 1. tab. 7.
In pascuis et ad margines viarum frequens, β ad promontorium Noli. ♃

**244.** **Silene uniflora** δ Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 633.
Ic. **Lychnis alpina repens saxatilis** etc. All. Sp. tab. 5. fig. 3. ex Bertol.
In alpibus maritimis ex speciminibus herbarii cl. Prof. Gherardi.

**245.** **Silene otites** Sm. Fl. brit. ed. Roem. p. 469. Otth. in DC. Prodr. 1. p. 369. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 583.
Ic. **Sesamoides magnum salmanticum** Clus. Hist. 1. p. 295.
In pascuis sterilibus praesertim collinis vulgaris. ♃

246. Silene gallica L. Sp. p. 595. MORIS Fl. sard. 1. p. 260. OTTH. in DC. Prodr. 1. p. 371. BERTOL. *Fl. ital. 4. p.* 571. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 106. — S. anglica BADAR. *l. c. n.°* 105. ALL. *Fl. ped. 2. p.* 79. ? — S. cerastoides ALL. *Fl. ped.* 2 *p.* 79. ?

Ic. Lychnis sylvestris etc. VAILL. Bot. paris. tab. 16. fig. 12.

β quinquevulnera, lamina petalorum disco atro-sanguinea MORIS l. c. p. 261. — S. quinquevulnera L. - ALL. *Fl. ped. 2. p.* 79.

In campestribus passim. β in ora maritima Liguriae occiduae hinc inde. v.s. Specimina a D. PANIZZI et a cl. CESATI. ①

247. Silene nocturna L. Sp. p. 595. OTTH. in DC. Prodr. 1. p. 372. BERTOL. *Fl. ital. 4. p.* 575. *et Pl. genuens. p.* 150. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 107. ALL. *Fl. ped. 2. p.* 80.

Ic. Lychnis sylvestris hirsuta etc. BARREL. tab. 1027. fig. 1.

Ad muros antiquos, viarum margines, inque pascuis aridioribus, in litoreis vulgatissima. ①

Caule primario quoquo casu fracto vel exciso, saepe a basi in ramos abit, et facie alienam mentitur speciem, eo vel magis quod sub hoc statu vel petalis caret, vel minima squamaeformia gerit, optime antehac monente cl. BADARÒ.

248. Silene cretica L. Sp. p. 601. OTTH. in DC. Prodr. 1. p. 376. MORIS Fl. sard. 1. p. 248. BERTOL. *Fl. ital. 4. p.* 612.

Ic. Fl. graec. tab. 422. ex Auct. cit.

In arvis Lino satis, Sarzanae legit D. ROSELLINI. ①

249. Silene rupestris L. Sp. p. 619 OTTH. in DC. Prodr. 1. p. 375. BERTOL. *Fl. ital. 4. p.* 619.

Ic. Fl. dan. tab. 4.

In aridis collium regionis transapenninae legit D. ROSELLINI, in alpibus maritimis, et in apennino Liguriae orientalis ad *S. Stefano d'Aveto.* ♃

250. Silene Saxifraga L. Sp. p. 602. OTTH. in DC. Prodr. 1. p. 377. BERTOL. *Fl. ital. 4. p.* 616. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 109.

Ic. Lychnis fruticosa angustifolia etc. BARREL. tab. 997. mala. — L. minor saxifraga SEG. Veron. tab. 6. fig. 1.

In praeruptis montium editiorum Liguriae occidentalis. ♃

**251.** Silene quadridentata DC. Prodr. 1. p. 375. α. — S. quadrifida L. Sp. p. 602. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 621.

Ic. Jacq. Fl. austr. 2. tab. 120.

In saxosis alpium maritimarum ex herbario Viviani. ♃

**252.** Silene Campanula Pers. Syn. 1. p. 500. Otth. in DC. Prodr. 1. p. 377. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 618. — Cucubalus alpestris All. *Auct. p.* 28.

Ic. All. l. c. tab. 1. fig. 3. mediocris, calycem potius Cerastii vel Arenariae quam Silenes exhibens.

In montibus Tendae ex specim. herb. Hort. R. Bot. Taurin. a cl. Equit. Morisio, et in montibus albingaunensibus. ♃

**253.** Silene corymbifera Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 591. — S. Muscipula Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 110. non L.

In olivetis Provinciae albigaunensis ex cl. Prof. Gherardi qui specimina benevole communicavit. Prostat ex iisdem locis in herbario Viviani a cl. Prof. Sassi. ⊙

**254.** Silene nutans L. Sp. p. 596. Otth. in DC. Prodr. 1. p. 377. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 593.

Ic. Lychnis sylvestris nona Clus. Hist. 1. p. 291.

In pascuis collium editiorum, montanisque frequens. ♃

**255.** Silene nicaeensis All. *Fl. ped.* 2. *p.* 81. Otth. in DC. Prodr. 1. p. 378. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 624. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 114. — S. arenaria Turio *Pl. clavar. p.* 14.

Ic. All. Fl. ped. tab. 44. fig. 2.

In arenosis maritimis passim. ⊙

**256.** Silene sericea All. *Fl. ped.* 2. *p.* 81. Moris. Fl. sard. 1. p. 253. α, β. Otth. in DC. Prodr. 1. p. 380. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 580. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 111.

Ic. Moris Fl. sard. tab. xvii. fig. 1.

In arenosis maritimis frequentissima. ⊙

Iconem Florae pedemontanae malam iure meritoque pronunciavit cl. Morisius cuius Floram l. c. cf. pro reliquis synonymis.

257. Silene Salzmanni Otth. in DC. Prodr. 1. p. 381. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 601. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 112.
Ad rupes in promontorio Noli. ♃ ♄

258. Silene paradoxa L. Sp. Append. p. 1673. Otth. in DC. Prodr. 1. p. 381. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 602.
Ic. Lychnis viscosa peregrina noctiflora etc. Zann. ed. Mont. tab. 109. mediocris.
Ad rupes in collinis montanisque Liguriae meridionalis frequens. ♃
Planta speciosa vix cum S. italica et Salzmanni comparanda. !

259. Silene italica Pers. Syn. 1. p. 498. Otth. in DC. Prodr. 1. p. 381. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 599. α. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 113. — Cucubalus italicus L. Sp. p. 593.
Ic. Jacq. Observ. tab. 97.
In locis collinis ad viarum margines, ad muros, rupesque atque in pascuis vulgo. ♃

260. Silene fuscata Link in Broter. Fl. lusit. 2. p. 187. Moris Fl. sard. 1. p. 250. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 586.
Ic. Moris l. c. tab. 15. optima.
In litoreis Liguriae occidentalis, *S. Remo* Rastoin, Panizzi; *Porto Maurizio,* ubi frequens, Berti; Albigauni Prof. Gherardi. ①
Silene Sassiana Bertol. Fl. ital. 5. p. 609. a cl. Prof. Sassio in planitie albigaunensi detecta huic proxima videtur ex descriptione Auctoris l. c., ceterum mihi ignota.

261. Silene cordifolia All. *Fl. ped.* 2. *p.* 82. Otth. in DC. Prodr. 1. p. 383. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 638.
Ic. All. l. c. tab. 23. fig. 3.
Ad rupes in montibus Tendae. ♃ Ceterum vulgaris in alpibus maritimis ex herbario cl. Prof. Gherardi.

262. Silene Armeria L. Sp. p. 601. Otth. in DC. Prodr. 1. p. 383. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 590.
Ic. Muscipula sive Armoraria altera etc. Lob. Icon. p. 454.
In agris collinis montanisque Liguriae occidentalis haud frequens. ①

## LXXXIII. LYCHNIS DC. Prodr. 1. p. 385.

263. **Lychnis Flos Iovis** Lamck. - DC. Prodr. 1. p. 385. α. — Agrostemma Flos Iovis L. Sp. p. 625. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 733. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 117.
Ic. Licnide umbelliflora Zannon. ed. Mont. tab. 110. bona, certe melior icone 1005. Barrel.
In pascuis alpium maritimarum passim. ♃

264. **Lychnis dioica** L. Sp. p. 626. Smith. Engl. Fl. 2. p. 328. α, β. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 740.
α rubriflora Sm. l. c. — L. sylvestris Hoppe. — DC. Prodr. 1. p. 386.
Ic. L. sylvestris rubello flore Lob. Icon. p. 335. — Aequo iure ad sequentem varietatem transducenda cum eadem ac Dod. Pempt. p. 171., quae a celeb. Smithio l. c. pro utraque varietate citatur.
β albiflora Smith. l. c. — L. dioica DC. Prodr. 1. p. 386. Turio *Pl. clavar. p.* 15. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 115.
Ic. Ocymoides album multis I. Bauh. Hist. 3. 2. p. 342.
Varietas rubriflora occurrit in pascuis montanis, β in demissioribus ad agrorum margines, sepes, in pascuis sterilibus ad maris usque limina. ♃

265. **Lychnis Flos cuculi** L. Sp. p. 615. DC. Prodr. 1. p. 387. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 737. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 116. — L. viscaria Turio *Pl. clavar. p.* 17. ??
Ic. Armoraria pratensis sylvestris Lob. Icon. p. 451.
In pascuis collium et montium frequens. ♃
L. viscaria inter limites Florae nostrae mihi hucusque non occurrit.

266. **Lychnis Githago** Lamck. - DC. Prodr. 1. p. 387. — Agrostemma Githago L. Sp. p. 624. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 371.
Ic. Pseudo-Melanthium, Nigellastrum etc. Lob. Icon. p. 38.
Inter segetes frequens. ①
Ludit segmentis calycis petalis paullo, vel duplo triplove longioribus; corolla rubra vel purpurea. Tota planta villo longo plus minusve copioso obsita.

### LXXXIV. VELEZIA L. — Endl. Gen. n.° 5243.

267. Velezia rigida L. Sp. p. 474. DC. Prodr. 1. p. 387. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 539. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 79.
Ic. Lychnis corniculata minor Barrel. Icon. tab. 1018.
In litore nicaeensi ex herb. H. R. Bot. Taurinensis. ①

## *II. ALSINEAE* DC.

### LXXXV. SAGINA L. Gen. ed. Schreb. p. 93.

268. Sagina procumbens α L. Sp. p. 185. DC. Prodr. 1. p. 389. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 242.
Ic. Arduin. Spec. alt. tab. 8. fig. 1. folia haud aristata. — Alsine pusilla etc. Seg. Veron. tab. 5. fig. 3.
Ad margines viarum, subinde ad rupes humidas in collinis, montanisque, haud frequens. ①

269. Sagina maritima Don ex Smith. Engl. Fl. 2. p. 239. Moris Fl. sard. 1. p. 285. Bertol. Fl. ital. 3. p. 612. app. — S. stricta Fries nov. Fl. suec. p. 58.
Ic. Engl. bot. tab. 2196.
Circa *Porto Maurizio* in Liguria occidentali Berti. ①

270. Sagina apetala Arduin. Spec. alt. p. xxii. L. Mant. ex Cod. Linn. n.° 1048. DC. Prodr. 1. p. 389. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 243. *et Pl. genuens. p.* 180. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 118.
Ic. Arduin. l. c. tab. 8. fig. 1. plant. dimens. auct. sistens.
Ad muros vetustos, vias, in graminosis aridis frequens. ①

### LXXXVI. MOEHRINGIA L. — DC. Prodr. 1. p. 390.

271. Moehringia muscosa L. Sp. p. 515. DC. Prodr. 1. p. 390. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 361. Turio *Pl. clavar. p.* 13. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 119.
Ic. Jacq. Fl. austr. 5. tab. 449.
Ad rupes humidas et secus rivulos in montanis passim. ♃

272. Moehringia sedifolia WILLD. - DC. Prod. 1. p. 390. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 362.

Ic. M. muscosa var. BALB. *in Mem. Acad. Taurin. tab.* 5. *fig.* 2.

Ad rupes in montibus Tendae ex specim. herb. H. R. Bot. Taurin. a cl. Equit. Prof. MORISIO; ipse copiosissimam observavi in rimis rupium ad promontorium *di Noli.* ♃

Valde proxima M. PONAE, differt vero statura minore, colore haud intense glauco, foliis planiusculis, rigiditate minore.

## LXXXVII. HOLOSTEUM L. — DC. Prodr. 1. p. 393.

273. Holosteum umbellatum L. Sp. p. 130. DC. Prodr. 1. p. 393. BERTOL. Fl. ital. 1. p. 832.

Ic. Alsine verna DALECH. Hist. p. 1234.

In graminosis prope *Serravalle di Scrivia* CAMBIAGGI. v.s. ①

Caulis superne, pedicelli foliorumque margo et costa apud nos pubescenti-glandulosa; statura palmaris vel minor.

## LXXXVIII. SPERGULA L. — DC. Prodr. 1. p. 394.

274. Spergula arvensis L. Sp. p. 630. DC. Prodr. 1. p. 394. α. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 772.

Ic. Saginae Spergula Polygonon Tragi LOB. Icon. p. 803.

In arvis ad Spediam ROSELLINI, in collibus p. Arengano, in valle albingaunensi. ①

275. Spergula glabra WILLD. Sp. 2. p. 821. DC. Prodr. 1. p. 394. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 777. — S. saginoides ALL. Fl. ped. 2. p. 118. non L.

Ic. ALL. l. c. tab. 64. fig. 1.

In sylvaticis montium supra *Dolcedo,* et in sylva *di Rezzo* Lig. occid. BERTI, in monte Gottro Lig. orient. BERTUCCI, etc. ♃

276. Spergula subulata SWARTZ - DC. Prodr. 1. p. 394. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 776.

Ic. Fl. dan. tab. 858.

In arenosis humidis collinis montanisque frequens. ♃

LXXXIX. LARBREA S. Hil. — DC. Prodr. 1. p. 395. et 3. p. 365.

**277.** Larbrea aquatica S. Hil. - DC. l. c. 3. p. 365. non Ser. in DC. Prodr. 1. p. 395. — Stellaria uliginosa Murr. ex Smith. Engl. Fl. 2. p. 303. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 650.
Ic. Engl. bot. tab. 1074.
Ad rivulos in montanis Apennini et alpium maritimarum. ♃

XC. STELLARIA L. — DC. Prodr. 1. p. 396.

**278.** Stellaria holostea L. Sp. p 603. DC. Prodr. 1. p. 397. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 647. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 121.
Ic. Engl. bot. tab. 511.
In montanis Liguriae occiduae p. *Arasi*, Rosellini; in apenninis bobbiensibus Balsamo, Traverso. ♃

**279.** Stellaria graminea L. Sp. p. 604. *α.* DC. Prodr. 1. p. 397. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 649.
Ic. Fl. dan. tab. 414.
In pascuis montis Antolae, Berti; et in apennino Lig. orient. ♃

**280.** Stellaria Saxifraga Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 653. DC. Prodr. 1. p. 396.
Ic. Alsine alpina Anagallidis folio Zann. ed. Mont. tab. 10. fig. 1. petala integra.
In montibus Lig. occiduae ex specim. herb. Vivianii. ♃

**281.** Stellaria media Vill. Hist. dauph. 3. p. 615. DC. Prodr. 1. p. 396. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 645. *et Pl. genuens. p.* 151. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 120. — Alsine media L. Sp. p. 389. Turio *Pl. clavar. p.* 11.
Ic. Alsine minor recentiorum Lob. Icon. p. 460.
In hortis, ad vias, domos etc. passim. ①

**282.** Stellaria Nemorum L. Sp. p. 603. DC. Prodr. 1. p. 396. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 643. Turio *Pl. clavar. p.* 14. ?
Ic. Alsine montana hederacea maxima Columm. Ecphr. tab. 290. fig. 2.
In sylvaticis montanis Apennini utriusque et alpium maritimarum. ♃

## XCI. ARENARIA L. — DC. Prodr. 1. p. 400.

283. Arenaria rubra Moris Fl. sard. 1. p. 277. α, β.

α seminibus apteris scabriusculis margine tumidis Moris l. c. — A. rubra L. Sp. p. 606. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 122.* — A. marina α Bertol. *Fl. ital. 4. p. 685. et Pl. genuens. p. 151.* excl. syn. nonnull.

Ic. Spergula purpurea Chabr. Sciagr. p. 549.

β marginata, seminibus ala lata cinctis Moris l. c. — A. media L. Sp. p. 606. excl. syn. Badar. *Pl. Lig. occid. n.° 123.* — A. marina β Bertol. *Fl. ital. 4. p. 685.* — A. marina All. *Fl. ped. 2. p. 114.*

Ic. A. marginata DC. Icon. gall. rar. tab. 48.

Var. α in locis aridis, ruderatis, in alveo torrentium usque ad maris oram; β in litoreis praesertim ad muros. ① ♃

Varietas α cum in litoreis provenit, folia gerit crassiora, caules inferne glabratos.

284. Arenaria striata L. Sp. p. 608. Bertol. *Fl. ital. 4. p. 681.* — A. laricifolia Jacq. - DC. Prodr. 1. p. 404. α. Vill. Hist. dauph. 3. p. 629.

Ic. Vill. l. c. tab. 47. Flores numero maiores quam in planta nostra.

In saxosis montanis frequens. ♃

285. Arenaria Villarii Bertol. *Fl. ital. 4. p. 667.* — A. austriaca All. Fl. ped. 2. p. 112. non Jacq. DC. Prodr. 1. p. 404. β. — A. triflora Vill. Hist. dauph. 3. p. 623. non L.

Ic. Vill. l. c. tab. 47. - All. l. c. tab. 64. fig. 2.

In montibus Tendae. ♃

286. Arenaria grandiflora L. Sp. p. 608. DC. Prodr. 1. p. 404. α, β. Bertol. Fl. ital. 4. p. 669. All. *Fl. ped. 2. p.* 113. Balb. *et* Nocc. *Fl. ticin. 2. p. 7. addend.*

Ic. All. l. c. tab. 10. fig. 1.

In alpibus maritimis Tendae, et Frontero. ♃

Variat cauliculis unifloris, bifloris, triflorisve in eodem saepe caespite.

287. Arenaria verna L. Mant. ex Cod. Linn. n.° 3298. DC. Prodr. 1. p. 405. Bertol. *Fl. ital. 4. p. 670.*

Ic. Alsine saxatilis et multiflora etc. Vaill. Bot. paris. tab. 2. fig. 3.

In montibus Tendae, Boissier, ex specimine herb. Balsamo. ♃

Planta undique sub lente puberula: petala calycem vix aequantia: capsula trivalvis, sepalis fortiter striatis, nervosis, maior.

**288.** Arenaria tenuifolia L. Sp. p. 607. DC. Prodr. 1. p. 405. α. Bertol. *Fl. ital. 4. p.* 674. ex parte. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 124.

Ic. Alsine tenuifolia Vaill. Bot. paris. tab. 3. fig. 1.

Ad muros vetustos, in pascuis aridis, et in glareosis secus torrentes valde frequens. ①

**289.** Arenaria recurva All. Fl. ped. 2. p. 113. Bertol. *Fl. ital. 4. p.* 673.

Ic. All. l. c. tab. 89. fig. 3.

* puberula, undique villo tenuissimo glandulifero adspersa. — A. setacea Viv. herb.

In alpibus maritimis nicaeensibus et albingaunensibus, ex herbariis Horti R. Bot. Taurinensis, et Vivianii. ♃

Var. puberula non differt a specie nisi foliorum pubescentia.

**290.** Arenaria rostrata Reichb. Fl. excurs. p. 787. (sub Sabulina). — A. mucronata DC. Prodr. 1. p. 407. Balb. *Miscell. alt. p.* 12. excl. syn. — A. fastigiata Bertol. Fl. ital. 4. p. 676. non Smith. quae planta annua (Engl. Fl. 2. p. 310. et Hook Brit. Fl. p. 183.) nec Jacquinii quae pariter annua nec perennis.

Ic. Hall. Hist. tab. 17. ex Rchb.

In montibus Tendae et in alpibus albingaunensibus. ♃

**291.** Arenaria tetraquetra All. *Fl. ped.* 2. *p.* 115. DC. Prodr. 1. p. 409. Bertol. *Fl. ital. 4. p.* 656. — Gypsophila aggregata L. Sp. p. 581.

Ic. All. l. c. tab. 89. fig. 1. mala. — Rubiola montana Barrel. Icon. tab. 595. melior Icone Allionii, quamvis non optima.

In alpibus albingaunensibus ex herb. Vivianii. ♃ sub ♄.

**292.** Arenaria lanceolata All. *Fl. ped.* 2. *p.* 114. DC. Prodr. 1. p. 410. Bertol. *Fl. ital. 4. p.* 657. — A. cherlerioides Vill. Hist. dauph. 3. p. 626.

Ic. Vill. l. c. tab. 47. - All. l. c. tab. 26. fig. 5. quae in DC. Prodr. citatur etiam sub A. grandiflora β.

In montibus Tendae, *Frontero*, *Triora*. ♃

293. Arenaria serpyllifolia L. Sp. p. 606. DC. Prodr. 1. p. 411. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 659. Turio *Pl. clavar. p.* 14. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 125.
Ic. Alsine minima Lob. Icon. p. 461.
Ad muros vetustos, locisve aridis, glareosisve, et in pascuis montanis frequens. ①
Polymorpha planta variat statura ab uncia ad spithamam, caule procumbente diffuse ramoso, vel erecto, foliisque plus minusve hirtis.

294. Arenaria ciliata L. Sp. p. 608. DC. Prodr. 1. p. 411. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 661.
Ic. Alsine Serpilli folio etc. Seg. Veron. tab. 5. fig. 2.
In pascuis alpinm maritimarum *Garezzo*, Berti: *Triora*, *Tanari*, *Frontero*, etc. vulgatissima. ♃

295. Arenaria trinervia L. Sp. p. 605. DC. Prodr. 1. p. 412. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 658. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 126.
Ic. Alsine Plantaginis folio J. Bauh. Hist. 3. 2. p. 363.
In umbrosis humidis collinis montanisque, saepissime ad rivulorum margines. ①

## XCII. CERASTIUM L. — DC. Prodr. 1. p. 414.

296. Cerastium vulgatum L. Sp. p. 627. DC. Prodr. 1. p. 415. α, β. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 746. Turio *Pl. clavar. p.* 15. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 128.
Ic. Myosotis arvensis hirsuta etc. Vaill. Bot. paris. tab. 30. fig. 3.
In arvis passim. ①

297. Cerastium viscosum Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 749. — C. viscosum L. Sp. p. 627. DC. Prodr. 1. p. 416. — C. triviale Link - Reichb. Fl. excurs. p. 796.
Ic. Myosotis hirsuta altera Vaill. Bot. paris. tab. 30. fig. 1.
β macrius Bertol. l. c. — C. semidecandum L. Sp. p. 627. DC. Prodr. 1. p. 416. α, β. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 127.
Ic. Myosotis hirsuta minor Vaill. l. c. fig. 2.

In pascuis aridis, ad viarum margines, etiam in montanis: β ut plurimum ad muros vetustos. ①

**298.** Cerastium campanulatum Viv. *Ann. bot.* 2. *p.* 171. DC. Prodr. 1. p. 417. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 755.

Ic. Sebast. et Maur. Fl. rom. Prodr. tab. 3. fig. 1.

* exiguum, caule simpliciusculo, vix pollicari, petalis vix calyce longioribus.

In pascuis humidis etiam in montanis vulgare: var. in pascuis collinis aridis supra Genuam. ①

Planta apud nos undique glanduloso-hirtella, viscosaque.

**299.** Cerastium brachypetalum Desp. in Pers. Syn. 1. p. 520. DC. Prodr. 1. p. 416. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 753.

Ic. DC. Icon. gall. rar. tab. 14.

In arvis et pascuis aridioribus. ①

**300.** Cerastium arvense Koch Syn. p. 124. — C. alpinum β Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 763. — C. arvense L. Sp. p. 628. — C. strictum, repens, suffruticosum, laricifolium, lineare Auct.

Ic. Myosotis arvensis hirsuta fl. majore Vaill. Bot. paris. tab. 30. fig. 4. 5. — C. lineare All. Fl. ped. tab. 80. fig. 4. — C. laricifolium Vill. Hist. dauph. tab. 48.

Vulgatissimum in collinis montanisque editioribus. ♃

Planta admodum polymorpha, ludit primum vel tota pubescens, vel foliis tantum, vel foliis cauleque glabris, foliis lanceolato-linearibus, linearibus, vel lineari-subulatis, caulibus erectiusculis, vel procumbentibus diffusis etc.

Transitus directi in Cerastium alpinum, latifolium, ovatum, quae in montibus Liguriae desiderantur, mihi haud obvii; tamen puto cl. Bertoloni omnes hasce species in unam non immerito coniunxisse.

**301.** Cerastium manticum L. Sp. p. 629. DC. Prodr. 1. p. 417. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 769.

Ic. Alsine caryophylloides glabra Seg. Pl. veron. tab. 4. fig. 2.

In cultis et pascuis collinis circa *Sestri di Ponente* frequens: in montanis agri savonensis, clavarensis, novensis etc. ①

**302.** Cerastium latifolium L. Sp. p. 629. DC. Prodr. 1. p. 419. Reichb. Fl. excurs. p. 797. — C. alpinum ? Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 764.
Ic. Reichb. Iconogr. Cent. 16. fig. 4975.
In pascuis summarum alpium ditionis albingaunensis, Traverso. ♃

### XCIII. CHERLERIA L. — DC. Prodr. 1. p. 421.

**303.** Cherleria sedoides L. Sp. p. 608. DC. l. c. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 689.
Ic. Cherleria Hall. It. helv. in opusc. bot. tab. 1.
In pascuis summarum alpium maritimarum, ex speciminibus herb. H. R. Bot. Taurinensis et in herb. Viviani; ex alpibus *Viossene* retulit Hortulanus H. R. Botanici. ♃

---

## XV. MALVACEAE Bartl. — Moris Fl. sard. 1. p. 288.

### XCIV. MALVA L. — Endl. Gen. n.° 5271.

**304.** Malva rotundifolia L. Sp. p. 969. DC. Prodr. 1. p. 432. α, β. Turio *Pl. clavar. p.* 21.? Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 140.?
Ic. M. sylvestris repens pumila Lob. Icon. p. 651.
In ruderatis et ad domos in pagis montanis Liguriae meridionalis raro: in transapenninis, locis incultis frequens. ①

**305.** Malva parviflora L. Sp. p. 969. DC. Prodr. 1. p. 433. Moris Fl. sard. 1. p. 296. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 40.
Ic. Jacq. Hort. vindob. 1. tab. 39. ex cl. Moris l. c.
Genuae in ruderatis hortorum. Ex arenosis maritimis *di S. Remo* in Liguria occidentali misit Pharmacopola Panizzi. ①
Variat pilosiuscula, pilis stellata et glabra.

**306.** Malva nicaeensis All. *Fl. ped.* 2. *p.* 40. DC. Prodr. 1. p. 433. Moris Fl. sard. 1. p. 295.
Ic. Cavan. Diss. 2. tab. 25. fig. 1. ex cl. Moris l. c.
In pascuis aridis, ruderatisque frequens. ①
Species hic memoratae M. rotundifolia, parviflora, nicaeensis.

quamvis affines, facile distinguuntur characteribus optimis a cl. Equit. Morisio in Fl. sardoa l. c. perbelle expositis: prior carpellis laevibus a M. parviflora et nicaeensi, quibus carpella rugosa insunt, differt; haec vero involuceri foliolis oblongis oblongove-lanceolatis differt a M. parviflora, quae involuceri foliola angustiora linearia profert. — Malva rotundifolia Turio, et Badarò, forte parviflorae vel nicaeensi innititur.

507. Malva mauritiana L. Sp. p. 970. DC. Prodr. 1. p. 432. Moris Fl. sard. 1. p. 294.
Ic. Cavan. Diss. tab. 25. fig. 2. ex cl. Moris l. c.
In agris collinis supra Pegli, in Liguria occidentali raro. ①
Ab insequenti distinguitur caule inferne glabro, foliisque obtuse lobatis.

508. Malva sylvestris L. Sp. p. 969. DC. Prodr. 1. p. 432. Turio *Pl. clavar. p.* 432. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 139.
Ic. M. sylvestris elatior Fuchs. Hist. p. 509.
In ruderatis, arvis, in pascuis aridis, in torrentium glareis, passim. ♂ ♃
Polymorpha, mire apud nos variat, foliis plus minusve profunde, superioribus in primis, lobatis, glabriusculis, pubescentibus incanisve.

509. Malva moschata L. Sp. p. 971. DC. Prodr. 1. p. 432. α. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 41.
Ic. Alcea folio rotundo laciniato Moris. sect. 5. tab. 18. fig. 4.
In montibus *di Garezzo* Liguriae occiduae, M. D. Berti: *di Triora*, *Albenga* Traverso. ♃

510. Malva Alcea var. I. — Caule virgato, ramis petiolisque pilis fasciculatis strigosis; foliis e basi truncata rotundatis, dorso praesertim, pilis stellatis sursum crebrioribus, canescentibus, inferioribus petiolo longioribus, 5 lobis, crenatis, ceteris sensim brevius petiolatis, decrescentibusque, sub 5 partitis, mediorum lobis cuneato-obovatis obtuse dentatis trifidisve, summorum multo angustioribus; stipulis oblongis setuloso-ciliatis; pedunculis solitariis, axillaribus, folio subbrevioribus, terminalibusque; involuceri foliolis ovato-acutis, saepissime uno alterove invicem connatis, calycis involucrum superantis, corolla multoties brevioris, 5-fidi, segmentis triangulo-acutis, acuminatisve, carpellis glabris.
Var. II. — Caule ramoso, ramisque pilis fasciculatis sparse strigillosis;

foliis petiolatis, sensim decrescentibus, obtuse dentatis, dorso sparse stellato-pilosis, facie subglabris, inferioribus e basi obtuse rotundata 5 lobis, lobis ovatis, superioribus e basi cuneata trilobis; stipulis lanceolatis; pedunculis axillaribus solitariis, superioribus folio longioribus, terminalibus subcorymbosis: foliolorum involucri ovatorum binis confluentibus; calycis involucro longioris, corolla plus triplo longioris, segmentis triangulo-acutis; carpellis dorso nervo exaratis, hirtis.

In montibus *Madonna dell'acqua* ad Scriviam legit M. D. Berti. ♃

Descriptae varietates, testantibus egregii M. D. Berti et D. Chiappori, nec non exemplare ipso, mecum communicato, observantur passim in ramis unius ipsissimi individui. !!

## XCV. LAVATERA L. — Endl. Gen. n.° 5269.

**311.** Lavatera trimestris L. Sp. p. 974. DC. Prodr. 1. p. 438. Moris Fl. sard. 1. p. 304. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 141. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 42.

Ic. Malva trimestris Clus. Hist. 2. p. 23.

In olivetis et pascuis secus litus orientale; in Liguria occidentali ex Badarò. ①

**312.** Lavatera Olbia L. Sp. p. 972. DC. Prodr. 1. p. 438. Moris Fl. sard. 1. p. 302. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 142. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 42. — L. thuringiaca All. *Fl. ped.* 2. *p.* 42. excl. syn. et icone Iconogr. taurin. ex cl. Moris l. c.

Ic. Althaea arborea Olbiae Lob. Icon. p. 653.

Unice legi secus torrentem *Sturla* prope Genuam; inter *Albenga* et *Alassio* ex Badarò. ♄

**313.** Lavatera punctata All. *Auct. p.* 26. DC. Prodr. 1. p. 439. Turio *Pl. clavar. p.* 21. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 143.

In olivetis passim. ①

**314.** Lavatera maritima Gouan Ill. p. 46. DC. Prodr. 1. p. 439. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 43. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 144.

Ic. Althaea frutex C. Clusii Lob. Icon. p. 654.

Ad rupes maritimas a Savona ad Nicaeam vulgaris. ♄

Planta speciosa, variat in aridissimis statura vix pedali, caulibus dif-

fusis, ramisque tortuosis, foliis albo tomentosis vix semipollicaribus, flabellato-subundulatis, nervis valde prominentibus, floribus calyce duplo tantum majoribus.

**315.** Lavatera arborea L. Sp. p. 972. DC. Prodr. 1. p. 439. ALL. *Fl. ped. 2. p.* 42.

Ic. CAVAN. Diss. tab. 139. ex MORIS Fl. sard. 1. p. 300.

Frequens in rejectamentis hortorum, ad muros vetustos, atque in agris in regione olivetorum, num vere spontanea? ♂ ♄

**316.** Lavatera cretica L. Sp. p. 973. DC. Prodr. 1. p. 439. MORIS Fl. sard. 1. p. 297.

Ic. JACQ. Hort. vindob. 1. tab. 41.

In ruderatis, Genuae. ♂ ♃

XCVI. ALTHAEA L. — ENDL. Gen. n.° 5270.

**317.** Althaea officinalis α L. Sp. p. 966. DC. Prodr. 1. p. 436. TURIO *Pl. clavar. p.* 21.

Ic. Althaea Ibiscus LOB. Icon. p. 653.

In pascuis humidis ad Spediae sinus, et in litore occidentali Savonam versus. ♃

**318.** Althaea cannabina L. Sp. p. 966. DC. Prodr. 1. p. 436. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 145.

Ic. Fruticosior Alcea pentaphylla etc. LOB. Icon. p. 656.

In saxosis, ruderatis, et ad muros antiquos frequens in regione olivetorum. ♃

**319.** Althaea hirsuta L. Sp. p. 966. DC. Prodr. 1. p. 437. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 146. ALL. *Fl. ped. 2. p.* 43.

Ic. Alcea hirsuta minima etc. BARREL. tab. 1169.? Flores quam in nostra majores.

Vulgatissima in agris maritimis, collinis, montanisque. ①

In locis humidis folia lucide viridia, calycemque segmenta latiora profert, et minus hirsuta.

## XVI. TILIACEAE Juss.

### XCVII. TILIA L. — Endl. Gen. n.° 5373.

320. **Tilia mollis, vulgaris** Spach. Revis. Tiliac. in Ann. sc. nat. 2. (1834) p. 337. — **T. platyphylla** Scopol. - DC. Prodr. 1. p. 513. — **T. europaea** Desf. - Turio *Pl. clavar. p.* 17. ? — **T. grandifolia** Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 335.
Ic. Spach. l. c. tab. 15. fig. 6. fl. et fr.
In sylvis *di Rezzo* Liguriae occiduae Berti. ♄

321. **Tilia intermedia** DC. Prodr. 1. p. 513. Spach. l. c. p. 335. — **T. europaea** L. - Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 334.
Ic. Spach. l. c. tab. 15. fig. 8. fl. et fr.
In sylvis montanis Apennini ligustici. ♄
Folia in nostra grandiora illis T. mollis.

322. **Tilia microphylla** Vent. - DC. Prodr. 1. p. 513. — **T. parviflora** Ehrh. — Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 336. — **T. europaea** Balb. *et* Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 250. *et* 389. excl. syn.
Ic. **T. alia icon** Chabr. Sciagr. p. 59. maxime rudis.
In sylvis montanis Apennini. ♄

---

## XVII. HYPERICINEAE DC.

### XCVIII. ANDROSAEMUM Tourn. — Chois. in DC. Prodr. 1. p. 543.

323. **Androsaemum officinale** All. *Fl. ped.* 2. *p.* 47. Chois. l. c. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 147. — **Hypericum Androsaemum** L. Sp. p. 1102. Turio *Pl. clavar. p.* 23.
Ic. **Androsaemum** Dod. Purg. p. 424.
Ad fossarum margines, secus rivulos, et in locis humidis frequens. ♃

XCIX. HYPERICUM Tourn. — Chois. in DC. Prodr. 1. p. 543.

324. **Hypericum tetrapterum** Fries Novit. Fl. suec. ed. 2. p. 236. Spach. Hist. végét. Phaner. 5. p. 387. — H. **quadrangulum** Chois. in DC. Prodr. l. c. α. excl. syn. Linn. Turio *Pl. clavar. p.* 23. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 148.
Ic. Fl. dan. tab. 640.
Ad margines rivulorum vulgare. ♃
Alae caulis subinde angustissimae tamen ab H. **quadrangulo** L., ceteris missis, facile semper dignoscitur ob sepala lanceolata acuta.

325. **Hypericum humifusum** L. Sp. p. 1103. Chois. in DC. Prodr. 1. p. 549. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 46. ?
Ic. H. **supinum** III. **minimum** Clus. Hist. 2. p. 181.
In pascuis montanis ditionis novensis Rev. De Negri. ♃

326. **Hypericum perforatum** L. Sp. p. 1105. Chois. in DC. Prodr. 1. p. 549. excl. ε, ζ. Turio *Pl. clavar. p.* 23. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 151.
Ic. **Hypericum** Lob. Icon. p. 398.
Ubique in pascuis aridis, viarum latera. ♃
Polymorphum! Habeo prae aliis, ex insula Palmaria, varietatem caulibus a basi prostrato-ascendentibus, simplicibus, rubescentibus, cymisque simpliciusculis ad H. **repens** propemodum accedentem, a quo tamen calycibus vix margine nigro punctatis statim distinguitur.

327. **Hypericum tomentosum** L. Sp. p. 1106. Chois. in DC. Prodr. 1. p. 551. Moris Fl. sard. 1. p. 322. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 45.
Ic. Moris Fl. sard. tab. xxi. eximia.
In agro nicaeensi ex herb. H. B. Taurinensis, et e specim. Rev. Montolivo et D. Durando.

328. **Hypericum hirsutum** L. Sp. p. 1105. Chois. in DC. Prod. 1. p. 551.
Ic. **Ascyron** Lob. Icon. p. 399.
In sylvis *di Dolcedo* et *Rezzo* in Liguria occidentali legit M. D. Berti. ♃

329. **Hypericum montanum** L. Sp. p. 1105. Chois. in DC. Prodr. 1. p. 552. α. Turio *Pl. clavar. p.* 23. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 150.
Ic. **Androsaemum** Matth. Valgr. 2. p. 288.

In apricis montanis et collinis vulgare. ♃

In montibus nonnumquam reperitur statura solito minore, foliisque, etiam superioribus, approximatis, adeo ut prima fronte pro H. Richeri sumi possit, sed ab hoc apprime distinguitur calycum structura, capsulisque, vittis glandulosis a basi ad apicem excurrentibus instructis, striatis. Ceterum ludit foliis omnibus vel superioribus tantum punctato-pellucidis, disco punctis nigris notatis vel non.

330. Hypericum Richerii Vill. Hist. dauph. 3. p. 501. — H. fimbriatum α Chois. in DC. Prodr. 1. p. 552.

Ic. Vill. l. c. tab. 44.

In pascuis montanis editis vulgare. ♃

H. pulchrum Badar. l. c. n.° 149. in montibus *di Triora* Lig. occid. proveniens numquam vidi, et verosimiliter huc reducendum.

331. Hypericum Coris L. Sp. p. 1107. Chois. in DC. Prodr. 1. p. 553. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 46. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 152.

Ic. Coris Matthioli Lob. Icon. p. 403. ♄

Ad rupes vel in glareosis agri nicaeensis, et in montibus unelicnsibus, albingaunensibusque frequens. ♄

## XVIII. ACERINEAE DC.

### C. ACER L. Gen. ed. Schreb. p. 732.

332. Acer campestre L. Sp. p. 1497. DC. Prodr. 1. p. 594. α, β. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 355. Turio *Pl. clavar. p.* 30.

Ic. A. minus Dod. Pempt. p. 480.

α hebecarpum, samaris pubescentibus DC. l. c.

β collinum, samaris glabris DC. l. c.

In sylvis collinis, montanisque, et ad sepes in arvis planitierum. ♄

β variat alis fructuum majoribus, lobis foliorum apice attenuatis, subacuminatisve saepe incurvatis.

333. Acer Opalus Willd. Sp. 4. p. 990. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 357. — A. opulifolium Vill. - DC. Prodr. 1. p. 594. Bellard. *App. p.* 252.

Ic. Gaud. Fl. helv. 3. tab. 3.
In montibus *di Frontero* Liguriae occiduae M. D. Berti. ♄

**334.** Acer Pseudoplatanus L. Sp. p. 1495. DC. Prodr. 1. p. 593. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 351.
Ic. Acer Lob. Icon. 2. p. 199. mala quoad folia.
In sylvis montanis frequens. ♄

---

## XIX. AMPELIDEAE H. B. K.

### CI. VITIS L. — Endl. Gen. n.° 4567.

**335.** Vitis vinifera L. Sp. p. 293. DC. Prodr. 1. p. 633. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 674.
Ic. Lob. Icon. p. 629.
Ad sepes et in sylvis, locis humilioribus collinisque. ♄

---

## XX. GERANIACEAE DC.

### CII. ERODIUM Hérit. — Endl. Gen. n.° 6045.

**336.** Erodium cicutarium Smith. Fl. brit. ed. Roem. p. 727. DC Prodr. 1. p. 646. α, β, γ. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 150. — Geranium cicutarium L. Sp. p. 951. Turio *Pl. clavar. p.* 21.
Ic. Myrrida Plinii etc. Lob. Icon. p. 659.
In pascuis apricis, ad viarum latera, in agris maritimis, collinis, montanisque passim. ① Planta polymorpha.

**337.** Erodium moschatum Hérit. - DC. Prodr. 1. p. 647. — Geranium moschatum L. Sp. p. 951. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 35.
Ic. Jacq. Hort. vindob. 1. tab. 55.
In ruderatis regionis olivetorum frequens. ①

338. Erodium ciconium Willd. Sp. 3. p. 629. DC. Prodr. 1. p. 646. — Geranium ciconium L. Sp. p. 952. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 35.

Ic. Jacq. Hort. vindob. 1. tab. 18.

In arenosis maritimis circa *Porto Maurizio* M. D. Berti, et in Liguria novensi Rev. De Negri, cl. Cesati. ①

339. Erodium malachoides Willd. Sp 3. p. 639. DC. Prodr. 1. p. 648. α. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 160. Bertol. *Pl. genuens. p.* 167. — Geranium malachoides L. Sp. p. 952. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 36.

Ic. G. malachoides Lob. Icon. p. 662. bona.

In pascuis aridis, ruderatisque frequens in regione praesertim olivetorum. ①

*Obs.* E. litoreum Badar. *l. c. n.°* 159., in arenosis marit. vallis *d'Andora*, et E. Botrys Bertol. *Amoen. p.* 35. prope Genuam *alla Foce;* hucusque frustra quaesivi.

CIII. GERANIUM DC. — Endl. Gen. n.° 6046.

340. Geranium sanguineum L. Sp. p. 958. DC. Prodr. 1. p. 639. Bertol. *Pl. genuens. p.* 168. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 153.

Ic. G. haematodes Clus. Hist. 2. p. 102.

In pascuis collinis valde frequens, etiam in transapenninis. ♃

341. Geranium tuberosum L. Sp. p. 953. DC. Prodr. 1. p. 640.

Ic. G. bulbosum Lob. Icon. p. 661.

In olivetis circa *Dolcedo* supra *Porto Maurizio* M. D. Berti, Nicaeae M. D. Piccaroli. ♃

342. Geranium macrorhizum L. - DC. Prodr. 1. p. 640. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 36.

Ic. Geranium batrachioides alterum Dod. Pempt. p. 63. rudis.

In montibus Tendae ad fodinam plumbi frequens, Reichenbach junior. ♃

343. Geranium nodosum L. Sp. p. 953. DC. Prodr. 1. p. 640. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 154. Bertol. *Pl. genuens. p.* 167.

Ic. G. quintum nodosum Clus. Hist. 2. p. 101.

In sylvis vulgatissimum. ♃

544. Geranium sylvaticum L. Sp. p. 954. DC. Prodr. 1. p. 641.
Ic. G. H. Batrachioides minus Clus. Hist. 2. p. 99.

In pascuis montium editiorum frequens. ♃

Specimina ex *Antola*, m. *Chiappa*, *Capanne di Coggia*, etc. dederunt Balsamo, Cesati, Berti.

Variat caule glabro et pilis minutis patenti reflexis hirto. Staminum filamenta subulata ciliato pilosa.

545. Geranium pyrenaicum L. Mant. ex Cod. Linn. n.° 4972. DC. Prodr. 1. p. 143. α. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 38. Balb. *et* Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 26.
Ic. G. pedunculis bifloris etc. Gerard. Fl. gallo prov. tab. 16. fig. 2.

In sylvaticis montanis supra Genuam hinc inde. Lecto, *Acquafredda* ipse, *alla Bocchetta* De Negri. ♃

546. Geranium molle L. Sp. p. 955. DC Prodr. 1. p. 643. Turio *Pl. clavar. p.* 21. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 155. Bertol. *Pl. genuens. p.* 167.
Ic. G. columbinum villosum etc. Vaill. Bot. paris. tab. 15 fig. 3.

Ad vias vulgo, in ipsa urbe. ①

547. Geranium rotundifolium L. Sp. p. 957. DC. Prodr. 1. p. 643. Turio *Pl. clavar. p.* 21. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 156. Bertol. *Pl. genuens. p.* 168.
Ic. Engl. bot. tab. 157.

Ad sepes, viarum latera, ad muros vetustos vulgatissimum. ①

548. Geranium columbinum L. Sp. p. 956. DC. Prodr. 1. p. 642.
Ic. G. columbinum foliis dissectis etc. Vaill. Bot. paris. tab. 15. fig. 4.

In arvis frequens. ①

549. Geranium dissectum L. Sp. p. 956. DC. Prodr. 1. p. 643.
Ic. G. columbinum majus etc. Vaill. Bot. paris. tab. 15. fig. 2.

In arvis, ruderatisque. ①

550. Geranium lucidum L. Sp. p. 955. DC. Prodr. 1. p. 644. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 38.

Ic. G. saxatile lucidum Moris. Hist. sect. 5. tab. 15. fig. 6.
In umbrosis montanis Liguriae occiduae Rev. De Negri. ①

351. Geranium Robertianum L. Sp. p. 955. DC. Prodr. 1. p. 644. Turio *Pl. clavar. p.* 21. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 157. — G. purpureum W. - Balb. *Miscell. alt. p.* 20.
Ic. G. Robertianum Lob. Icon. p. 375.
Ad muros vetustos, ad sepes, et in locis aridioribus ubique frequens. ①

---

## XXI. LINEAE DC.

### CIV. LINUM L. — Endl. Gen. n.° 6056.

352. Linum gallicum L. Sp. p. 401. DC. Prodr. 1. p. 423. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 554. Turio *Pl. clavar. p.* 12. Bertol. *Pl. genuens. p.* 140. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 130.
Ic. L. calycibus acutis etc. Gerard. Fl. gallo prov. tab. 16. fig. 1.
In pascuis et arvis passim. ①

353. Linum strictum L. Sp. p. 400. DC. Prodr. 1. p. 424. α, β. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 550. ex parte. Turio *Pl. clavar. p.* 12. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 131. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 109.
Ic. Passerina Linariae folio Lob. Icon. p. 411. vix mediocris.
In pascuis aridis in regione olivetorum passim. ①

354. Linum corymbulosum Reich. Fl. excurs. p. 834. Koch. Syn. ed. 2. p. 138. — L. strictum Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 550. ex parte.
Ic. Reich. Iconogr. Cent. 16. fig. 5169.
In insula Palmaria. ①

355. Linum maritimum L. Sp. p. 400. DC. Prodr. 1. p. 424. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 553. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 109. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 132.
Ic. L. maritimum luteum Zann. Hist. ed. Mont. tab. 78.
In udis maritimis, Nicaeae, Albigauni, et ad Spediam. ♃

**356.** Linum campanulatum L. Sp. p. 400. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 548. — L. glandulosum β DC. Prodr. 1. p. 425. — L. flavum All. *Fl. ped.* 2. *p.* 109. excl. syn.

Ic. Campanula lutea linifolia etc. Lob. Icon. p. 414. mala jam adnotantibus Auctoribus: habitus speciei, praesertim foliorum inferiorum, si demseris hirsutiem, melius exhibetur icone ejusdem paginae sinistrae.

In collibus supra *Sestri di Ponente* vulgatissimum; circa Genuam minus frequens. ♃ ♄

**357.** Linum viscosum L. Sp. p. 398. DC. Prodr. 1. p. 425. α, β. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 545. *et Pl. genuens. p.* 139. — L. hirsutum Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 133. excl. syn. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 108. excl. syn.

Ic. L. sylvestre Scopol. Carn. ed. 2. tab. 11. mala. — L. sylvestre latifolium etc. Barrel. tab. 1013. melior sed plantam glabram erronee sistit.

In pascuis et sylvis montanis vulgare. ♃

Inferiori parte saepe saepius glabratum apud nos invenitur. Flores speciosi, sed magnitudine varii.

**358.** Linum narbonense L. Sp. p. 398. DC. Prodr. 1. p. 426. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 542. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 134.

Ic. L. sylv. latis acutis foliis Barrel. tab. 1007. rudis.

In montibus *di Penna* Lig. occiduae Prof. Gherardi, in collibus unelionsibus vulgo, Traverso, Nicaeae Carrega. ♃

**359.** Linum tenuifolium L. Sp. p. 398. DC. Prodr. 1. p. 427. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 543. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 137.

Ic. L. sylvestre V. angustifol. Clus. Hist. 1. p. 318. satis bona.

Copiosum in aridis et ad rupes collium Liguriae praesertim occidentalis. ♃ ♄

**360.** Linum alpinum DC. Fl. fr. - Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 539. — L. montanum DC. Prodr. 1. p. 427. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 136. — L. perenne All. *Fl. ped.* 2. *p.* 108.

Ic. L. laeve Scopol. Carn. ed. 2. tab. 11. mala.

In pascuis locisque saxosis ad promontorium *di Noli.* ♃

**361.** Linum angustifolium Huds. - DC. Prodr. 1. p. 426. α. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 537. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 135. — L. tenuifolium Turio *Pl. clavar. p.* 12.? — L. narbonense All. *Fl. ped.* 2. *p.* 108. Bertol. *l. c.*

Ic. Engl. bot. tab. 381.

In pascuis regionis olivetorum ubique frequens. ♃

Foliis floralibus interdum inferioribus majoribus variat.

**362.** Linum usitatissimum L. Sp. p. 397. DC. Prodr. 1. p. 798. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 535.

Ic. Linum Brunsf. Herb. 1. p. 170.

In agris hinc inde, saepe cultum. ①

**363.** Linum catharticum L. Sp. p. 401. DC. Prodr. 1. p. 428. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 558. Turio *Pl. clavar. p.* 12. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 138.

Ic. Chamaelinum subrotundo folio Barrel. tab. 1165. fig. 1.

In pascuis passim. ①

In locis humentibus altitudine pedali et ultra luxuriat.

---

## XXII. BALSAMINEAE A. Rich.

### CV. IMPATIENS L. — Endl. Gen. n.° 6060.

**364.** Impatiens Noli tangere L. Sp. p. 1329. DC. Prodr. 1. p. 687. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 691.

Ic. Impatiens herba Dod. Pempt. p. 659.

In sylvis montanis *di Rezzo* Liguriae occiduae M. D. Berti. ①

---

## XXIII. OXALIDEAE DC.

### CVI. OXALIS L. — Endl. Gen. n.° 6058.

**365.** Oxalis acetosella L. Sp. p. 620. DC. Prodr. 1. p. 700. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 726. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 163.

Ic. Trifolium acetosum Dod. Pempt. p. 578.
In umbrosis montanis haud frequens. ♃

366. **Oxalis corniculata** L. Sp. p. 623. DC. Prodr. 1. p. 692. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 727. Turio *Pl. clavar. p.* 15. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 162. — O. villosa Badar. *l. c. n.°* 162. Avé Lallem. *de quibusd. Pl. ital. p.* 13.
Ic. O. flavo flore Clus. Hist. 2. p. 269.
In agris, ad vias, ad muros passim. ①
Variat plus vel minus puberula, pedunculis nunc folio longioribus, nunc brevioribus, in iisdem exemplaribus!

---

## XXIV. RUTACEAE A. Juss.

### CVII. TRIBULUS L. — Endl. Gen. n.° 6030.

367. **Tribulus terrestris** L. Sp. p. 554. DC. Prodr. 1. p. 703. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 422. *et Pl. genuens. p.* 149. Turio *Pl. clavar. p.* 14. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 165. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 93.
Ic. Tribulus terrestris Lob. Icon. 2. p. 84.
In arenosis maritimis frequens. ①

### CVIII. DICTAMNUS L. — Endl. Gen. n.° 6024.

368. **Dictamnus Fraxinella** Pers. Syn. 1. p. 464. DC. Prodr. 1. p. 712. α. — D. albus L. Sp. p. 548. Bertol. *Pl. genuens. p.* 149. *et Fl. ital.* 4. *p.* 409.
Ic. Fraxinella Dod. Purg. p. 83. bona, sed erronee plant. glaberr. sistit.
In collibus genuensibus frequens. ♃

### CIX. RUTA L. — Endl. Gen. n.° 6027.

369. **Ruta chalepensis** Moris Fl. sard. 1. p. 368. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 414. — R. chalepensis β L. — R. graveolens α L. Sp. p. 548. Turio *Pl. clavar. p.* 14. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 164. — R. angustifolia Pers. Syn. 1. p. 464.

Ic. R. tenuifolia etc. Moris. Hist. sect. 5. tab. 35. fig. 8.

β bracteosa, bracteis latioribus cordato-ovatis Moris l. c. — R. bracteosa DC. Prodr. 1. p. 710.

Ad rupes in collibus aridioribus frequens; β saepe ad muros vetustos. ♃ ♄

Dantur formae quae gradus omnino intermedios inter α et β sistunt.

---

## XXV. CORIARIEAE DC.

### CX. CORIARIA L. — Endl. Gen. n.° 5596.

**370. Coriaria myrtifolia** L. Sp. p. 1467. DC. Prodr. 1. p. 739. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 166. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 124.

Ic. Rhus Plinii myrtifolia etc. Lob. Icon. 2. p. 98. mala ob folia pleraque alterna.

In collibus regionis olivetorum, et in locis sylvaticis Liguriae occidentalis frequens. ♄

# REPERTORIUM

# FLORAE LIGUSTICAE

## PARS II.

### SUBCLASSIS II.

## CALYCIFLORAE

### XXVI. CELASTRINEAE R. Br.

#### CXI. EVONYMUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 5676.

**371**. Evonymus latifolius Scopol. Fl. carn. ed. 2. 1. p. 185. DC. Prodr. 2. p. 4. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 672.
Ic. E. I. sive latifolia Clus. Hist. 1. p. 56.
In sylvaticis montanis Apennini. ♄

**372**. Evonymus europaeus L. Sp. p. 286. α. DC. Prodr. 2. p. 4. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 670.
Ic. E. Theophrasti Lob. Icon. 2. p. 168.
Ad sepes et in dumetosis praesertim montanis frequens. ♄

### XXVII. RHAMNEAE R. Br.

#### CXII. ZIZYPHUS Iuss. — Endl. Gen. n.° 5717.

**373**. Zizyphus vulgaris Lamck. — DC. Prodr. 2. p. 19. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 665. Badar. *Pl. Lig. occid.* n.° 167 — Rhamnus Zizyphus Sp. p. 282. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 131.
In sterilibus secus litora Liguriae occidentalis, Nicaeam versus hinc inde, sed saepe in hortis cultus. ♃

## CXIII. PALIURUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 5716.

574. Paliurus aculeatus Lamck. — DC. Prodr. 2. p. 22. — Rhamnus Paliurus L. Sp. p. 281. All. *Flor. ped.* 2. *p.* 130. Turio *Pl. clavar. p.* 10. — P. australis R. et S. — Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 667.

Ic. Paliurus Lob. Icon. 2. p. 179.

Ad sepes circa Clavarium et in agro albingaunensi. ♄

## CXIV. RHAMNUS Iuss. — Endl. Gen. n.° 5722.

575. Rhamnus Alaternus L. Sp. p. 281. DC. Prodr. 2. p. 23. γ. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 661. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 130. Turio *Pl. clavar. p.* 10. Badar. *Pl. Lig. occid.* n.° 168.

Ic. Alaternus I et II. Clus. Hist. 1. p. 50.

Ad rupes in collibus maritimis frequens, Genuae ad muros vetustos urbis. ♄

Frequentius apud nos caespitosus, quammaxime varians foliis ovatis, ellipticis, ellipticove-lanceolatis.

576. Rhamnus catharticus L. Sp. p. 279. DC. Prodr. 2. p. 24. α. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 651.

Ic. Arduin. Memor. tab. 13.

* lancifolius, foliis elliptico-lanceolatis acuminatis, ramulisque canescentibus . . . . . . .

In montanis Apennini ad sepes et in sylvaticis; variet. *alla capanna di Marcaruolo.* ♄

577. Rhamnus infectorius L. Mant. ( excl. Syn. Cl. ) ex Cod. Linn. n.° 1550. Koch Syn. p. 148. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 652. excl. par. Syn. Clus. et Waldst. et Kit. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 130.

Ic. R. catharticus minor Arduin. Mem. tab. 14. mediocris.

In collibus prope *Albenga* ex herb. Viviani ♄

In unico specimine fructifero quod ad manus est, cortex e rufescenti-fuscus, rami, spinae, foliaque ut in descriptione cl. Bertolonii l. c., sed flores omnes foeminei, tetrapetali, filamentis sterilibus petalis interiectis, nec masculi et feminei in eodem pede, seminum rima, prout videre est in fructu nondum ad maturitatem perducto, clausa sicuti in R. infectorio Kochii l. c. Ceterum planta mihi adhuc dum obscura.

**378.** Rhamnus pumilus L. Mant. I. ex Cod. Linn. n.° 1562. DC. Prodr. 2. p. 25. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 660. ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 131.

Ic. R. rupestris SCOPOL. Fl. carn. ed. 2. tab. 5. mala.

Ad rupes in summo colle *di Tenda.* ♄

**379.** Rhamnus alpinus L. Sp. p. 280. DC. Prodr. 2. p. 25. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 657. BALB. et NOCCA *Fl. ticin.* 1. *p.* 349.

Ic. R. inermis, foliis ovatis crenulatis HALL. helv. tab. 40.

In sylvaticis montanis frequens. ♄

**380.** Rhamnus Frangula L. Sp. p. 280. DC. Prodr. 2. p. 26. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 658. TURIO *Pl. clavar. p.* 10.

Ic. Frangula Dodonaei ARDUIN. Mem. tab. 15.

In sylvis montanis frequens. ♄

---

## XXVIII. TEREBINTHACEAE Juss.

### CXV. PISTACIA L. — ENDL. n.° 5893.

**381.** Pistacia Terebinthus L. Sp. p. 1455. DC. Prodr. 2. p. 64. α. MORIS Fl. sard. 1. p. 388. ALL. Fl. ped. 2. p. 191. TURIO *Pl. clavar. p.* 29. BADAR. *Pl. Lig. occid n.°* 170.

Ic. Terebinthus et T. ramus cum corniculo DOD. Pempt. p. 870.

In collibus totius regionis olivetorum frequens. ♄

Cornicula sive Gallae ex Aphide Pistaciae (cf. MORIS l. c.) in icone DOD. depicta, villicis ligusticis *Carubbe Sarvèghe* audiunt.

**382.** Pistacia Lentiscus L. Sp. p. 1455. DC. Prodr. 2. p. 65. α. β. MORIS Fl. sard. 1. p. 389. ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 191. TURIO *Pl. clavar. p.* 29. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 171.

Ic. Lentiscus DOD. Pempt. p. 871. bona.

In dumetosis regionis olivetorum frequentissime. ♄

### CXVI. RHUS L. — ENDL. Gen. n.° 5905.

**383.** Rhus Coriaria L. Sp. p. 379. DC. Prodr. 2. p. 67. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 476.

Ic. R. obsoniorum LOB. Icon. 2. p. 98.

Vulgaris ad muros vetustos circa Genuam et in ipsa urbe. ♄

384. Rhus Cotinus L. Sp. p. 383. DC. Prodr. 2. p. 67. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 479. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 133. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 169.

Ic. Cotinus Coriaria Dod. Pempt. p. 780.

In collibus aridioribus tum in Liguria maritima, cum in transapennina. ♄

CXVII. CNEORUM. — Endl. Gen. n.° 5954.

385. Cneorum tricoccum L. Sp. p. 49. DC. Prodr. 2. p. 84. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 196. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 234.

Ic. Chamelaea Dod. Purg. p. 125. bona.

In dumetosis ad *Villafranca* prope Nicaeam, comitante cl. Cesati, legi.

---

## XXIX. LEGUMINOSAE Iuss.

SECTIO I.

*SOPHOREAE.*

CXVIII. ANAGYRIS L. — Endl. Gen. n.° 6418.

386. Anagyris foetida L. Sp. p. 534. DC. Prodr. 2. p. 99. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 404. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 140.

Ic. Anagyris Clus. Hist. p. 93.

In dumetosis collium supra *Varigotti* in Liguria occidentali copiosissima. ♄

SECTIO II.

*LOTEAE.*

CXIX. LUPINUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 6473.

387. Lupinus angustifolius L. Sp. p. 1016. DC. Prodr. 2. p. 407.

In pascuis circa Savonam et supra *Sestri* in Liguria occidentali D. Chiappori. ①

In nonnullis Liguriae orientalis locis, uti *Moneglia*, *Levanto*, colitur Lupinus albus, qui quasi sponte per agros propagatur.

CXX. ONONIS Endl. Gen. n.° 6493.

388. Ononis natrix Boiss. Voyag. Esp. p. 149. — O. natrix DC. Prodr. 2. p. 159. — O. natrix et pinguis L. Sp. p. 1008. 1009. All. *Fl. ped.*

1. *p.* 317. — O. natrix Turio *Pl. clavar. p.* 22. — O. hispanica Rchb. Fl. excurs. p. 517. quod ad plant. nicaeens. — O. ramosissima DC. Prodr. 2. p. 159. quod ad plant. nicaeens. — O. arenaria DC. Cat. h. monsp. p. 128. n.° 147. et Prodr. 2. p. 159.

Ic. Natrix Plinii Lob. Icon. 2. p. 28. mala. — Anonis lutea non spinosa Chabr. Sciagr. p. 168.

In pascuis sterilibus praecipue secus torrentium alveum, et in ora maritima Liguriae totius frequens. ♃. interdum fere ♄.

Planta pro loco natali vel aetate multiformis! In ipsis individuis ramos saepissime edit inter se et caulem adeo absimiles, ut seorsim spectati pro distinctis speciebus haberi possint. Adsunt formae quaedam, in litoreis praeceteris, quae si comparantur cum varietatibus in apennino, vel trans apenninum provenientibus, ab his multis momentis differunt, species autonomas diceres, sed deest omnino character ad eas distinguendas, per gradus intermedios invicem confluunt, nec circumscribi possunt, nisi unumquodque individuum pro distincta varietate sumere velis.

589. Ononis viscosa, breviflora Moris Flor. sard. 1. p. 415. — O. breviflora DC. Prodr. 2. p. 160. — O. viscosa All. *Fl. ped.* 1. *p.* 318. non L. ex Diagnosi celeberr. Morisii.

In arvis et olivetis prope Nicaeam Cesati, in arvis montanis Liguriae occiduae Prof. Gherardi. ⊙

590. Ononis striata Gouan Ill. p. 47. DC. Prodr. 2. p. 164.

In montibus Tendae cl. Boissier ex exemplaribus cum cl. Prof. Balsamo et mecum communicatis. ♃

591. Ononis Columnae All. *Fl. ped.* 1. *p.* 318. DC. Prodr. 2. p. 164.

Ic. All. l. c. tab. 20. fig. 3.

In collibus supra *Porto Maurizio* M. D. Berti, in Liguria transapennina cell. Balsamo, Cesati. ♃

592. Ononis minutissima L. Sp. p. 1007. DC. Prodr. 2. p. 164. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 317. excl. Syn. Jacq. Bertol. *Pl. genuens. p.* 172. Turio *Pl. clavar. p.* 22. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 184. Bergam. *git. apen. l. c. p.* 271.

Ic. Anonis lutea, montana etc. Barrel. Icon. tab. 1107. mala.

In saxosis collium et ad rupes in regione olivetorum vulgatissima. ♄

593. Ononis reclinata, minor Moris *Fl. sard.* 1. *p.* 422. — O. Cherleri

Desf. — DC. Prodr. 2. p. 162, non L. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 318. excl. Syn. L. et Icon. Iconogr. taurin. ex cl. Moris.

Ic. O. mollis Savi Mem. Soc. ital. 9. tab. 8. ex Moris.

In arvis circa Nicaeam, in olivetis ad Uneliam etc. ①

394. **Ononis arvensis** Sm. Engl. Fl. 3. p. 266. — O. antiquorum Bertol. *Pl. genuens. p.* 171. (excl. Synon.) Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 183. — O. spinosa Turio *Pl. clavar. p.* 22. — O. antiquorum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 316. 317.

Ic. O. aut Anonis Lob. Icon. 2. p. 28.

In arvis, pascuis vulgatissima, etiam in locis editioribus. ♃

Ononidis natricis quod ad indolem maxime versatilem aemula! Occurrit caulibus erectis, ascendentibus, diffusisve, ramis fere omnibus ramulisque solitariis vel geminatis, spinescentibus, unifariam, bifariam, vel undique plus minus villoso-glandulosis; foliis magnitudine variis, villoso-glandulosis, subglabrisve (glabra nondum vidi), ovalibus, obovatis, cuneato obovatis, oblongisve, plus minusve argute serrulatis; floribus solitariis omnibus, in apice ramulorum racemosis, vel sparsis. — Legumina in omnibus observatis varietatibus calyce breviora, 1-2-3-sperma! Semina in omnibus minute sub vitro muriculato-scabra, qua nota ab O. antiquorum L. secundum Kochium aliosque differt. — Si quae distinctio inter formas apud nos obvias ponenda esset, prae caeteris illam Florae Silesiacae, auctor. cell. Wimmer et Grabowski amplecterer, nempe (Fl. siles. 2. p. 27): I. O. procumbens, subinermis, vel ramis apice spinescentibus, spinis lateralibus admodum raris et II. O. spinosa, ramis crebre spinosis, spinisque rigidis, passim subgeminatis. Et pro vero prior varietas, fructibus iam maturis spinas nunquam induit, dum posterior, spinis validis undique horrescit, iam ante florum evolutionem; sed notis tantae levitatis nescio utrum rite distingui mereantur.

395. **Ononis hircina** Jacq. — Will. Sp. 3. p. 989. — O. altissima Lamck. — DC. Prodr. 2. p. 162. — O. foetens All. *Fl. ped.* 1. *p.* 317.

Ic. Anonis mitior Clus. hist. 1. p. 99. — All. l. c. tab. 40. fig. 3. mala.

Circa Tendam cl. Cesati, alibique in Liguria ex specimine herbarii Vivianii cum indicatione Fl. Lig. ①

Specimina silesiaca a cl. Wimmer, statura maiore, ramis magis elongatis et longius floriferis ac in nostra gaudent, in reliquis adamussim conveniunt. — Icon Allionii citata peccat ex eo quod flores in axilla foliorum

solitarios exhibet; foliolorum insuper forma, et stipulis multo minoribus, varietatem inermem Ononidis arvensis potius refert quam O. hircinam genuinam.

CXXI. ULEX L. — Endl. Gen. n.° 6495.

396. Ulex europaeus L. Sp. p. 1045. α. DC. Prodr. 2. p. 44. Turio *Pl. clavar. p.* 23?

Ic. Genista spinosa Dod. Pempt. p. 759.

* Ligusticus; caule ramosissimo, diffuso, ramisque pubescenti-villosis, sulcatis, ramulis multi-spinosis, spina terminali lateralibus simplicibus 2. 3. 4. 5. divisisve multo longiore, demum glabratis; foliis lineari-subulatis omnibus, apice spinula terminatis, glabris; floribus solitariis geminatisve, pedunculo calyce triplo breviore, apice bibracteolato, bractcolis ovato-rotundatis obtusissimis calyci adpressis; sepalis convexis, superiore bidentato, bifido, bilobove, inferiore minute tridentato, dentibus in vivo distinctis; corolla calyce vix longiore, vexillo cordato-ovato emarginato, alis carinaque margine inferiore villoso-sericeis, basim versus gibbis; legumine villoso, apice obtuso, 2-3-spermo; seminibus carunculatis.

In dumetosis ad Spediam Rosellini, et in montibus *del Bracco*. Varietas in sylvulis collinis Liguriae occiduae circa *Pegli*. ♄

In specie cum in varietate calyx ante anthesim pilis sparsis rufescentibus appressis pubescens, demum canescens. Haec pro distincta specie libenter habuissem, tum ob habitum peculiarem, ob spinas graciliores brevioresque, cum ob structuram floris, quo intuitu ab α non parum differt; sed in iisdem caespitibus sepalum superius bidentatum, bifidum, bilobumve pluries observavi. Addendum insuper quod in α saepe adsunt rami more varietatis β graciliores, tenuius spinosi, variantque undique pubescenti-villosi, canescentes, vel penitus glabri. — Varietas accedere videtur ad U. boeticum cl. Boissieri.

CXXII. SPARTIUM DC. — Endl. Gen. n.° 6497.

397. Spartium iunceum L. Sp. p. 995. DC. Prodr. 2. p. 145. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 339. Bertol. *Fl. genuens. p.* 169. Turio *Pl. clavar. p.* 21. — Genista iuncea Desf. — Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 177.

Ic. S. Dioscoridis Clus. hist. p. 102.

Vulgatissimum in collibus aridioribus Liguriae totius, saepe etiam ad muros vetustos in ipsa urbe Genua. ♄

Planta omnibus nota, vernaculo *Galletti.*

### CXXIII. CALYCOTOME Link. — Moris Fl. sard. 1. p. 400.

398. Calycotome spinosa Link ex Moris Fl. sard. 1. p. 401. — Cytisus spinosus Lamck. — DC. Prodr. 2. p. 154. — Spartium spinosum L. Sp. p. 997. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 339. Bertol. *Pl. genuens. p.* 169. Turio *Pl. clavar. p.* 21. — Genista spinosa Poll. — Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 179.

Ic. Acacia altera Lob. Icon. 2. p. 95.

Vulgatissima in collinis regionis olivetorum. ♄

### CXXIV. SAROTHAMNUS Wimm. — Endl. Gen. n.° 6499.

399. Sarothamnus scoparius Wimm. ex Boiss. Voyag. Esp. p. 134. — Cytisus scoparius Link. — DC. Prodr. 2. p. 154. — Spartium scoparium L. Sp. p. 996. Turio *Pl. clavar. p.* 21. — Genista scoparia Lamck. — Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 178.

Ic. G. scoparia vulgi Lob. Icon. 2. p. 89.

In sylvaticis montanis frequens, raro in collibus regionis olivetorum. ♄

### CXXV. GENISTA Endl. Gen. n.° 6509.

400. Genista candicans L. Cent. I. — Cod. Linn. n.° 5201. DC. Prodr. 2. p. 145. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 322.

In collibus regionis olivetorum, locis aridioribus dumetosis hinc inde. ♄

401. Genista germanica L. Sp. p. 995. DC. Prodr. 2. p. 149. Turio *Pl. clavar. p.* 23. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 176. *α.*

Ic. G. aculeata foliosa Chabr. Sciagr. p. 84.

In sylvaticis collinis montanisque. ♄

Ramis non spinosis (Badar. l. c. *β.* ) hactenus non vidi.

402. Genista hispanica L. Sp. p. 999. DC. Prodr. 2. p. 148. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 322.

Ic. Lamck. Illustr. tab. 619. fig. 3.

In agro Nicaeensi *Piccaroli*, tum cum ex herbar. Vivianii et Hort. R. Bot. Taurinensis. ♄.

403. Genista ovata Waldst. et Kit. — DC. Prodr. 2. p. 151. Bertol. Amoen. p. 243. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 173.

Ic. W. et K. Pl. rar. Hung. 1. tab. 84. ex auct. cit.

In pascuis et dumetosis collinis montanisque passim. ♄

Polymorpha, variat altitudine a pede ad ulnam, caulibus a basi plus minus caespitosis, ramis simplicibus vel iterum arrecto-ramosis, foliis elliptico-lanceolatis, ovato-lanceolatis, oblongis, lanceolatis, lineari-lanceolatisve, acutis, obtusisve, margine et costa affatim et obiter pilosis; floribus versus apicem ramorum axillaribus plus minusve copiosis. — G. nervata ab hac differt, ex specimine Tergestino a cl. Tommasini, leguminibus glabris: G. mantica habitu graciliore, ramis simpliciusculis, diffusis, foliis angustioribus; ceterum vereor G. manticam nil aliud esse quam formam contractam macram G. Ovatae.

404. Genista scariosa Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 175. et *Fl. ital. fragm. ed.* 2. *p.* 5. DC. Prodr. 1. p. 150. Turio *Pl. clavar. p.* 23. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 174. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 48. — G. Genuensis Bertol. *Pl. genuens. p.* 170.

Ic. Viv. fragm. ed. 2. tab. 8. mediocris.

Vulgatissima in pascuis collinis submontanisque Liguriae cisapenninae. ♄

Ab affini G. triquetra W. et K. cuius specimen e Carnia obtinui ab amicissimo De Rainer, vix differt foliis plerisque lineari-lanceolatis, floribus paullo maioribus, bracteolisque calyci minus adpressis.

405. Genista sagittalis L. Sp. p. 998. DC. Prodr. 2. p. 151. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 321.

Ic. Genistella montana Lobel. Icon. 2. p. 92.

In montibus nicaeensibus, alibique in alpibus maritimis, Rev. Montolivo, Prof. Gherardi. ♃

406. Genista pilosa L. Sp. p. 999. DC. Prodr. 2. p. 152. Bertol. *Pl. gen. p.* 170. Turio *Pl. clavar. p.* 23. Sassi *Giorn. lig.* 1827. *p.* 116. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 39. — G. humifusa Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 175.

Ic. Chamaegenista I. Clus. Hist. 1. p. 103.

In sylvis et dumetis montanis, et in collibus vulgaris. ♄

Foliis subinde semipollicaribus, elliptico-lanceolatis, ramisque elongatis gracilibus occurrit.

407. Genista radiata Scopol. Fl. carn. ed. 2. 2. p. 51. DC. Prodr. 2. p. 146. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 131. — Spartium radiatum L. Sp. p. 996.

Ic. S. aequicolorum etc. Columm. Ecphr. tab. 294.

In apennino Bobbiensi Prof. Balsamo: in apenninis clavarensibus copiose Traverso. ♄

**408.** Genista cinerea DC. Prodr. 2. p. 149. — G. scoparia Bellard. *App. ad Fl. ped. p.* 240. — Spartium purgans All. *Fl. ped.* 1. *p.* 329. — G. sericea Avé Lallem. *de quibusd. Pl. ital. p.* 16 ? videtur.

In montibus Tendae ad rupes vulgatissima, in montibus *di Frontero* et ditionis albingaunensis frequens. ♄

A G. ramosissima quacum coniungitur et forte non immerito a cl. Boissier ( Voyag. Esp. p. 142. ) vix differt floribus secus ramos solitariis, minoribus. Spartium purgans All. huc spectare videtur, nemo enim quod sciam, Genistam purgantem DC, quae aliunde ab hac nostra vix distingui meretur, in locis ex Flora Pedem. adductis vidit.

**409.** Genista aspalathoides confertior Moris Fl. sard. 1. p. 405. — G. Lobelii DC. Prodr. 2. p. 147.

Ic. Moris l. c. tab. 30. optima.

In dumetosis collium montiumque Liguriae orientalis a sinu Spediae usque ad montes supra *Sestri* hinc inde. ♄

CXXVI. ARGYROLOBIUM Eckl. et Zeyh. — Endl. Gen. n.° 6504.

**410.** Argyrolobium Linnaeanum Walp. Repert. 1. p. 632. — Cytisus argenteus L. Sp. p. 1043. DC. Prodr. 2. p. 156. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 320. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 182.

Ic. Lotus asperior fruticosa etc. Lob. Icon. 2. p. 41.

In aridioribus regionis olivetorum Liguriae agro nicaeensi finitimae et in agro nicaeensi: Genuae *alla foce tertora*. ♄

CXXVII. CYTISUS Endl. Gen. n.° 6505.

**411.** Cytisus Laburnum L. Sp. p. 1041. DC. Prodr. 2. p. 153. Bertol. *Pl. genuens. p.* 173.

Ic. Anagyris minus foetens Lob. Icon. 2. p. 49.

In sylvaticis collium et montium humiliorum. ♄

**412.** Cytisus alpinus Mill. — ex Willd. En. pl. H. Berol. 2. p. 767. DC. Prodr. 2. p. 153.

Ic. Waldst. et Kit. Pl. Hung. tab. 260. ex DC.

In sylvis montis apennini centralis et in alpibus maritimis vulgaris. ♄

A Laburno facile dignoscitur, ramis petiolisque glabris, foliis compage tenerioribus, adversus lucem evidentius pellucido-reticulatis, latioribus, subtus etiam iunioribus glabris. Collatus cum helvetico, ad specimen a cl. Monnard, noster tantum differt floribus quidquam minoribus.

**413.** Cytisus triflorus Hérit. — DC. Prodr. 2. p. 154. Moris Fl. sard. 1. p. 410. Bertol. *Pl. genuens. p.* 174.

Ic. C. III. Clus. Hist. 1. p. 94.

In sylvaticis dumetosisque collium Liguriae maritimae, a Nicaea ad Spediam frequens. ♄

A C. hirsuto, quocum commutatum vidi, calycis structura facile dignoscitur.

**414.** Cytisus sessilifolius L. Sp. p. 1041. DC. Prodr. 2. p. 153. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 320. Bertol. *Pl. genuens. p.* 173. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 181.

Ic. Alter Cytisus Lob. Icon. 2. p. 46. mediocris.

In dumetosis collium frequentissime. ♄

Rami tarda aetate vel autumno florentes proferunt plerumque folia omnia trifoliolata, foliolis petiolo brevioribus, an forte C. nigricans Badar? — Ceterum mire ludit latitudine foliolorum a 3. millim. ad centimetrum usque et ultra, earumque forma subrotunda, ovata, subrhombea, elliptica etc., racemis plus minus elongatis.

**415.** Cytisus pumilus.

Humilis, caule a basi ramosissimo, ramis erectis patentibusve, pilis sparsis patulis hirtellis, foliolis parvis obovatis oblongove-obovatis obtusis facie sparsim, dorso petiolisque dense appresse pilosis, floribus axillaribus solitariis breve pedunculatis ebracteolatis, calycibus tubulosis bilabiatis, labio superiore obtuse bidentato, subadpresse pilosis.

In collibus Liguriae occiduae ex herb. Viviani; in convallibus alpium maritimarum Traverso. ♄

Fruticulus vix altitudine palmari, habitu ad C. biflorum accedens, differt vero floribus solitariis, ramis foliisque piloso-hirtis, neutiquam sericeis.

**416.** Cytisus supinus Bertol. *Pl. genuens. p.* 174. non Koch, nec Reichb, nec DC. Prodr.

In dumetosis collium, Genuae, *Portofino, Sestri Ponente*, etc., frequens. ♄

A cl. Bertoloni l. c. optime descriptus, addendum tantum quod calycis labium inferius nunc integrum, ob dentes paucos simul conglutinatos, nunc dentibus ipsis liberis brevissime 3-dentatum, quod bracteolae ad basim calicis obviae valde deciduae sunt, et nonnumquam omnino desunt! in ipsis alabastris: demum quod occurrit fasciculis florum lateralium remo-

tiusculis vel dense confertis, racemos longos interfoliatos constituentibus; foliola quandoque toto anno perdurant, et subglabra, nitidula fiunt. — Planta nostra verosimiliter eadem est ac C. **hirsutus** Reichb., Koch, DC. Prodr., sed C. **hirsutus** ob nimias auctorum illustrationes est species fere inextricabilis. C. **hirsutus** Reichb. **biflorus** Kock, C. **biflorus** et **supinus** DC. Prodr. ex citata Icone Iacquini Fl. austr. tab. 20 viderentur unam eamdemque speciem constituere!

## CXXVIII. ANTHYLLIS L. — DC. Prodr. 2. p. 168.

**417.** Anthyllis Barba-Iovis L. Sp. p. 1013. DC. Prodr. 2. p. 169. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 312. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 187.

Ic. **Barba-Iovis tenuifolia incana** Barrel. Icon. tab. 378.

Ad rupes maritimas Liguriae occidentalis, a Nicaea ad Savonam usque. ♄

**422.** Anthyllis montana L. Sp. p. 1012. DC. Prodr. 2. p. 170. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 312. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 186.

Ic. **Astragalus incanus** Barrel. Icon. tab. 722. mala.

In pascuis montanis Liguriae occidentalis, hinc inde frequens. ♄

**418.** Anthyllis vulneraria L. Sp. p. 1012. DC. Prodr. 2. p. 170. Turio *Pl. clavar. p.* 23.

Ic. **A. leguminosa lutea italica** Barrel. Icon. tab. 575. — **A. lenti similis** Dod. Pempt. p. 552.

In pascuis collinis montanisque frequens. ♃

Variat floribus flavis, purpureisve, foliis radicalibus simplicibus vel pinnatis, foliolis alternis numero variis, terminali multo minoribus vel subaequalibus (an. A. **lotoides** Poll. Fl. veron. 3. p. 806?); foliolis foliorum caulinorum 4–10-conformibus inaequalibusque, superiora versus sensim angustioribus longioribus, variat demum caulibus foliis radicalibus tantum instructis.

**419.** Anthyllis tetraphylla L. Sp. p. 1012. DC. Prodr. 2. p. 171. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 312. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 185.

Ic. **A. leguminosa vesicaria lutea** Barrel. Icon. tab. 554.

In arvis et olivetis Liguriae occidentalis frequens. ①

CXXIX. MEDICAGO L. — DC. Prodr. 2. p. 171. Moris Fl. sard. 1. p. 430.

**420.** Medicago lupulina L. Sp. p. 1097. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 172. Moris Fl. sard. 1. p. 431. Turio *Pl. clavar. p.* 22. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 213.
Ic. Trifolium agrarium Dod. Pempt. p. 576.
β. canescens Moris l. c. p. 432.
In pascuis, agris, frequens. (1)

**421.** Medicago circinnata L. Sp. p. 1096. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 171. Moris Fl. sard. 1. p. 432. All. *auct. p.* 21.
Ic. Moris Fl. sard. tab. 34. optima!
In arvis circa Nicaeam Cesati, Rastoin, Ill. Carrega. (1)

**422.** Medicago orbicularis All. *Fl. ped.* 1. *p.* 314. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 174. Moris Fl. sard. 1. p. 434.
Ic. Moris Fl. sard. tab. 37!
* leguminibus pubescenti-glandulosis, ciliatis. — M. orbicularis δ. Bertol. *Fl. alp. apuan. p.* 397.
In pascuis aridis, ad muros vetustos frequens. (1). Variet. ad Menton legit Rastoin.

**423.** Medicago scutellata All. *Fl. ped.* 1. *p.* 315. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 175. Moris Fl. sard. 1. p. 435. Turio *Pl. clavar. p.* 22. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 217.
Ic. Moris Fl. sard. tab. 36. optima.
In olivetis nicaeensibus Cesati, circa *Porto Maurizio* Berti. (1)

**424.** Medicago sativa L. Sp. p. 1096. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 173. Moris Fl. sard. 1. p. 436. Turio *Pl. clavar. p.* 22.
Ic. Medica Chabr. Sciagr. p. 165.
In pascuis spontanea. ♃

**425.** Medicago falcata L. Sp. p. 1096. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 172. Turio *Pl. clavar. p.* 22? Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 212.
Ic. Medica flavo flore Clus. hist. 2. p. 243.
In pascuis praesertim montanis. ♃
Florum colore flavo, luride flavicante vel demum violaceo ludit, leguminibus adpresse pilosis a glomerata facile dignoscitur.

**426.** Medicago glomerata Balb. El. p. 93. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 174.

In pascuis apricis Nicaeae, Genuae, alibique, etiam in montanis. ♃

Flores laete flavi, legumina pilis patulis articulatis, glanduliferisque pubescentia.

427. Medicago Helix WILLD. Sp. 3. p. 1409. MORIS Fl. Sard. 1. p. 438. α.
Ic. MORIS l. c. tab. 39 A eximie.
In pascuis supra *Pegli* Liguriae occiduae. ①

428. Medicago litoralis α. MORIS Fl. Sard. 1. p. 439. — M. litoralis RHOD. in LOIS. not. p. 118. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 180. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 215. — M. cylindracea DC. — SERING. in DC. Prodr. 2. p. 178.
Ic. MORIS Fl. sard. tab. 40. A.
In arenosis, et in pascuis aridis secus litora passim. ①

429. Medicago tribuloides α. MORIS Fl. sard. 1. p. 440. — M. tribuloides DESR. — SERING. in DC. Prodr. 2. p. 178.
Ic. MORIS l. c. tab. 41. optima!
In pascuis aridis in regione olivetorum. ①

430. Medicago Gerardi W. et K. — MORIS Fl. sard. 1. p. 441. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 179. — M. villosa DC. — BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 214. — M. muricata ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 316. ex parte sec. eiusd. herb. ex cl. MORIS l. c.
Ic. MORIS Fl. sard. tab. 43. optima.
In pascuis apricis hinc inde. ①
Occurrit leguminibus sparse tantum pilosis.

431. Medicago marina L. Sp. p. 1097. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 176. MORIS Fl. sard. 1. p. 442. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 316. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 179. TURIO *Pl. clavar. p.* 22. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 216.
Ic. Medica marina CLUS. hist. 2. p. 243.
In arenosis secus litora, vulgatissima ♃

432. Medicago tuberculata WILLD. Sp. 3. p. 1410. MORIS Fl. sard. 1. p. 443. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 175. RCHB. *Fl. excurs. p.* 501.
Ic. MORIS Fl. sard. tab. 44. optima.
In arvis nicaeensibus CESATI. ①

433. Medicago sphaerocarpa α. MORIS Fl. sard. 1. p. 446. — M. sphaerocarpos BERTOL. amoen. p. 91. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 180.

Ic. Moris Fl. sard. tab. 46. α. bene.
In pascuis supra *Pegli* in Lig. occidua. ①

454. Medicago denticulata β. γ. Moris in Moris et DNtrs. Fl. capr. p. 91.
β. lappacea. — M. denticulata lappacea Moris Fl. sard. 1. p. 447. — M. lappacea Desr. — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 177. — M. muricata All. *Fl. ped.* 1. *p.* 316. ex parte.
Ic. Moris Fl. sard. tab. 48.
γ. macrocarpa Moris l. c. — M. pentacycla DC. Cat. hort. monsp. p. 124. n.° 132.
Vulgatissima in pascuis apricis totius Liguriae maritimae, γ in arvis Nicaeae et Genuae in fossis urbis. ①

455. Medicago praecox DC. Cat. hort. monsp. p. 123. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 178. Moris Fl. sard. 1. p. 448.
Ic. Moris l. c. tab. 49.
In litore prope Savonam D. Chiappori. ①

456. Medicago maculata Willd. Sp. 3. p. 1412. Moris Fl. sard. 1. p. 449. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 179. — M. arabica All. *Fl. ped.* 1. *p.* 315. Turio *Pl. clavar. p.* 22.
Ic. Moris Fl. sard. tab. 50. optima pro more.
In pascuis, ad margines agrorum, in regione olivetorum frequens. ①
Variat foliis plus minusve latis.

457. Medicago minima Willd. Sp. 3. p. 1418. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 178. Moris Fl. sard. 1. p. 450.
Ic. Fl. dan. tab. 211.
In pascuis aridioribus, in moeniis urbis etc. frequens. ①
Subinde tota canescens.

CXXX. TRIGONELLA L. — Endl. Gen. n.° 6508.

458. Trigonella prostrata DC. — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 182. Moris Fl. sard. 1. p. 455. — Buceras Foenum graecum B All. *Fl. ped.* 1. *p.* 313.
Ic. Moris Fl. sard. tab. 54.
In agro nicaeensi a *Carabacello*, Rev. Montolivo, Rastoin. ①

459. Trigonella monspeliaca L. Sp. p. 1095. Sering. in DC. Prodr. 2.

p. 183. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.*° 218. α. β. — Buceras monspeliacum ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 313.

Ic. Securidacae genus triphyllon CHABR. Sciagr. p. 160. mala.

In pascuis apricis, in regione olivetorum valde frequens. ①

Legumina variant glabra et pubescentia.

CXXXI. MELILOTUS TOURN. — ENDL. Gen. n.° 6510.

**440.** Melilotus indica ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 308. MORIS Fl. sard. 1. p. 459. — M. parviflora DESF. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 187. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 177. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.*° 194.

Ic. MORIS Fl. sard. tab. 56. optima.

In pascuis regionis olivetorum, frequens. ①

**441.** Melilotus neapolitana TENOR. Fl. neap. Syll. p. 370. MORIS Fl. sard. 1. p. 460. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.*° 192. — M. gracilis DC. — SERING. in DC. Prodr. 2. p. 188. — M. longifolia BADAR. *Pl. Lig. occid. n.*° 1 5?

Ic. TEN. Fl. nap. tab. 176. fig. 1. ex cl. MORIS.

In pascuis collinis montanisque hinc inde. ①

**442.** Melilotus italica CAMER. — SERING. in DC. Prodr. 2. p. 188. MORIS Fl. sard. 1. p. 460. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 309. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.*° 191. — Trifolium M. italica L. Sp. p. 1078.

Ic. M. rotundifolia TEN. Fl. nap. tab. 176. fig. 3. ex Fl. sard. l. c.

In pascuis circa Nicaeam Rev. MONTOLIVO. ①

**443.** Melilotus sulcata MORIS Fl. sard. 1. p. 463. — M. sulcata DESF. Fl. atl. 2. p. 193. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 189. α. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.*° 193.

Ic. MORIS l. c. tab. 59. A.

β. compacta MORIS l. c. p. 464. — M. compacta SALZM.

Ic. MORIS l. c. tab. 59. B.

In pascuis aridis et in maritimis frequens. β Genuae ad moenia urbis. ①

**444.** Melilotus Petitpierreana KOCH. Syn. p. 167. — M. arvensis WALLR. — M. altissima THUIL. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.*° 190.

In pascuis aridis et arvis frequens. ♂

**445.** Melilotus officinalis WILLD. En. pl. H. Berol. p. 790. KOCH. Syn. p. 166. — M. officinalis et macrorhiza SERING. in DC. Prodr. 2. p. 186.

187. — Trifolium M. officinalis $\alpha$. L. Sp. p. 1078. Turio *Pl. clavar.* p. 22?

In pascuis et in torrentium alveo supra *Porto Maurizio* M. D. Berti. ♂

446. Melilotus leucantha Koch. — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 187. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 189. — Trifolium M. officinalis $\beta$. L. Sp. p. 1078.

In pascuis, torrentium alveo hinc inde ♂

CXXXII. TRIFOLIUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 6511.

447. Trifolium angustifolium L. Sp. p. 1083. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 189. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 305. Turio *Pl. clavar. p.* 22. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 207.

Ic. T. alopecurum angustifolium elatius Barrel. Icon. tab. 698.

In pascuis aridis, saxosisve, ad viarum margines, vulgare in regione collina, in montanis minus frequens. ①

448. Trifolium rubens L. Sp. p. 1081. Savi Bot. etr. 4. p. 28. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 190. $\alpha$. $\beta$. Bertol. *Pl. genuens. p.* 177. Turio *Pl. clavar. p.* 22. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 202.

Ic. Lagopus altera folio pinnato Lobel. Icon. 2. p. 40.

In pascuis collinis et montanis atque in sylvaticis valde frequens. ♃

449. Trifolium incarnatum L. Sp. p. 1083. Savi Bot. etr. 4. p. 19. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 190. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 204.

$\beta$. Molinerii DC. Sering. l. c. — T. Molinerii Balb..

Ic. T. Alopecurum latifolium etc. Barrel. Icon. tab. 697.

In pascuis collinis et montanis frequens, praesertim var. $\beta$. ①

Variat statura palmari, pedali, et ultra, capitulis paucifloris ovatis vel multifloris oblongis cylindraceisve, stipulis apice purpureo vel fusco marginatis, vel non, tum in $\alpha$ cum in $\beta$.

450. Trifolium arvense L. Sp. p. 1083. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 190. Turio *Pl. clavar. p.* 22.

Ic. Lagopus angustifolia minor erectior Barrel. Icon. tab. 901. foliol. omnibus linearibus.

In pascuis aridioribus et arvis frequens. ①

Foliola forma valde varia, obovata, obovato-oblonga, elliptico-oblonga lineariave.

**451.** Trifolium ligusticum Balb. — Savi Bot. etr. 4. p. 21. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 191. Moris Fl. sard. 1. p. 468. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 201.

Ic. Savi Att. accad. ital. 1. p. 192. fig. 2. ex Fl. sard.

In pascuis secus litora Liguriae occidentalis, inter Savonam et *Arenzano.* ①

**452.** Trifolium lappaceum L. Sp. p. 1082. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 191. Moris Fl. sard. 1. p. 482. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 304. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 200.

Ic. Fl. sard. tab. 62. fig. 1. optima.

In pascuis aridis, arenosisve, in litoreis Nicaeae, Albingaunui, ad Spediam. ①

**453.** Trifolium Bocconi Savi Att. Accad. ital. et Bot. etr. 4. p. 21. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 192.

Ic. T. nodiflorum Bocc. Mus. tab. 104.

In planitie Albingaunensi Prof. Sassi secundum herb. Viviani. ①

**454.** Trifolium striatum L. Sp. p. 1085. Savi Bot. etr. 4. p. 22. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 192.

Ic. T. hirsutum flore parvo etc. Vaill. Bot. paris. tab. 33. fig. 2.

In pascuis apricis montis *della Guardia* supra *Sestri di Ponente* circa *il Sassello.* ①

**455.** Trifolium scabrum L. Sp. p. 1084. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 192. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 306. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 208.

Ic. T. flosculis albis etc. Vaill. Bot. paris. tab. 33. fig. 1.

In pascuis aridis regionis olivetorum passim; interdum ad muros vetustos. ①

**456.** Trifolium ochroleucum L. Syst. ed. XII. ex Cod. Linn. n.° 5662. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 193. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 303. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 205.

Ic. Iacqu. Fl. austr. 1. tab. 40.

In pascuis collium et montium humiliorum frequens. ♃

**457.** Trifolium pannonicum L. Mant. II. ex Cod. Linn. n.° 5659. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 31. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 304.

Ic. Iacqu. Observ. tab. 42. All. l. c. tab. 42. fig. 2. mediocres.

In alpibus maritimis, Triora, Traverso. ♃

458. Trifolium alpestre L. Sp. p. 1082. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 195. β. SAVI Bot. etr. 4. p. 28.

Ic. IACQU. Observ. tab. 64. parum bona.

In pascuis montium albingaunensium frequens, TRAVERSO. ♃

459. Trifolium medium L. — SERING. in DC. Prodr. 2. p. 195. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 177.

Ic. Engl. bot. tab. 190.

In pascuis et sylvaticis praesertim montanis, frequens. ♃

460. Trifolium pratense L. Sp. p. 1082. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 195. TURIO *Pl. clavar. p.* 22. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 203.

Ic. Trifolium CHABR. Sciagr. p. 159.

In pratis et pascuis, etiam in limine maris. ♃

461. Trifolium hirtum ALL. Auct. p. 20. SAVI Bot. etr. 4. p. 15. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 196. MORIS Fl. sard. 1. p. 480. in Observ. ad T. diffusum.

In pascuis aridis supra *Sestri di Ponente* ROSELLINI, in maritimis Savonam versus etc. ①

462. Trifolium Cherleri L. Sp. p. 1081. MORIS Fl. sard. 1. p. 480. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 196. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 303.

Ic. MORIS Fl. sard. tab. 61. pulcherrima!

In pascuis apricis maritimis collinisque Liguriae occidentalis, hinc inde abunde. ①

463. Trifolium stellatum L. Sp. p. 1083. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 197. — ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 305. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 178. TURIO *Pl. clavar. p.* 22.

Ic. Lagopus minor erectus etc. BARREL. Icon. tab. 860.

In pascuis aridis, secus litora passim. ①

464. Trifolium suffocatum L. Mant. ex Cod. Linn. n.° 5682. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 198. BALB. *Misc. alt. p.* 23. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 198.

Ic. Engl. bot. tab. 1049.

In pascuis aridis, et in graminosis secus litora, Genuae, Nicaeae. ①

465. Trifolium glomeratum L. Sp. p. 1084. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 198. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 306. BADAR. *Pl. Lig. n.°* 197.

Ic. T. arvense supinum verticillatum Barrel. Icon. tab. 882. minus bona.

In pascuis ad maris litora, et in olivetis *Sestri* Rosellini, Arenzano, Savonae, Nicaeae. ①. E Lig. orientali nondum vidi.

466. Trifolium repens L. Sp. p. 1080. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 198. Turio *Pl. clavar. p.* 22. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 196.

Ic. Trifoliastrum pratense corymbiferum maius etc. Mich. nov. pl. gen. tab. 25. fig. 1. 4.

Vulgatissimum in pascuis ad viarum margines, tum in collinis cum in montanis Liguriae universae. ♃

Species valde polymorpha.

467. Trifolium caespitosum Reyn. — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 199. Koch. Syn. p. 173.

In pascuis apenninorum editiorum et alpium maritimarum, Berti, Cesati. ♃

468. Trifolium nigrescens Viv. *Fl. ital. fragm. ed.* 2. *p.* 12. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 199. Moris Fl. sard. 1. p. 497. — T. hybridum Savi Bot. etr. 4. p. 41. non L. — Turio *Pl. clavar. p.* 22.

Ic. Viv. l. c. tab. 13. bona.

In pascuis apricis passim, Genuae speciatim, copiosissime. ①

Radice annua nec perenni a T. hybrido Linnaei prae ceteris differt.

469. Trifolium elegans Savi Fl. pis. 2. p. 161. Koch. Syn. p. 174. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 201.

Ic. Fl. pis. l. c. tab. 1. fig. 2. — Melilotus parisiensis etc. Vaill. Bot. paris. tab. 22. fig. 1.

In pascuis montanis et in collibus editioribus, vulgare. ♃

470. Trifolium montanum L. Sp. p. 1087. Savi Bot. etr. 4. p. 47. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 201. Bertol. *Pl. genuens. p.* 179. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 206.

Ic. T. maius Clus. Hist. 2. p. 245.

In pascuis collinis montanisque ubique. ♃

Variat caule plus minus villoso-incano, simplici, ramosove-polycephalo, interdum aphyllo, foliolis glabris vel pagina inferiori pilis longiusculis appressis canescentibus, et quandoque in montanis, floribus purpurascentibus, an huc T. Balbisianum Seringe?

**471.** Trifolium subterraneum L. Sp. p. 1080. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 202. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 303. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 199.

Ic. T. pratense supinum etc. Barrel. Icon. tab. 881. mediocris.

Ad margines agrorum et in pascuis apricis, vulgare. ①

Iunius vix semipalmare, ramis erectiusculis, demum pedale et ultra, ramis diffusis procumbentibus; foliola variant multum magnitudine.

**472.** Trifolium resupinatum L. Sp. p. 1086. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 202. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 306. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 209.

Ic. T. pratense salmanticum Clus. Hist. 2. p. 247.

In pascuis humidiusculis secus litora, vel etiam in sterilioribus aridis et ad vias frequens, Genuae in ipsa urbe. ①

In siccis vix biunciale, in humentibus pedale et ultra, ramis erectiusculis vel prostratis.

**473.** Trifolium fragiferum L. Sp. p. 1086. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 202. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 307. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 210.

Ic. T. fragiferum folio oblongo Vaill. Bot. paris. tab. 22. fig. 2.

In pascuis apricis humentibusque secus litora, frequens. ♃

**474.** Trifolium tomentosum L. Sp. p. 1086. Moris Fl. sard. 1. p. 495. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 203. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 307.

Ic. Moris Fl. sard. tab. 64. optime.

In pascuis et arvis nicaeensibus Cesati. ①

**475.** Trifolium alpinum L. Sp. p. 1080. Savi Bot. etr. 4. p. 46. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 204.

Ic. T. augustifolii alpini Icon prima apud Clus. Hist. 2. p. 340. peccat floribus quam in vero minoribus.

In pascuis editis alpium maritimarum vulgare, Berti, Montolivo, Traverso, Gherardi. ♃

**476.** Trifolium agrarium L. Sp. p. 1087. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 205. Koch Syn. p. 175.

In agro nicaeensi Rev. Montolivo. In montibus *di Triora*, Traverso. ♂

**477.** Trifolium badium Schreb. — Savi Bot. etr. 4. p. 55. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 204. Koch Syn. p. 175.

In pascuis editioribus alpium maritimarum Tendae. ♂

478. Trifolium procumbens L. Sp. p. 1088. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 205. Moris Fl. sard. 1. p. 500. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 308. ? Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 211.
Ic. T. pratense luteum etc. Vaill. Bot. paris. tab. 22. fig. 3.
In pascuis ubique. ①

479. Trifolium patens Schreb. — Koch Syn. p. 176. — T. parisiense DC. — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 206.
In pascuis humidiusculis, Nicaeae ad Varum Cesati; Genuae, in montanis ad Porciferam; in agro novensi Rosellini. ①
Pulchra planta variat caulibus caespitosis, ramis procumbentibus, ascendentibus, vel erectis etsi gracillimis.

480. Trifolium filiforme L. Sp. p. 1088. Savi Bot. etr. 4. p. 50. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 106. α. Moris Fl. sard. 1. p. 501. All. *Fl. Ped.* 1. *p.* 308.
In pascuis apricis montanis frequens, Genuae ad Porciferam. ①
T. controversum Ian. ex specimine ab ipso clariss. auctore, vix differt a nostro statura foliolisque minoribus.

CXXXIII. BONIEANIA Reichb. Fl. excurs. p. 507. — Endl. Gen. n.° 6516.

481. Bonieania hirsuta Rchb. Fl. excurs. l. c. — Lotus hirsutus L. Sp. p. 1091. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 310. Bertol. *Pl. genuens. p.* 179. Turio *Pl. clavar. p.* 23. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 225. — Dorycnium hirsutum Sering. in DC. Prodr. 2. p. 208.
Ic. Lotus haemorrhoidalis etc. Barrel. Icon. tab. 1033.
In aridis et dumetosis collinis, secus litora, frequens. ♃

482. Bonieania recta Rchb. l. c. — Lotus rectus L. Sp. p. 1092. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 310. Turio *Pl. clavar. p.* 23. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 224. — Dorycnium rectum Sering. in DC. Prodr. 2. p. 208.
Ic. Lotus coronatus latifolius etc. Barrel. Icon. tab. 544.
In locis humidis et secus rivulos, in regione olivetorum, frequens. ♃ ♄

CXXXIV. DORYCNIUM Rchb. — Endl. Gen. n.° 6512.

483. Dorycnium herbaceum Vill. hist. dauph. 3. p. 417. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 209. Lotus Dorycnium Crantz — Turio *Pl. clavar. p.* 22.?
Ic. Vill. l. c. tab. 41. potius mala.

* foliolis glabris.

In collinis montanisque frequens. ♃ ♄. Varietas in agro sarzanensi.

Variat foliolis obovatis, obovato-oblongis, oblongis, lanceolatis. Synonymon Turii partim certe ad hanc speciem quoque spectat; utraque enim species in agro clavarensi provenit. A suffruticoso aliunde facile dignoscitur foliolis latioribus, sparse patenterque pilosis aut glabris, nec sericeo-canescentibus, numero florum, in unoquoque capitulo, maiore quam in illo.

**484.** Dorycnium suffruticosum Vill. hist. dauph. 3. p. 416. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 209. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 226. — Dorycnium L. Sp. p. 2093. Turio *Pl. clavar. p.* 22.?

Ic. D. hispanicum Clus. hist. 1. p. 100.

In collibus aridis ubique. ♄

CXXXV. TETRAGONOLOBUS Scop. — Endl. Gen. n.° 6515.

**485.** Tetragonolobus purpureus Moench — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 215. — Lotus tetragonolobus L. Sp. p. 1089. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 309.

Ic. L. siliquosus rubello flore Clus. hist. 2. p. 244.

In pascuis maritimis Nicaeae, Vintimiliae, S. Romuli, alibique, Panizzi, M. D. Berti, Rev. De Negri. ①

Radix fibrosa, fibris tuberibus minutis instructis.

**486.** Tetragonolobus siliquosus Roth — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 215. — Lotus siliquosus L. Sp. p. 1089. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 219.

β. glaber Savi Bot. etr. 4. p. 54. — Lotus maritimus L. Sp. p. 1089. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 309.

Ic. L. trifolia pratensis siliquosa Lobel. Ic. 2. p. 42. satis mala.

In pascuis humidis, collinis, montanis, maritimisque ubique frequens. ♃

Variat foliis pubescentibus glabrisve in ipsa maris ora!, insuper bracteis lanceolatis, linearibusve, solitariis, binis, ternisve.

CXXXVI. LOTUS Sering. — Endl. Gen. n.° 6514.

**487.** Lotus cytisoides L. Sp. p. 1092. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 211. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 311. ex parte.

Ic. All. l. c. tab. 20. fig. 2.

In aridis ad *Villafranca* prope Nicaeam, Cesati, Rev. Montolivo, Bordighiera, Panizzi. ♃

A L. cretico differt leguminibus longioribus tenuioribus, arcuatisque, foliis longius petiolatis, foliolis stipulisque saepe L. cretico maioribus, pilis sparsis, adpressis, candicantibus, nec sericeo-canescentibus. Ceterum structura calycis prorsus eadem; ex cl. SERINGE annuus nec perennis.

488. **Lotus creticus** L. Sp. p. 1091. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 211. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.° 223.* — L. cytisoides ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 311. ex parte, ex diagnosi cl. MORISII Fl. sard. 1. p. 507.
In litoribus Liguriae occiduae a Savona ad Nicaeam usque, copiose. ♂

489. **Lotus corniculatus** L. Sp. p. 1092. WILLD. Sp. 3. p. 1395. α. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 179. TURIO *Pl. clavar. p.* 23. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 222.
Ic. T. corniculatum DOD. Pempt. p. 573.
β. tenuifolius WILLD. l. c. — ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 311. BADAR l. c. — L. tenuifolius POLLICH.
* litoreus, pilis adpressis minutis pubescens; stipulis oblique oblongis; calycis dentibus triangulo-acutis tubo vix longioribus, corolla multo brevioribus.
In pascuis passim: β. in alveo Ferildris, Porciferae, Gennae, Albingaumi, Nicaeae: * in litore prope Nervi. ♃
α. variat innumeris formis, erectus diffusus, subglabrescens, pubescenti-villosus, hirsutusve, floribus, amplis vel parvis etc. Varietatem litoream speciem propriam dicerem, sed fructiferam nondum observavi.

490. **Lotus angustissimus** L. Sp. p. 1090. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 213. MORIS Fl. sard. 1. p. 512. α. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 310.
Ic. L. corniculata siliquis singularibus etc. CHABR. Sciagr. p. 157.
In pascuis ad Spediae sinus, in collinis Liguriae occidentalis Savonam versus. ①

491. **Lotus ornithopodioides** L. Sp. p. 1091. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 209. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 310. (excl. Icon. Iconogr. taurin. ex cl. MORIS Fl. sard. 1. p. 511.) BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 221.
Ic. L. Ornithopodii siliquis CHABR. Sciagr. p. 158.
In pascuis apricis, in regione olivetorum, passim. ①

492. **Lotus edulis** L. Sp. p. 1090. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 209. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 310. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 220.

Ic. Trifolium corniculatum creticum Alp. exot. p. 268. nec 264.

In olivetis Liguriae occiduae a Savona ad Nicaeam hinc inde frequens, in monte *di Portofino* Lig. oriental. etiam vulgaris. ①

CXXXVII. PSORALEA L. — Endl. Gen. n.° 6526.

493. Psoralea bituminosa L. Sp. p. 1075. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 219. Moris Fl. sard. 1. p. 518. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 339. Turio *Pl. clavar. p.* 22. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 188.

Ic. Trifolium bituminosum Dod. Pempt. p. 566.

β. latifolia Moris l. c.

Ad rupes et in saxosis collinis regionis olivetorum passim. ♄

CXXXVIII. GALEGA Tourn. — Endl. Gen. n.° 6533.

494. Galega officinalis L. Sp. p. 1063. DC. Prodr. 2. p. 248. α. Turio *Pl. clavar. p.* 22. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 227.

Ic. Galega Dod. Pempt. p. 548.

In udis et ad fossas agri sarzanensis: in agro novensi Rosellini; in apennino clavarensi Traverso. ♃

CXXXIX. COLUTEA R. Br. — Endl. Gen. n.° 6561.

495. Colutea arborescens L. Sp. p. 1045. DC. Prodr. 2. p. 270.

Ic. C. Theophrasti Lob. Icon. 2. p. 88.

In sylvis montanis supra *Serravalle*, in ditione novensi Cambiaggi. ♄.

CXL. BISERRULA L. — Endl. Gen. n.° 6574.

496. Biserrula Pelecinus L. Sp. p. 1073. DC. Prodr. 2. p. 307. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 344.

Ic. Securidaca peregrina Clus. Hist. 2. p. 238.

In arvis circa Nicaeam, secundum exemplaria herb. H. B. Taurinensis. ①

CXLI. PHACA L. — Endl. Gen. n.° 6571.

497. Phaca alpina Jacqu. — DC. Prodr. 2. p. 273. Koch Syn. p. 180.

Ic. Jacqu. Rar. 1. tab. 151.

In pascuis alpium maritimarum agro nicaeensi conterminarum, Traverso. ♃

### CXLII. OXYTROPIS DC. — Endl. Gen. n.° 6572.

498. Oxytropis montana DC. Astrag. et Prodr. 2. p. 275. — Astragalus montanus L. Sp. p. 1070.
Ic. Scopol. Fl. carn. ed. 2. tab. 45.
In pascuis editioribus montium Tendae. ♃

499. Oxytropis campestris DC. Astrag. et Prodr. 2. p. 278. α. — Astragalus campestris L. Sp. p. 1072.
Ic. A. foliis peracutis, calyce et fructu villoso. Hall. helv. tab. 13.
In pascuis editioribus montium Tendae Rev. Montolivo. ♃

### CXLIII. ASTRAGALUS DC. — Endl. Gen. n.° 6573.

500. Astragalus leontinus Iacqu. — DC. Prodr. 2. p. 283.
Ic. Iacqu. Rar. tab. 3.
Secus torrentem *di Casarza* in Lig. orientali Bertucci. ♃
Affinis nimium sequenti, cuius varietas secundum nonnullos auctores.

501. Astragalus purpureus Lamck. — DC. Prodr. 2. p. 283. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 58. Balb. el. p. 3. — A. uliginosus Viv. herb.
Ic. DC. Astrag. tab. 12.
In pascuis montanis apennini bobbiensis Antola, Berti, Della Cella: Boglelii, Balsamo: in montibus *di Creto* supra Genuam et in alpibus maritimis, vulgaris. ♃

502. Astragalus Pentaglottis L. Mant. 11. ex Cod. Linn. n.° 5594. DC. Prodr. 2. p. 287. Boiss. Voy. Esp. p. 177!
Ic. Cavan. Icon. tab. 188. ex DC.
In olivetis supra *Porto Maurizio*, frequens M. D. Berti: Uneliae et finitimis Traverso. ①

503. Astragalus sesameus L. Sp. p. 1068. DC. Prodr. 2. p. 288. Moris Fl. sard. 1. p. 525.
Ic. A. annuus angustifolius etc. Garid. Aix tab. 12.
In pascuis *di Dolcedo* supra *Porto Maurizio* Berti: Nicaeae ad arcem Rev. Montolivo: Genuae ad *Albaro* secundum herb. Vivianii. ①
Prostat in Vivianii herbario sub A. narbonensi, qui ad ochroleucos galegiformes DC. Prodr. caeteris omissis spectat.

504. Astragalus hamosus L. Sp. p. 1067. DC. Prodr. 2. p. 290. α. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 341.

Ic. Securidaca minor Lob. Icon. 2. p. 77.

In ruderatis et pascuis aridioribus secus litora hinc inde frequens, raro in montanis. ①

505. Astragalus depressus L. Sp. p. 1073. DC. Prodr. 2. p. 293. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 342.

Ic. All. l. c. tab. 19. fig. 3.

In pascuis alpium nicaeensium Rev. Montolivo, Prof. Gherardi, Traverso. ♃

506. Astragalus glycyphyllos L. Sp. p. 1067. DC. Prodr. 2. p. 292. Turio *Pl. clavar. p.* 21.

Ic. Foenum graecum sylvestre primum Dod. Pempt. p. 547.

In sylvaticis praesertim montanis frequens. ♃

Amicissimus M. D. Berti dedit specimen huiusce speciei e monte Antola, in quo legumina vix trium linearum longitudinem aequant, oblonga, obovatave, loco seminum pulverem fusco-purpurascentem, ex uredine quadam, fovent.

507. Astragalus Cicer L. Sp. p. 1067. DC. Prodr. 2. p. 293.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 41. fig. 2.

* luxurians, bipedalis foliis 15-16 iugis, foliolis oblongis, iugo inferiori cauli approximato, pedunculis folio longioribus, spicis oblongis multifloris, bracteis calycem aequantibus, legumine . . . . . . . . . .

In pascuis montanis editis supra Genuam M. D. Berti, Chiappori: varie t. in agro novensi Rosellini. ♃

Varietas est forte species propria, sed inquirendum in fructus.

508. Astragalus aristatus Herit. — DC. Prodr. 2. p. 298. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 135. — Phaca Tragacantha alpina sempervirens Garid. Aix tab. 94.

In pascuis editis alpium maritimarum frequens. ♄

509. Astragalus monspessulanus L. Sp. p. 1072. DC. Prodr. 2. p. 304. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 342. Bertol. *Pl. genuens. p.* 176. Turio *Pl. clavar. p.* 21. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 228. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 134.

Ic. Scopol. Fl. carniol. tab. 45. mediocris.

In pascuis collinis montanisque ubique. ♃

Variat foliis plus minusve canescentibus, in locis editioribus statura solito minore, foliolis subrotundis, pedunculisque brevioribus.

SECTIO III.

## *HEDISAREAE.*

### CXLIV. SCORPIURUS L. — Endl. Gen. n.° 6584.

**510.** Scorpiurus subvillosa L. Sp. p. 1050. DC. Prodr. 2. p. 308. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 534. (excl. Icon. Iconogr. Taur. ex cl. Moris Fl. sard. 1. p. 534.) Bertol. *Pl. genuens. p.* 176. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 251.

Ic. Scorpioides Bupleuri folio etc. Moris Hist. sect. 2. tab. 11. fig. 2.

In pascuis in regione olivetorum ubique. ①

### CXLV. CORONILLA L. — Endl. Gen. n.° 6585.

**511.** Coronilla Emerus L. Sp. p. 1046. DC. Prodr. 2. p. 309. Bertol. *Pl. genuens. p.* 175. Turio *Pl. clavar. p.* 22. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 255.

Ic. C. scorpioides I. elatior Clus. Hist. 1. p. 97.

In sylvaticis supra Genuam frequens. ♄

**512.** Coronilla iuncea L. Sp. p. 1047. DC. Prodr. 2. p. 309. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 334.

Ic. Dorycnium luteum hispanicum carnosum Barrel. Icon. tab. 133.

In collibus circa Nicaeam ex herb. H. Bot. Taurinensis. ♄

**513.** Coronilla stipularis Lamk. — DC. Prodr. 2. p. 309. — C. valentina L. Sp. p. 1047. excl. Syn. Clus. et Barrel.

In Liguria occidua, circa Monaco, Menton M. D. Berti, DD. Chiappori, Carrega: Ventimiglia, Panizzi. ♄

Stipulis magnis suborbiculatis ab insequente facile dignoscitur. — C. valentina All. *Fl. ped.* non est huius loci, ex diagnosi celeb. Morisii (Cf. Fl. sard. 1. p. 536).

**514.** Coronilla glauca L. Sp. p. 1047. DC. Prodr. 2. p. 309. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 335?

Nicaeae ad arcem Rev. Montolivo. ♄

**515.** Coronilla minima DC. Prodr. 2. p. 309. Koch. Syn. p. 188. in C. coronatam DC. — C. coronata forma minor Rchb. Fl. excurs. p. 542. — C. valentina All. *Fl. ped.* 1. *p.* 334. ex synonymis et ex loco natali.

Ic. Polygala montana italica etc. Barrel. Icon. tab. 721. — P. valentina Clus. Hist. 1. p. 98. — Rchb. Iconogr. tab. 32. fig. 66. — Opus pretiosum quod nunc primum ob liberalitatem Illustrissimo Marchioni Nicolao a Brignole versari mihi concessum est.

Nicaeae ad rupem rubram *Banz Rouss* Rev. Montolivo, *Ventimiglia* Panizzi, in montibus albingaunensibus Prof. Sassi, ex herb. Viviani; in collibus agri novensis Rosellini, Savignone. ♃ ♄

**516.** Coronilla scorpioides Koch. Syn. p. 188. — Ornithopus scorpioides L. Sp. p. 1049. Turio *Pl. clavar. p.* 23. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 252. — Ornithopodium scorpioides All. *Fl. ped.* 1. *p.* 336. — Astrolobium scorpioides DC. Prodr. 2. p. 311.

Ic. Scorpioides Lob. Icon. p. 391.

In pascuis aridis, locisve saxosis, in regione olivetorum vulgatissima. ①

**517.** Coronilla varia L. Sp. p. 1048. DC. Prodr. 2. p. 310. Turio *Pl. clavar. p.* 22. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 256.

Ic. Securidacae II. altera species Clus. Hist. 2. p. 237.

Vulgaris ad viarum margines, et in pascuis, praesertim humidiusculis, a limine maris usque ad montana editiora. ♃

**518.** Coronilla cretica L. Sp. p. 1048. DC. Prodr. 2. p. 310.

In monte *di Portofino* ad orientem Genuae, ex speciminibus herb. Vivianii.

Variat, ut planta culta, pedunculis glabris vel inferne pilis patentibus hirtis.

## CXLVI. ORNITHOPUS Moris Fl. sard. 1. p. 539.

**519.** Ornithopus compressus L. Sp. p. 1049. DC. Prodr. 2. p. 311. — Ornithopodium compressum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 336.

Ic. Scorpioides leguminosa Lob. Icon. 2. p. 83.

In pascuis et arvis regionis olivetorum, in Liguria occidua, pluribus locis, frequens. ①

**520.** Ornithopus perpusillus L. Sp. p. 1049. DC. Prodr. 2. p. 312.

Ic. Ornithopodium tuberosum etc. Chabr. Sciagr. p. 156.

In agro nicaeensi secundum specimina ab Ill. CARREGA et D. CHIAPPORI communicata. (1)

521. Ornithopus ebracteatus BROT. Fl. lusit. 2. p. 150. Moris Fl. sard. 1. p. 539. BERTOL. *lucubr. p.* 25. — Astrolobium ebracteatum DC. Prodr. 2. p. 311.

Ic. O. pygmaeus VIV. *Fl. ital. fragm. ed.* 2. *tab.* 14. *fig.* 2. LOIS. Fl. gall. ed. 2. tab. 13.

In litore nicaeensi RASTOIN, in collibus prope *Arenzano* frequens. (1)

## CXLVII. HIPPOCREPIS L. — ENDL. Gen. n.° 6588.

522. Hippocrepis comosa L. Sp. p. 1050. DC. Prodr. 2. p. 312. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 175. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 254.

Ic. Foenum graecum capitatum COLUMN. Ecphr. tab. 301. fig. 1.

In pascuis apricis et ad rupes in collibus montanisque vulgaris. ♄

523. Hippocrepis ciliata WILLD. — DC. Prodr. 2. p. 313. MORIS Fl. sard. 1. p. 545. AVÉ LALLEM. *de quibusd. ital. pl. p.* 17. — H. multisiliquosa ALL. *Fl. ped.* 1. p. 337. ex parte secund. cl. MORIS l. c.

Ic. Fl. sard. tab. 67. eximia.

Circa Nicaeam Rev. MONTOLIVO. (1)

Immerito asserit cl. AVÉ LALLEM. neminem in Italia boreali vidisse hanc speciem.

524. Hippocrepis unisiliquosa L. Sp. p. 1049. — DC. Prodr. 2. p. 313. MORIS Fl. sard. 1. p. 542. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 337. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 253. — H. biflora SPRENG. pugill. 2. p. 73. DC. Prodr. l. c.

Ic. Foenum equinum LOB. Icon. 2. p. 82.

In arvis secus litora Liguriae occidentalioris ad Nicaeam usque. (1)

H. biflora praeeunte cl. Eq. MORISIO vix differt a specie nisi leguminibus interdum at non semper geminatis, foliolis vix emarginatis.

## CXLVIII. SECURIGERA DC. Prodr. 2. p. 313.

525. Securigera Coronilla DC. l. c. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 247. — Coronilla Securidaca L. Sp. p. 1048. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 335. TURIO *Pl. clavar. p.* 22.

Ic. Securidaca vera CLUS. Hist. 2. p. 236.

In pascuis et arvis collium genuensium, alibique in Liguria orientali et occidentali, vulgaris. (1)

CXLIX. HEDYSARUM I. S. HIL. — ENDL. Gen. n.° 6618.

526. Hedysarum coronarium L. Sp. p. 1058. DC. Prodr. 2. p. 341. MORIS Fl. sard. 1. p. 547.
Ic. H. alterum clypeatum LOB. Icon. 2. p. 77.
In apricis et ad rupes in litore Genuensi prope *Nervi* vulgatissimum. ♃

527. Hedysarum capitatum DESF. Fl. atl. 2. p. 177. MORIS Fl. sard. 1. p. 584. α. — H. spinosissimum WILLD. Sp. 3. p. 1212.
Ic. MORIS Fl. sard. tab. 68. A. optima!
In arvis nicaeensibus legit Ill. CARREGA, secundum specimen benevole mihi impertitum. ①

CL. ONOBRYCHIS TOURN. — ENDL. Gen. n.° 6919.

528. Onobrychis sativa LAMCK. — DC. Prodr. 2. p. 344. α. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 258. — Hedysarum Onobrychis L. Sp. p. 1059. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 176. TURIO *Pl. clavar. p.* 22.
Ic. Caput gallinaceum Belgarum LOB. Icon. 2. p. 81.
In pascuis collium frequentissima. ♃

529. Onobrychis saxatilis ALL. *Fl. ped.* 1. p. 323. DC. Prodr. 2. p. 345.
Ic. ALL. l. c. tab. 19. fig. 1.
In saxosis collium supra Nicaeam. ♃

530. Onobrychis Caput galli LAMCK. — DC. Prodr. 2. p. 346. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 323. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 259. — Hedysarum Caput galli L. Sp. p. 1059.
In saxosis et apricis collium genuensium frequens, in agro albingaunensi, uneliensi etc. ♃

SECTIO IV.

*VICIEAE.*

CLI. VICIA MORIS Fl. sard. 1. p. 551.

531. Vicia narbonensis L. Sp. p. 1038. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 364. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 327.
Ic. Sylvestris Graecorum Faba LOB. Ic. 2. p. 58.
In pascuis collinis Liguriae novensis ROSELLINI, in cultis circa Uneliam vulgo. ①

532. Vicia sativa L. Sp. p. 1037. Moris Fl. sard. 1. p. 553. α. Bertol. *Pl. genuens. p.* 173. Turio *Pl. clavar. p.* 22. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 242. — V. pyrenaica Viv. herb.

Ic. Vicia Lob. Icon. 2. p. 75.

γ segetalis Moris l. c. — V. segetalis Thuill.

δ angustifolia Moris l. c. — V. angustifolia All. *Fl. ped.* 1. *p.* 325. — V. segetalis Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 243?

In pascuis et cultis frequentissima: γ in arvis circa Genuam: δ in cultis et in alveo Porciferae. (1)

Singulae varietates insuper variant foliolis superiorum foliorum plus minusve longis, pube plus minusve copiosa.

533. Vicia lathyroides L. Sp. p. 1037. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 362. Moris Fl. sard. 1. p. 555. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 326. excl. icone. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 245. α. β.

Ic. Engl. bot. tab. 30.

In arvis Liguriae maritimae et transapenninae frequens. (1)

Foliolis foliorum superiorum oblongis, lanceolatis, retusis vel non, vel cuneato-oblongis retusis mire variat, insuper foliis inferioribus uniiugis, 3-foliolatis, biiugisve, foliolis obovato-retusis, obcordatisve cum mucronulo, pube adpressa vel patula.

Icon. V. lathyroidis *Fl. ped.* tab. 59. fig. 2. adnotante cl. Morisio huic nostrae nullo modo accommodari potest, refert potius V. angustifoliam omnibus partibus, foliolis praesertim valde auctis.

534. Vicia peregrina L. Sp. p. 1038. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 326. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 244.

Ic. V. peregrina etc. Pluk. tab. 233. ex auct. cit.

In arvis collinis ditionis novensis Rosellini, Cambiaggi: *Vintimiliae* Rev. Denegri: Uneliae alibique frequens. (1)

535. Vicia lutea L. Sp. p. 1037. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 363. α. β. Moris Fl. sard. 1. p. 557. Badar. *Osserv. in Giorn. fis. e st. n. di Pavia* 7. *p.* 368.

Ic. Engl. bot. tab. 481.

β. hirta Moris l. c. — V. hirta Balb. — Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 247. — V. lutea var. Balb. *misc. alt. p.* 22.

In olivetis super *Porto Maurizio* M. D. Berti: β in pascuis et arvis ubique frequens. (1)

556. Vicia hybrida L. Sp. p. 1037. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 363. BERTOL. *Pl. gemens. p.* 173. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 246.

Ic. V. sylvestris lùtea etc. CHABR. Sciagr. p. 147.

In pascuis et dumetosis collinis ubique vulgatissima. ①

557. Vicia sepium L. Sp. p. 1038. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 364. α. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 326. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 240. — V. laevigata VIV. herb.

In pascuis collinis et montanis Liguriae orientalis pluribus locis, *Portofino*, *Chiavari*; in montibus albingaunensibus etc. ♃

558. Vicia bithynica L. Sp. p. 1038. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 325. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 241. — Lathyrus bithynicus LAMCK. — SERING. in DC. Prodr. 2. p. 374.

Ic. ALL. l. c. tab. 26. fig. 2.

In pascuis et cultis regionis olivetorum ubique. ①

Valde ludit foliorum forma, foliolis superioribus nempe lanceolatis, elliptico-lanceolatis, oblongis, subindeque lineari-lanceolatis; stipulis interdum maximis, profunde crebreque dentatis, dentibus mucronato-aristatis, prouti in loco pingui vel arido crescit.

559. Vicia Cracca L. Sp. p. 1035. KOCH. Syn. p. 194. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 357. TURIO *Pl. clavar. p.* 22. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 239.

β. villosa BADAR. l. c. — V. Gerardi DC. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 357. non IACQU. V. galloprovincialis POIR. — SERING. l. c.

Ic. V. pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis GERARD. Fl. galloprov. tab. 19. haud bona.

Varietas α in pascuis praesertim montanis, β in collinis vulgo. ♃

Propositae varietates vix distingui merentur, formis enim intermediis invicem confluunt. Planta admodum varia, nunc glabriuscula, nunc plus minusve adpresse vel patenter villosa, nunc gracilis erecta, nunc rigidior, flexuosa, ramosaque, petiolis erectis vel arcuato-decurvis, patentibusve rigidis. Ludit porro foliolis oblongis, oblongove-linearibus, magnitudine variis; stipulis semisagittatis omnibus, vel omnibus vel superioribus tantum integris, anguste lanceolatis, vel penitus filiformibus; pedunculis demum folio longioribus, brevioribusve, flores numerosissimos confertos secundos vel paucos remotos gerentibus.

540. Vicia tenuifolia ROTH. — KOCH Syn. p. 194. WIMM. et GRAB. Fl. siles. 2. 2. p. 65!

Ic. STURM DEUTSCH. Fl. fasc. 31. ex Auct. cit.

In pascuis collium genuensibus. ♃

Foliolis linearibus quam in V. Cracca longioribus, et, bene observante cl. KOCH, vexillo ungue suo duplo longiori ab ea differt. — Nostra omnino congruit cum V. tenuifolia quam possideo ex agro halensi et ex Silesia a cell. WEBER et WIMMER.

541. Vicia Pseudocracca BERTOL. Rar. dec III. in Amoen. p. 90. MORIS Fl. sard. 1. p. 563. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 357.

Ad sepes in agro lunensi, in alveo torrentis *Sturla* prope Genuam; in pascuis *Antola* legit M. D. BERTI. ①

542. Vicia atropurpurea DESF. Fl. atl. 2. p. 164. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 359. MORIS Fl. sard. 1. p. 363. α.

Ic. VENT. h. cels. tab. 84. ex cl. MORIS.

Ad promontorium *delle mele* in Liguria occidentali VIVIANI, secundum eiusd. herb.

543. Vicia onobrychioides L. Sp. p. 1036. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 358. ALL. *Auct. p.* 22.

In pascuis montis *Fasce* supra Genuam copiosissima, in alpibus *di Triora*. ♃

Omnium pulcherrima!

544. Vicia cassubica L. Sp. p. 1035. KOCH Syn. p. 193. CRANTZ Stirp. austr. fasc. IV. p. 388.

Ic. CRANTZ l. c. tab. 1. fig. 2.

In pascuis montanis frequens in utraque Liguria. ♃

Num V. Gerardi ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 325. ex alpibus nicaeensibus, ad hanc speciem vel ad varietatem villosam V. Craccae referenda sit, ex inspectione speciminum herbarii eiusdem determinandum superest. Synonyma utriusque speciei in l. adducto exhibentur. — Planta nostra collata cum V. cassubica classica! ex agro vindobonensi, nullo modo differt, ex quo satis clare adparet V. cassubicam et in Europa australiori nasci, contra sententiam cl. REICH. (cf. Fl. excurs. p. 526. n.° 3394.).

**545.** Vicia tetrasperma Lois. Fl. gall. ed. 1. p. 460. Moris Fl. sard. 1. p. 567. — Ervum tetraspermum L. Sp. p. 1039. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 367. α. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 248.

Ic. V. sive Craccae minimae species Chabr. Sciagr. p. 147.

In arvis et ad sepes hinc inde, Genuae, *Portofino*, *Chiavari* etc. rara. (1)

**546.** Vicia gracilis Lois. Fl. gall. ed. 1. p. 460. — Ervum gracile DC. Cat. h. monsp. p. 109. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 249. — E. tetraspermum β. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 367.

Ic. Lois. l. c. tab. 12.

In cultis secus litora hinc inde, Sarzanae ad promontorium *Noli* Cesati, *Vintimiliae* Rev. Denegri. (1)

CLII. ERVUM Moris Fl. sard. 1. p. 570.

**547.** Ervum parviflorum Bertol. Observ. in amoen. p. 38. Moris Fl. sard. 1. p. 571. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 250. — Vicia disperma DC. Cat. h. monsp. p. 154. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 359.

Ic. Moris l. c. tab. 71. optima.

In pascuis et dumetosis collinis Liguriae maritimae frequens. (1)

Variat ramis flaccidis vel rigidiusculis strictis; foliolis oblongis, ellipticove-oblongis, millimetr. 15. 20. longitud. aequantibus, vel multo minoribus, lanceolatis, oblongove-obovatis. Ex eadem vero planta rami utramque foliolorum formam exhibentes oriuntur.

**548.** Ervum Lens L. Sp. p. 1039. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 571.

Ic. Lens Lob. Ic. 2. p. 74.

In arvis sponte se praebet, hinc inde. (1)

**549.** Ervum hirsutum L. Sp. p. 1039. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 366. Moris Fl. sard. 1. p. 574.

Ic. Aracus sive Cracca minima Lob. Ic. 2. p. 76.

β. leiocarpon, leguminibus glabris, stipulis plerisque indivisis, linearibusque Moris l. c. p. 575. — E. Terronii Tenor.

Frequens in cultis ad Porciferam et in agris Liguriae transapenninae β. in sylva *al Monte* prope Genuam. (1)

Varietas differt a specie notis adductis, et insuper caule flaccido, debili, foliolis latioribus, tenuioribusque, stipulis superioribus fere filiformibus,

cirrhis tenuissimis, pedunculis 2-5 floris, vix tertiam folii partem attingentibus.

Varietatis α monstrum valde singulare in collinis ad dexteram Porciferae legi, in quo flores superiores, calyce vix mutato, vel bracteolarum more diviso, loco genitalium et corollae, fovent filamenta purpurea, calyce ipso multoties longiora, foliolaque vel simplicia vel subpinnata, pedicellis plerumque ternis elongatisque.

## CLIII. LATHYRUS L. — Endl. Gen. n.° 6582.

**550.** Lathyrus sylvestris L. Sp. p. 1033. Moris Fl. sard. 1. p. 579. Bertol. *Pl. genuens. p.* 172. Turio *Pl. clavar. p.* 22.

Ic. L. sylvestris Clus. Hist. 2. p. 229. mala.

β. angustifolius Moris l. c. p. 580. — L. ensifolius Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 236. et *Osserv. l. c. p.* 369.

Frequens in pascuis collinis, in dumetis, ad sepes. ♃

Inter α. et β. dantur gradus omnino intermedii ut vix distingui queant.

**551.** Lathyrus latifolius L. Sp. p. 1033. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 370. α. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 331. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 235.

Ic. Engl. bot. tab. 1108.

In dumetosis collium. ♃

Foliola ovato-elliptica, ellipticave, magnitudine varia, 5-7 nervia, nervis lateralibus tenuibus: alae caulis plus minusve extantes.

**552.** Lathyrus pratensis L. Sp. p. 1033. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 370. Turio *Pl. clavar. p.* 22.

Ic. L. luteus sylvestris Chabr. Sciagr. p. 145.

Frequens in pascuis collinis montanisque, et in dumetosis. ♃

Stipulae forma valde variae, inferiores vel aequaliter sagittatae vel plerumque auricula altera multo minore, in foliis superioribus nonnumquam semisagittatae.

**553.** Lathyrus tuberosus L. Sp. p. 1033. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 370.

Ic. Terrae glandes Lob. Icon. 2. p. 70.

In agris sarzanensibus et ditionis novensis. ♃

**554.** Lathyrus Aphaca L. Sp. p. 1029. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 372. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 229.

Ic. Aphaca Lob. Ic. 2. p. 70.

In arvis valde frequens. ①

Folia primordialia, sive caulina infima, pinnato-uniiuga, foliolis subrotundis, mucronatis et ipse pluries observavi (cf. Badar. l. c. ).

555. Lathyrus inconspicuus L. Sp. p. 1030. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 372. α. Koch Syn. p. 199.

In arvis circa Nicaeam Rev. Montolivo. ①

556. Lathyrus angulatus L. Sp. p. 1031. excl. pl. Syn. ex Moris Fl. sard. 1. p. 591. non All. nec Badar. — L. Sphaericus Retz. — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 372. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 232.

Ic. DC. Ic. gall. rar. tab. 32.

In arvis circa Genuam, *Sestri Ponente*, *Portofino* etc., frequens. ①

Variat pedunculis petiolo duplo longioribus.

557. Lathyrus setifolius L. Sp. p. 1031. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 373. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 330. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 233.

In arvis Nicaeae Cesati, supra *Porto Maurizio* Berti. ①

558. Lathyrus sativus L. Sp. p. 1030. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 373. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 329. — L. angulatus All. herb. ex cl. Moris Fl. sard. 1. p. 589.

Ic. L. sive Cicercula Dod. Pempt. p. 522. foliola angusta, ceterum satis bona.

In arvis, ubi saepe cultus, vulgaris. ①

559. Lathyrus Cicera L. Sp. p. 1030. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 373. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 329?

In pascuis supra *Borzoli* prope Genuam Chiappori; in agro albinganmensi. ①

560. Lathyrus annuus L. Sp. p. 1032. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 373. Moris Fl. sard. 1. p. 586! Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 234. Balb. *misc. alt. p.* 22.

Ic. L. hispanicus Riv. tetrap. tab. 44. ex auct. cit.

In arvis regionis olivetorum passim. ①

561. Lathyrus hirsutus L. Sp. p. 1032. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 373.

Ic. L. siliqua hirsuta Chabr. Sciagr. p. 145.

In agris transapenninis *di Serravalle* Cambiaggi. ①

562. Lathyrus tenuifolius Desf. — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 375. Moris Fl. sard. 1. p. 583. — L. Clymenum Turio *Pl. clavar. p.* 22. — L. auriculatus Bertol. *Rar. dec. II in Amoen. p.* 80. — L. articulatus Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 230.

Ic. L. purpureus Desf. Ann. mus. 12. tab. 7. ex Fl. sard.

In pascuis et dumetosis Liguriae maritimae, vulgatissimus. ①

Valde polymorphus.

563. Lathyrus Ochrus DC. — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 375. — Pisum Ochrus L. Sp. p. 1027. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 332. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 237.

Ic. Ochrus sylvestris Lob. Ic. 2. p. 68.

In agris regionis olivetorum, vulgaris. ①

### CLIV. PISUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 6579.

564. Pisum arvense L. Sp. p. 1027. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 368. Moris Fl. sard. 1. p. 576.

Ic. Pisi pulchra species folio anguloso Chabr. Sciagr. p. 144.

In collibus genuensibus, ex specimine herbarii Viviani. ①

### CLV. OROBUS L. — Endl. Gen. n.° 6583.

565. Orobus variegatus Ten. Fl. neap. Syll. p. 351. Koch Syn. p. 202.

Ic. O. venetus Clus. Hist. 2. p. 232. bona.

In sylvis collinis supra Genuam, frequens. ♃

566. Orobus vernus L. Sp. p. 1028. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 377. α. Turio *Pl. clavar. p.* 23?

Ic. O. pannonicus I. Clus. Hist. 2. p. 230.

In sylvaticis Antola, M. D. Berti, Traverso. ♃

567. Orobus luteus L. Sp. p. 1028. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 378.

Ic. Galega montana Dalechampii Chabr. Sciagr. p. 154.

In pascuis apenninis Liguriae occiduae et in alpibus maritimis, vulgatissimus. ♃

Specimina nonnulla ex alpibus maritimis undique pubescunt, pedunculosque proferunt folia vix aequantes, in reliquis congruunt cum planta ex Apennino ligustico, utraque tamen differunt ab O. luteo, ex agro comensi, foliolis latioribus.

**568.** Orobus niger L. Sp. p. 1028. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 375.
Ic. O. pannonicus II. CLUS. Hist. 2. p. 230.
In sylvis collinis et in montibus humilioribus, valde frequens. ♃

**569.** Orobus tuberosus BERTOL. Observ. in Amoen. p. 36. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 238. α. foliis oblongis BERTOL. l. c. — O. tuberosus L. Sp. p. 1028.
Ic. Fl. dan. tab. 781.
β. foliolis linearibus BERT. l. c. — O. tenuifolius ROTH.
γ. foliolis late ellipticis BERTOL. l. c.
Vulgaris in pascuis sylvaticis, β. speciatim in montanis, γ. in opacis ad sepes. ♃
In varietate α. saepe observantur foliola oblonga, elliptica, lanceolata: in β. foliola nonnunquam angustissima, acuminata: in γ. foliola sunt in pagina inferiore magis glauca, nitidiora et tenuioris compagis.

**570.** Orobus canescens L. f. suppl. p. 327. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 376. α. BALB. *misc. alt. p.* 21. 22.
In montibus nicaeensibus ex speciminibus Herb. H. Bot. Taurinensis. ♃

SECTIO IV.

## *CASSIEAE.*

### CLVI. CERATONIA L. — ENDL. Gen. n.° 6809.

**571.** Ceratonia Siliqua L. Sp. p. 1513. DC. Prodr. 2. p. 486. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 219. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 172. TURIO *Pl. clavar. p.* 30.
Ic. Ceratonia DOD. Pempt. p. 787. folia incorrecte impari-pinnata.
In collibus calidioribus, secus litora, hinc inde. ♄

# XXX. ROSACEAE Iuss.

### SECTIO I.

## *AMYGDALEAE* DC.

### CLVII. PRUNUS L. — Endl. Gen. n.° 6406.

572. Prunus Avium L. Sp. p. 680. Koch Syn. p. 206. α. — Cerasus avium Sering. in DC. Prodr. 2. p. 535. α.

Ic. C. sylvestris, fructu rubro et nigro. Chabr. Sciagr. p. 15. rudis.

In sylvaticis collium et montium, frequens: an sponte? ♄

573. Prunus Mahaleb L. Sp. p. 677. Koch Syn. p. 207. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 134.

Ic. Iacqu. Fl. austr. tab. 227.

In sylvis montanis agri nicaeensis Prof. Gherardi, et ex herb. H. Bot. Taurin., in collibus supra *Monaco* M. D. Berti. ♄

574. Prunus domestica L. Sp. p. 680. α. Koch Syn. p. 206. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 135.

In montanis supra Gennam, sponte; D. Chiappori. ♄

575. Prunus spinosa L. Sp. p. 681. Koch Syn. p. 205. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 285.

Ic. P. sylvestris Dod. Pempt. p. 753.

Ad sepes et in dumetosis vulgatissima. ♄

Folia in nostra constanter dorso pubescentia observavi, sed magnitudine et forma pro loco vel aetate summopere varia, semipollicaria, pollicaria et ultra, obovata, oblongo-obovata, elliptico-lanceolata, subinde etiam nonnulla obovata, suborbiculata.

SECTIO II.

## *SPIRAEACEAE.*

### CLVIII. SPIRAEA L. — ENDL. Gen. n.° 6391.

576. Spiraea salicifolia L. Sp. p. 700. KOCH Syn. p. 208.
Ic. S. Theophrasti forte CLUS. Hist. 1. p. 80.
Secus Porciferam ad aquaeduct. *di Zemignano* BERTI, CHIAPPORI. ♃
Planta verosimiliter ex hortis migrata.

577. Spiraea Ulmaria *denudata* SERING. in DC. Prodr. 2. p. 545. — S. denudata PRESL.
In pascuis montanis humidis supra Genuam CHIAPPORI, CARREGA, in montibus *del Sassello* et albingaunensibus. ♃
Folia utrinque viridia.

578. Spiraea Filipendula L. Sp. p. 702. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 546. α. β. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 154. TURIO *Pl. clavar. p.* 16. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 284.
Ic. Oenanthe Filipendula LOB. Ic. p. 729.
In pascuis frequens ubique. ♃
Variat foliis glabris vel plerumque margine scabridis et ad dentium apicem barbato-piligeris, caulibus quandoque aphyllis.

579. Spiraea Aruncus L. Sp. p. 702. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 545. α. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 283.
Ic. Barba caprae CHABR. Sciagr. p. 488.
In pascuis et sylvis collinis montanisque, locis praesertim humidis, frequentissima. ♃

SECTIO III.

## *DRYADEAE.*

### CLIX. DRYAS L. — ENDL. Gen. n.° 6389.

580. Dryas octopetala L. Sp. p. 717. DC. Prodr. 2. p. 549. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 279.
Ic. Chamaedris montana LOB. Ic. p. 495.
In pascuis summarum alpium maritimarum frequens. ♃ ♄

CLX. GEUM L. — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 550.

581. Geum montanum L. Sp. p. 717. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 553. α.
Ic. Caryophyllata alpina minima etc. Barrel. Icon. tab. 399.
In pascuis editioribus alpium maritimarum, vulgatissimum Prof. Gherardi, Traverso, M. D. Berti. ♃

582. Geum rivale L. Sp. p. 717. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 551. α
Ic. Caryophyllata montana I. Clus. Hist. 2. p. 163.
In pratis montanis humidis et ad rivulos: *Col di Tenda* Cesati, Rev. Montolivo, in montibus albingaunensibus Prof. Gherardi, in montibus *della Rocchetta* Rev. De Negri, in apennino bobbiensi Prof. Balsamo, in apennino ad *S. Stefano d'Aveto*. ♃

583. Geum urbanum L. Sp. p. 716. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 551. α. Turio *Pl. clavar. p.* 17. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 278.
Ic. Caryophyllata Dod. Pempt. p. 137.
In opacis incultis, ad sepes, in sylvis et dumetosis tum montanis, cum collinis. ♃

CLXI. RUBUS L. — Endl. Gen. n.° 6360.

584. Rubus Idaeus L. Sp. p. 706. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 558. Turio *Pl. clavar. p.* 17. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 235.
Ic. Dod. Pempt. p. 743.
In sylvaticis apenninorum editiorum et alpium maritimarum, frequens. ♄

585. Rubus caesius L. Sp. p. 706. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 558. Turio *Pl clavar. p.* 17.
Ic. R. minor Dod. Pempt. p. 742.
In sylvaticis montanis ad sepes et in dumetosis secus litora, vulgatissimus. ♄

586. Rubus corylifolius Sm. Engl. Fl. 2. p. 409. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 55. α. β.
Ic. Engl. bot. tab. 827.
In dumetosis montanis supra Genuam, rarus. ♄

587. **Rubus saxatilis** L. Sp. p. 708. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 564. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 231.

Ic. R. saxatilis alpinus Clus. Hist. 2. p. 61.

In alpibus albingaunensibus frequens, Traverso. ♃

588. **Rubus glandulosus** Bellard. App. ad Fl. ped. p. 24. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 236. — R. villosus α. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 563.

In montanis sylvaticis, vulgaris. ♄

589. **Rubus maritimus**, ramis petiolis pedunculisque pilis fasciculatis albidis, villisque purpurascentibus apice glanduliferis obsitis, sparsimque aculeatis, aculeis deflexis subrecurvatisve; stipulis subulatis; foliolis ternis cordato-late ellipticis, suborbiculatisve, facie glabris dorso tomentoso-candicantibus, costa aculeolatis, inferiorum lateralibus obtusis breve petiolulatis late subbicrenatis, crenis mucronulatis, superiorum late obovatorum lateralibus subsessilibus breve acuminatis, duplicato-dentatis; panicula decomposita, ramis aculeolatis, calycibusque dense hirsuto canescentibus, sepalis breviter aristatis reflexis, petalis ellipticis obovatisve duplo minoribus.

In collinis prope Nicaeam Rastoin, *Sestri di Ponente* Rosellini, et prope *Portofino* abunde. ♄

Planta speciosissima! latitudine foliolorum quandoque bipollicarium, facie eorumdem pervalde lacteque viridi, dorso tomentosa, villisque purpurascentibus glanduliferis, florum magnitudine spectabilis! A caeteris speciebus mihi notis satis superque distincta ut cui e Ruborum a cell. viris Nees, Weihe, Wimmer, Reichenbach propositorum affinis dicenda sit absque speciminum inspectione statuere nequeam.

590. **Rubus tomentosus** Wild. Sp. 2. p. 1083. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 221. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 282. — R. collinus Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 238. Badar. *l. c. n.°* 281.

Ic. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* tab. 8 et 9.

In collibus et montibus Liguriae occiduae et in convallibus alpium maritimarum valde frequens. ♄

Variat foliolis utrinque cano-tomentosis, vel supra glabrescentibus, ternis quinisve.

591. **Rubus fruticosus** L. Sp. p. 707. Turio *Pl. clavar. p.* 16. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 280.

Ic. Rubus Dod. Pempt. p. 742.

* latifolius, foliolis late obovatis suborbicularibusve, acuminatis.

In dumetis et ad sepes, valde frequens. ♄

CLXII. FRAGARIA L. — Endl. Gen. n.° 6361.

592. Fragaria Vesca L. Sp. p. 708. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 569. α. Turio *Pl. clavar. p.* 17. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 277.

Ic. Fraga altera Dod. Pempt. p. 672.

In pascuis et sylvis collinis montanisve, frequens. ♃

CLXIII. POTENTILLA. L. — Endl. Gen. n.° 6363.

593. Potentilla grandiflora L. Sp. p. 715. Sering. Mus. helv. p. 66. et in DC. Prodr. 2. p. 572.

Ic. Hall. helv. tab. 20. fig. 1.

In pascuis editis alpium maritimarum, vulgaris. ♃

Planta ludibunda, habitu quandoque accedens ad P. croceam, a qua tamen prae aliis facile differt foliis ternatis.

594. Potentilla Tormentilla Nestl. — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 574. α. — Tormentilla erecta L. Sp. p. 716. Bertol. *Pl. genuens. p.* 155. Turio *Pl. clavar. p.* 17. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 271. α. β.

Ic. Tormentilla Lob. Ic. p. 696.

In pascuis apricis et in sylvaticis, passim ♃

595. Potentilla reptans L. Sp. p. 714. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 574. Turio *Pl. clavar. p.* 17. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 276.

Ic. quinquefolium maius Dod. Pempt. p. 116.

In arvis et ad agrorum viarumque margines. ♃

596. Potentilla verna L. Sp. p. 712. Sm. Engl. Fl. 2. p. 421.

Ic. Quinquefolium IV. flavo flore II. species Clus. Hist. 2. p. 106.

β. hirsuta, villis patulis. Bertol. *Pl. genuens. p.* 154. — P. verna Bertol. *Pl. genuens. ed.* 1. ex ipso. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 274.

* compacta, minor caulibus brevissimis foliisque in caespitem compactum congestis, pilis subadpressis.

**? maxima, foliolis quinatis septenatisque obovato-cuneatis, basim versus integris, ceterum profunde serratis, dentibus obtusis, subglabrescentibus, petiolis caulibusque pilis patulis suberectisve hirtis.

Var. α. provenit in pascuis nicaeensibus, β. vulgatissima praesertim in collinis apricis, var. compacta in pascuis alpium maritimarum, maxima demum in collibus transapenninis, unde habui ab amicissimo Rosellini. ♃

597. **Potentilla aurea** L. Sp. p. 712. Koch Syn. p. 216. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 268. — P. Halleri Sering. Mus. helv. 1. p. 75. et in DC. Prodr. 2. p. 576. α.

Ic. P. caule reclinato, foliis quinatis, serratis, ore sericeis Hall. Hist. helv. tab. 21. bona. — Quinquefolium III. aureo flore Clus. Hist. 2. p. 106.

In pascuis editis apennini bobbiensis Balsam., Berti. ♃

598. **Potentilla alpestris** Hall. f. in Sering. Mus. helv. p. 53. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 275. — P. salisburgensis Haenk. — Koch Syn. p. 216.

Ic. P. aurea Sering. Mus. helv. tab. 8.

In pascuis alpium *di Frontero*, aliarumque comitatus nicaeensis. ♃

599. **Potentilla argentea** L. Sp. p. 172. Willd. Sp. 2. p. 1101.

Ic. Pentaphyllum album Matth. Valgr. 2. p. 367.

* minor, ramis diffusis decumbentibusque, foliorum inferiorum foliolis cuneato-obovatis supra medium profunde dentatis, caulinis angustioribus quinis, ternisve apicem versus profundius inciso-dentatis.

In collibus transapenninis supra *Serravalle* Cambiaggi; varietas in pascuis montanis et in collibus cisapenninis hinc inde. ♃

Varietas minor habitu quammaxime ad P. Guentheri Pohl., cuius specimen possideo a cl. Wimmer missum accedit, differt vero foliolis margine revolutis, superioribusque plerumque quinatis nec ternatis.

600. **Potentilla inclinata** Vill. Hist. dauph. 3. p. 567. Koch Syn. p. 214. — P. canescens Bess. — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 578.

Ic. Vill. l. c. tab. 45. mediocris.

In pascuis aridis collium frequens: *Sestri Ponente* Chiappori, Albingaumi Prof. Sassi ex herb. Viviani, in montibus *della Guardia* etc. ♃

601. **Potentilla hirta** L. Sp. p. 711. Koch Syn. p. 213. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 55. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 273. — P. rubens All. *Fl ped.* 2. *p.* 58.

Ic. All. l. c. tab. 71. fig. 1.

In pascuis collinis aridis passim. ♃

Planta polymorpha, variat foliolis septenatis, quinatisque, caulinis plus

minusve angustis, stipulis integris vel bifidis, petalis calyce plus duplo maioribus vel vix maioribus. Ab insequente distinguitur foliolis foliorum radicalium obovato-cuneatis, stipulis integris vel tantum bidentatis, defectu pubescentiae subglandulosae in parte superiore herbae. Ceterum pariter ac illa plus minusve villosa hirsutave.

**602. Potentilla recta** L. Sp. p. 711. Willd. Sp. p. 2. p. 1099. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 55. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 272. Turio *Pl. clavar. p.* 17? Bertol. *lucubr. p.* 21.

Ic. Quinquefolium pentaphyllum vulgare Lob. Ic. p. 689.

In pascuis collium supra Genuam, speciatim supra *Sestri Ponente* copiose. ♃

Synonymon Turii forte ad praecedentem speciem ducendum erit.

**603. Potentilla rupestris** L. Sp. p. 711. Sering. Mus. helv. p. 65. et in DC. Prodr. 2. p. 583.

Ic. Sering. Mus. helv. tab. 6. fig. 1.

In pascuis montanis supra Genuam M. D. Berti, *Praggia*, *Sassello*, alibique; in collibus *di Serravalle* Lig. novensis Cambiaggi. ♃

**604. Potentilla caulescens** L. Sp. p. 713. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 584. Koch Syn. p. 219.

Ic. Jacqu. Austr. tab. 220.

β. petiolulosa Sering. Mus. helv. p. 64. et l. c. — P. petiolulata Gaud. Fl. helv. et Syn. p. 416.

Ic. Sering. Mus. helv. tab. 5. folium.

Ad rupes in alpibus editioribus albingaunensibus et nicaeensibus, copiose. ♃

**605. Potentilla Valderia** All. *Fl. ped.* 2. *p.* 57. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 585.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 24. fig. 1.

In pascuis summarum alpium maritimarum, Tendae, *Madonna delle finestre* etc. frequens. ♃

**606. Potentilla micrantha** Ramond ex Sering. Mus. helv. p. 60. et in DC. Prodr. 2. p. 585. — **Fragaria sterilis** Turio *Pl. clavar. p.* 17.

Ic. Sering. Mus. helv. tab. 5.

In pascuis et sylvis collium supra Genuam, in Liguriae novensis collinis CAMBIAGGI. ♃

Planta apud nos, uti in adducta icone Seringeana stolonibus nullis donata.

CLXIV. SIBBALDIA L. — ENDL. Gen. n.° 6367.

**607.** Sibbaldia procumbens L. Sp. p. 406. DC. Prodr. 2. p. 587.

Ic. Fl. dan. tab. 32.

In pascuis editioribus alpium maritimarum Prof. GHERARDI, in summo colle Tendae CESATI et ipse. ♃

CLXV. AGRIMONIA TOURN. — ENDL. Gen. n.° 6368.

**608.** Agrimonia Eupatoria L. Sp. p. 643. SERING. in DC. Prodr. 2. p. 587. BERTOL. *Fl. ital.* 5. *p.* 18 (excl. A. odorata) et *Pl. genuens. p.* 151. TURIO *Pl. clavar. p.* 15. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 268.

Ic. Eupatorium Graecorum etc. LOB. Icon. p. 692.

In pascuis ad viarum margines, sylvarumque, tum in apricis, cum ad rivulorum margines et in arundinetis. ♃

Valde ludit pro loco, statura numero magnitudine florum, foliis subinde adpresse pilosis subsericeisve; ab A. odorata tamen facile dignoscitur calycibus fructiferis evidenter sulcatis.

CLXVI. AREMONIUM NECK. Elem. 2. p. 100. — ENDL. Gen. n.° 6369.

**609.** Aremonium agrimonioides DC. Prodr. 2. p. 588. BERTOL. *Fl. ital.* 5. *p.* 22. — Agrimonia agrimonioides L. Sp. p. 643. BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 1. *p.* 225.

Ic. Agrimonioides semine glabro BARREL. Icon. tab. 612. rudis.

In pascuis apenninorum editiorum pluribus locis, CESATI, BALSAMO. ♃

SECTIO IV.

*SANGUISORBEAE.*

CLXVII. ALCHEMILLA TOURN. — ENDL. Gen. n.° 6370.

**610.** Alchemilla alpina L. Sp. p. 179. α. DC. Prodr. 2. p. 589. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 207.

Ic. Alpinum petrosum et minimum Pentaphyllum Lob. Icon. p. 691.

In pascuis et ad rupes alpium maritimarum et apenninorum centralium vulgatissima. ♃

**611.** Alchemilla vulgaris Koch Syn. p. 231. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 204. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 270. — A. vulgaris L. Sp. p. 178. DC. Prodr. 2. p. 589. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 79.

β. subsericea Koch l. c. — A. montana Willd. En. pl. h. Berol. p. 170. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 79. — A. alpina β. hybrida L. Sp. p. 179.

Ic. A. minor hirsuta etc. Barrel. Icon. tab. 728.

In montibus *di Garezzo* Berti: β. vulgaris in pascuis montanis, etiam supra Genuam. ♃

**612.** Alchemilla pentaphyllea L. Sp. p. 179. DC. Prodr. 2. p. 590. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 209.

Ic. A. alpina pentaphyllea Bocc. Mus. 1. tab. 1.

In pascuis alpium maritimarum Prof. Gherardi. ♃

**613.** Alchemilla arvensis Scopol. Fl. carn. ed. 2. 1. p. 115. DC. Prodr. 2. p. 590. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 210. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 269. — Aphanes arvensis L. Sp. p. 179.

Ic. Perchepier Anglorum Lob. Ic. p. 727.

In agris circa *Gavi* Rev. De Negri, Genuae in aridis et cultis *Albaro*, nec frequens in montibus *di Torriglia.* ①

CLXVIII. SANGUISORBA Morett. — Bertol. Fl. ital. 2. p. 185.

**614.** Sanguisorba officinalis L. Sp. p. 169. DC. Prodr. 2. p. 593. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 187.

Ic. Pimpinella italica maior Sanguisorba Clus. Hist. 2. p. 197.

In pascuis montanis apennini. ♃

**615.** Sanguisorba minor Scopol. Fl. carn. ed. 2. 1. p. 110. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 189. — Poterium Sanguisorba L. Sp. p. 1411. DC. Prodr. 2. p. 594. Turio *Pl. clavar. p.* 28. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 267.

Ic. Pimpinella Lob. Icon. p. 718.

In pascuis apricis passim. ♃

SECTIO V.

## *ROSEAE.*

### CLXIX. ROSA Tourn. — Endl. Gen. n.° 6357.

**616.** Rosa sempervirens L. Sp. p. 704. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 597. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 264. — Rosa atrovirens Viv. *Fl. ital. fragm. ed.* 2. *p.* 4.
Ic. Viv. l. c. tab. 6.
In dumetosis collium regionis olivetorum passim. ♄
Flores variant solitarii vel corymbosi, foliola elliptico-lanceolata, oblongave acuminata omnia, vel ovato-subrotunda plus minusve coriacea, maiora ( Ser. Badar. l. c. ), seu solito multo minora.

**617.** Rosa arvensis Huds. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 597. α. Koch Syn. p. 229. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 205.
Ic. Engl. bot. tab. 188.
In dumetosis Apennini genuensis. ♄

**618.** Rosa gallica, pumila DC. — Sering. in DC. Prodr. 2. p. 603.
Ic. R. pumila Iacqu. Fl. austr. tab. 198.
In montibus supra Genuam *Creto*, *Porcile* etc. in apenninis bobbiensibus Cesati. ♄

**619.** Rosa pimpinellifolia L. Sp. p. 307. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 608. α. — R. spinosissima L. Sp. p. 705. Bellard. *App. p.* 230.
Ic. R. campestris odorato flore Clus. Hist. 1. p. 116. 1. et 2.
β. inermis DC. Sering. l. c. — An R. lutea Bergam. git. apenn. l. c.
Ic. R. sylvestris pomifera Lob. Icon. 2. p. 211.
In apenninis genuensibus *alle Capanne*, *alla Rocchetta* etc., tum species cum varietas. ♄

**620.** Rosa alpina L. Sp. p. 703. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 611. Bertol. *Observ. in Amoen. p.* 30. — R. pendulina Ait. — R. rubrifolia Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 233?
Ic. R. rubello flore parvo simplici etc. Chabr. Sciagr. p. 106. mala. — R. pyrenaica Gouan Ill. tab. 19.
In montanis editis apenninorum et alpium maritimarum, Cesati, Della Cella. ♄

**621.** Rosa canina L. Sp. p. 704. Lois. Fl. gall. ed. 2. 1. p. 365. Turio *Pl. clavar.* p. 16?

Ic. R. canina odorata *et* sylvestris Lob. Ic. 2. p. 210.

In dumetis, ad sepes, tum in maritimis cum in montanis. ♄

Variat fructu ovato, subglobosove, foliolis elliptico-lanceolatis, ovatisve, petiolisque glaberrimis aut pilosellis, vel foliolis subtus subcanescentibus, floribus solitariis corymbosisve, stylis glabris, pilosisve. Cf. Lois. l. c.

**622.** Rosa rubiginosa L. Mant. ex Cod. Linn. n.° 3732. Sering. in DC. Prodr. 2. p. 615. α. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 266. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 140. Balb. et Nocc. *Fl. ticin* 1. *p.* 233. — R. agrestis Savi Fl. pis. 1. p. 475. Poll. Fl. veron. 2. p. 144. — R. sepium Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 265.

Ic. Poll. l. c. tab. 2. — R. sylvestris foliis odoratis Dod. Pempt. p. 187.

In pascuis montanis *M. Fasce*, *Torazza*, *Creto*, *Porcile*, *Sassello* etc., etiam Genuae in collibus: *Rezzo* Berti. ♄

Variat pedunculis solitariis vel corymbosis, glabris hispidisve.

R. Seraphinii Viv. e Corsica, videtur forma diminuta ut var. microphylla Rosae sempervirentis.

**623.** Rosa villosa Lois. Fl. gall. ed. 2. 1. p. 361. Gaud. Syn. Fl. helv. p. 405. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 232.

In pascuis dumetisque montanis frequens *Antola*, *Boglelio*, *Capanne*, Tendae etc. ♄

Fructus aculeato-hispidi, maturi nutantes, sed petala in nostra, in sicco saltem, nec crenulata ut in R. pomifera Fries (nov. Fl. suec. ed. 2. p. 150.), nec ciliato-glandulosa ut in R. pomifera Kochii (Syn. p. 228). Foliola obtusa aut acuta in eadem planta!: stipulae angustae vel dilatatae. Sepala demum parce vel eximie pinnatifida ut in R. villosa helvetica, saltem ex specimine a cl. Monnard, cum nostris ad unguem conveniente.

## SECTIO VI.

## *POMACEAE.*

### CLXX. CRATAEGUS L. — Endl. Gen. n.° 6353.

**624.** Crataegus Pyracantha Pers. Syn. 1. p. 37. DC. Prodr. 2. p. 626. — Mespilus Pyracantha L. Sp. p. 685. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 263.

Ic. Pyracantha seu Oxyacantha Chabr. Sciagr. p. 52.

In dumetosis collium Liguriae australioris hinc inde. ♄

**625.** Crataegus Azarolus L. Sp. p. 683. DC. Prodr. 2. p. 629. — Mespilus Azarolus All. *Fl. ped.* 2. *p.* 141.

Ic. M. aronia veterum Chabr. Sciagr. p. 3.

In agro nicaeensi ex herb. R. H. bot. Taurin. ♄ an sponte?

**626.** Crataegus Oxyacantha, monostyla DC. Prodr. 2. p. 628. — Crataegus monogyna Iacqu. — Turio *Pl. clavar. p.* 16. — Mespilus monogyna All. *Fl. ped.* 2. *p.* 141. et 365. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 262.

Ic. Iacqu. Fl. austr. tab. 292.

Ad sepes et in dumetis passim. ♄

Variat apud nos foliis cuneato-obovatis parvis subintegris, vel cuneato-obovatis trifidis, 5-fidisve, vel basi rotundatis, grandioribus, glabris vel sparse puberculis, pedunculis calycibusque villosis glabrisve, petalis calyce multo maioribus.

### CLXXI. COTONEASTER Medik. — Endl. Gen. n.° 6347.

**627.** Cotoneaster vulgaris Lindl. — DC. Prodr. 2. p. 632. — Mespilus Cotoneaster L. Sp. p. 686. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 227.

Ic. Chamaemespilus Gesneri Clus. Hist. 1. p. 60.

In montanis Tendae Cesati, in alpibus albingaunensibus, Traverso. ♄

### CLXXII. AMELANCHIER Medik. — Endl. Gen. n.° 6345.

**628.** Amelanchier vulgaris Moench — DC. Prodr. 2. p. 632. — Pyrus Amelanchier L. F. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 261. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 228. — Mespilus Amelanchier L. Sp. p. 685.

Ic. A. Gallo provinciae Barrel. Icon. tab. 527.

In collibus Liguriae australioris editioribus, frequens. ♄

### CLXXIII. MESPILUS Lindl. — Endl. Gen. n.° 6344.

**629.** Mespilus germanica L. Sp. p. 684. DC. Prodr. 2. p. 633. α. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 142.
Ic. Mespilus Lob. Icon. 2. p. 166.
In sylvis, plerumque montanis. 5 v. v.

### CLXXIV. PYRUS Lindl. — Endl. Gen. n.° 4342.

**630.** Pyrus communis L. Sp. p. 686. α. DC. Prodr. 2. p. 633. α. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 229.
In sylvis montanis Apennini *alle Capanne, S. Stefano d'Aveto* etc. 5

**631.** Pyrus Malus L. Sp. p. 686. DC. Prodr. 2. p. 635. — Malus communis Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 260.
Ic. Malus Dod. Pempt. p. 790.
In sylvis montanis supra Genuam. 5

**632.** Pyrus Aria Ehrh. — DC. Prodr. 2. p. 636. Bertol. *Pl. genuens. p.* 254. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 229. — Crataegus Aria L. Sp. p. 681.
Ic. Sorbus Aria Crantz Stirp. austr. fasc. 3. tab. 2. fig. 2.
In sylvaticis montanis frequens. 5

**633.** Pyrus torminalis Ehrh — DC. Prodr. 2. p. 636. — Crataegus torminalis L. Sp. p. 681.
Ic. Sorbus torminalis Dod. Pempt. p. 803.
In sylvaticis submontanis. 5

**634.** Pyrus aucuparia Gaertn. — DC. Prodr. 2. p. 637. — Sorbus aucuparia L. Sp. p. 683. — Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 226.
Ic. L. sylvestris alpina Lob. Icon. 2. p. 107.
In sylvis collium montiumque vulgaris. 5

**635.** Pyrus Sorbus Gaertn — DC. Prodr. 2. p. 637. — Sorbus domestica L. Sp. p. 684. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 227.
Ic. S. domestica Lob. Icon. 2. p. 106.
Habeo lectum in collibus supra Albingaumum. 5. an spontaneum?

CLXXV. CYDONIA Tourn. — Endl. Gen. n.° 6341.

636. Cydonia vulgaris Pers. Syn. 2. p. 40. DC. Prodr. 2. p. 638. — Pyrus Cydonia L. Sp. p. 687. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 144.

Ic. Malus cotonea Dod. Pempt. p. 795.

Ad sepes in collibus nicaeensibus Prof. Gherardi, secus Porciferam supra Genuam D. Chiappori, ad *Sassello* supra Savonam. ♄

---

## XXXI. GRANATEAE Don.

CLXXVI. PUNICA Tourn. — Endl. Gen. n.° 6340.

637. Punica Granatum L. Sp. p. 676. DC. Prodr. 3. p. 3. α. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 140. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 289. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 122.

Ic. Malum Punicum Lob. Icon. 2. p. 130.

Ad sepes, in dumetosis, et ad rupes in collinis regionis olivetorum, frequens. ♄

---

## XXXII. MYRTACEAE R. Br.

CLXXVII. MYRTUS DC. — Endl. Gen. n.° 6317.

638. Myrtus communis L. Sp. p. 673. DC. Prodr. 3. p. 239. A. α, γ.— Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 117. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 137. α. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 288. Turio *Pl. clavar. p.* 16.

Ic. M. sylvestris foliis acutissimis Garid. Aix. tab. 110. — M. maioris quinta species Lob. Icon. 2. p. 126.

Vulgatissima in collinis per totam olivetorum regionem. ♄

---

## XXXIII. CUCURBITACEAE Iuss.

CLXXVIII. BRYONIA L. — Endl. Gen. n.° 5130.

639. Bryonia dioica Iacqu. — DC. Prodr. 3. p. 307. α.

Ic. Bryonia alba Dod. Purg. p. 230.

In montanis apennini genuensis, ad sepes, frequens. ♃

### CLXXIX. ECBALIUM Rich. — Endl. Gen. n.° 5132.

640. Ecbalium officinarum Rich. ex Steud. Nomencl. ed. 2. p. 535. — Momordica Elaterium L. Sp. p. 1434. DC. Prodr. 3. p. 311. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 122.

Ic. Cucumis sylvestris Dod. Purg. p. 179. Folia minus lata quam in vulgari et spontanea planta, ceterum icon bona et nitida.

In ruderatis et pascuis aridioribus secus litora, frequens. ♂. ♃

## XXXIV. ONAGRARIAE Iuss.

### CLXXX. EPILOBIUM L. — Endl. Gen. n.° 6121.

641. Epilobium angustifolium L. Sp. p. 493. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 291. — E. spicatum Lamck. Sering. in DC. Prodr. 3. p. 40.

Ic. Lysimachia speciosa quibusdam Onagra siliquosa. Chabr. Sciagr. p. 287.

In alpibus maritimis Prof. Gherardi; in apennini savonensis et clavarensis sylvaticis. ♃

642. Epilobium angustissimum Willd. Sp. 2. p. 313. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 292. *et Pl. genuens. p.* 146. Turio *Pl. clavar. p.* 13. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 292. — E. Dodonaei All. *Fl. ped.* 1. *p.* 279. — E. rosmarinifolium Haenk — Sering. in DC. Prodr. 3. p. 40.

Ic. Chamaenerion Gesneri Lob. Icon. p. 343.

In alveo torrentium, in pascuis aridis, locisque hyeme inundatis, necnon in praeruptis montanis valde frequens. ♃

Stylus in omnibus exemplaribus quae ad manus sunt basi undequaque villosus, sed staminibus paullulum minor, nec longior.

643. Epilobium roseum Smith Engl. Fl. 2. p. 215. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 305. — Chamaenerion (Epilobium) roseum Schreb. Spicil. Fl. Lips. p. 149.

Ic. Rchb. pl. crit. tab. 329.

In humentibus apennini genuensis, raro. ♃

**644.** Epilobium origanifolium Lamck. — Sering. in DC. Prodr. 1. p. 41. Koch Syn. p. 342. — E. alsinefolium Vill. Fl. dauph. 3. p. 511. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 306.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 180.

Ad rivulos in apennino Liguriae orientali ad *S. Stefano d'Aveto*, Traverso. ♃

**645.** Epilobium montanum L. Sp. p. 494. Sering. in DC. Prodr. 3. p. 41. (excl. Syn. Fl. roman.) Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 301. Turio *Pl. clavar. p.* 13. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 295. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 80.

Ic. Rchb. Pl. crit. fig. 328.

In montibus, ad rupes, viarum latera, locis aridioribus frequens. ♃

Polymorphum, notatu dignae videntur sequentes formae: 1.° caule erecto subsimplici, pedali et longiore, foliis membranaceis, latiusculis ovatis, ovatove-oblongis acutis; 2.° caule spithameo erecto, adscendente, simplici vel ramosissimo, foliis crassiusculis, inferioribus ovatis, obtuse denticulatis, obtusis, sensim superiora versus decrescentibus, angustioribusve; 3.° caule itidem spithameo vel minori, foliis minutis confertis crassiusculis rigidis, colore purpureo-fusco suffusis.

Icones Dod. Pempt. p. 85. et Lob. Icon. p. 343. sinistra, ad hanc speciem relatae, habitum E. rosei quadantenus referunt.

**646.** Epilobium lanceolatum Sebast. et Maur. Fl. rom. Prodr. p. 138. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 298.

Ic. Fl. rom. tab. 1. fig. 2.

In agro lunensi legit Hortulanus H. R. Botanici genuensis Carolus Traverso. ♃.

Vix a praecedente differt.

**647.** Epilobium palustre L. Sp. p. 495. Sering. in DC. Prodr. 3. p. 43. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 299.

Ic. Fl. dan. tab. 1574.

In pascuis spongiosis montium supra Genuam. ♃

Caulis basi stolones filiformes edens, folia basi cuneata lanceolata integerrima vel superiora remote denticulata.

**648.** Epilobium virgatum Fries Novit. Fl. suec. ed. 2. p. 113. Koch Syn. p. 241.

Ad margines rivulorum in montanis: Niceae ex cl. Cesati. ♃

Epilobio tetragono affine, differt tamen caule lineis a basi foliorum sessilium utrinque ortis decurrentibus, distinctis, vel ut plurimum paullo infra foliorum basim utrinque confluentibus, bilineato; capsulis multo brevioribus; stigmate clavato. — Inter tetragonum et palustre fere ambigit, ab hoc, cuius habitum proxime refert, caule lineato, foliis sessilibus rotundatis, nec basi cuneatis, dentatis nec integris differt.

**649. Epilobium tetragonum** L. Sp. p. 494. Sering. in DC. Prodr. 3. p. 43. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 300. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 204.

Ic. Rchb. pl. crit. 340.

In palustribus maritimis utriusque Liguriae, Albinganuni, Sarzanae. ♃

Altitudo plantae varia, pedalis, bipedalis et ultra; saepe ramosissimum, rigidiusculum, caule primario evidentius tetragono, foliis caulinis lanceolato-oblongis, oblongisve, rameis linearibus sensim superiora versus minoribus. Capsulae longiusculae.

**650. Epilobium hirsutum** L. Sp. p. 494. Sering. in DC. Prodr. 3. p. 42. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 295. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 279.

Ic. Fl. dan. tab. 326.

Ad rivulos supra *Porto Maurizio* Berti, in agro novensi Rosellini. ♃ — Etiam Genuae secundum Bertoloni l. c. sed ad hanc usque diem circa urbem non vidi.

E. hirsutum All. huc omnino spectat nec ad parviflorum secundum diagnosim clariss. Equit. Morisii (cf. act. Syn. Taurin. p. 187), Ep. vero grandiflorum Allionii innititur probabiliter lusui E. hirsuti ex eodem cl. Profess.; at exemplaria authentica in herb. Allionii desunt.

**651. Epilobium parviflorum** Smith Engl. Fl. 2. p. 214. Sering. in DC. Prodr. 3. p. 43. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 297. (excl. E. hirsuto All.) — E. pubescens Willd. — Turio *Pl. clavar.* p. 13. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 293.

Ic. Lysimachia siliquosa hirsuta, flore purpureo minore Chabr. Sciagr. p. 287.

Vulgatissimum ad rivulorum margines, ad fossas, in pascuis udis et in paludosis. ♃

Planta valde polymorpha a praecedente facile dignoscenda floribus multo minoribus, foliis sessilibus nec amplexantibus.

### CLXXXI. ISNARDIA DC. — Endl. Gen. n.° 6[illegible]1.

**652.** Isnardia palustris L. Sp. p. 175. DC. Prodr. 3. p. 61. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 200.
Ic. Miosota vel Alsine palustre serpeggiante Zann. ed. Mont. tab. 67.
In paludibus *alla Marinella* prope Sarzanam copiosissima. ①

### CLXXXII. CIRCAEA L. — Endl. Gen. n.° 6130.

**653.** Circaea lutetiana L. Sp. p. 12. DC. Prodr. 3. p. 63. α. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 56. Turio *Pl. clavar. p.* 5. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 291.
Ic. Lob. Icon. p. 266.
In opacis sylvarum, et in locis umbrosis, neglectis, frequens. ♃

---

## XXXV. HALORAGEAE R. Br.

### CLXXXIII. MYRIOPHYLLUM Vaill. — Endl. Gen. n.° 6135.

**654.** Myriophyllum spicatum L. Sp. p. 1409. DC. Prodr. 3. p. 68. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 290.
Ic. Millefolium pennatum aquaticum Chabr. Sciagr. p. 565. valde rudis.
In paludibus Albingaumi et *Porto Maurizio* M. D. Berti. ♃

**655.** Myriophyllum verticillatum L. Sp. p. 1410. DC. Prodr. 3. p. 68. α.
Ic. M. aquaticum minus Clus. Hist. 2. p. 252.
In paludibus Albingaumi copiosissimum M. D. Berti. ♃

### CLXXXIV. CALLITRICHE L. — Endl. Gen. n.° 1839.

**656.** Callitriche verna Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 26. Turio *Pl. clavar. p.* 5.
Ic. Reichb. pl. crit. tab. 82.
In rivulis lente fluentibus et in aquis stagnantibus. ①
Ludit foliis omnibus obovato-spathulatis, spathulato-ovatis, subrotundisve, inferioribus subinde oblongis, caule brevi vel protenso.

**657.** Callitriche autumnalis Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 29.
Ic. Rchb. pl. crit. tab. 881. 891. 892. 895.
In locis iisdem ac praecedens. ①

Occurrit foliis superioribus spathulatis oblongove spathulatis, vel linearibus omnibus.

Fructus in utraque specie haud alati; plantae caeterum in vivo et fructiferae denuo recudendae.

---

## XXXVI. LYTHRARIEAE Iuss.

### CLXXXV. LYTHRUM L. — Endl. Gen. n.° 6149.

**658. Lythrum Salicaria** L. Sp. p. 640. DC. Prodr. 3. p. 82. excl. δ. ε. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 10. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 296. Turio *Pl. clavar. p.* 15.

Ic. Lysimachia purpurea etc. Lob. Icon. p. 342.

Ad rivulorum fossarumque margines, secus vias vulgatissimum. ♃

Apud nos plerumque canescens subtomentosum, sed et vix pubescens et glabratum occurrit, variat insuper foliis e basi cordata lanceolatis, oblongis, oblongove-ovatis, floribus plus minusve numerosis.

**659. Lythrum Graefferi** Tenor. Fl. neap. Syll. p. 230. DC. Prodr. 3. p. 82. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 13.

Ic. Polygonum aquaticum maius Barrel. Icon. tab. 773. fig. 1.

In udis secus litora Albingaumi, Uneliae, Nicaeae, in collibus Liguriae novensis. Rev. De Negri. ①

Simile L. Hyssopifoliae differt floribus 12-andris, staminibus sex tubo calycis multo longioribus, reliquis inclusis, petalis calycem longitudine aequantibus, ceterum valde ludit caulis divisione, foliis plus minusve, inferioribus praesertim, amplis ut in Hyssopifolia.

**660. Lythrum Hyssopifolia** L. Sp. p. 642. DC. Prodr. 3. p. 81. α. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 14. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 297. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 168?

Ic. Hyssopifolia aquatica Chabr. Sciagr. p. 568. mala potius.

In arvis humidiusculis depressis, secus litora, frequens. ①.

## XXXVII. TAMARISCINEAE Desv.

### CLXXXVI. MYRICARIA Desv. — Endl. Gen. n.° 5482.

661. Myricaria germanica Desv. — DC. Prodr. 3. p. 97. — Tamarix germanica L. Sp. p. 387. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 497. — M. squamosa Rchb. Fl. excurs. p. 687.

Ic. Germanica Tamariscus Lob. Icon. 2. p. 218.

In agro Nicaeensi secus Varum Cesati, Berti, *Ventimiglia* Panizzi etc. 5

### CLXXXVII. TAMARIX Desv. — Endl. Gen. n.° 5484.

662. Tamarix africana, ligustica. — T. africana var. Avé Lallem. *de quibusd. pl. ital. p.* 11.

Ad fossas et in humentibus secus litora utriusque Liguriae hinc inde, subinde culta. 5

Ab affini T. africana, quam possideo ex ora Africae borealis missa a cl. Roussel, et ex Sardinia ubi ipsemet legi anno 1835, nostra differt racemis minus crassis et multo longioribus, cylindraceis, bipollicaribus, longius pedunculatis, nec unquam sessilibus, nec ovatis, floribus quidquam minoribus nec dense confertis, ramis ut plurimum gracilioribus. Ceterum structura floris eadem videtur ac in africana, saltem e sicco. Stamina 5 e disco fuscescente pentagono corolla duplo longiora: stigmata tria!; bracteae oblongae calyce florente aequales vel vix longiores; flores laxiusculi, spicae basi squamis ovato-triangulis laxis tectae, ut et tota planta foliaque ovata semiamplexicaulia glabra.

Vere proximo ad plantam vivam descriptionem absolutam exarare studebo.

663. Tamarix gallica L. Sp. p. 386. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 494. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 300? — Tamariscus gallicus All. *Fl. ped.* 2. *p.* 87?

In palustribus *della Marinella* prope Sarzanam ipso in loco quo legit celeb. Fl. ital. auctor. 5

Synonyma Badaroi et Allionii verosimiliter et ad praecedentem spectant.

## XXXVIII. PORTULACEAE Iuss.

### CLXXXVIII. PORTULACA Tourn. — Endl. Gen. n.° 5174.

664. Portulaca oleracea L. Sp. p. 638. DC. Prodr. 3. p. 353. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 8. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 299. Turio *Pl. clavar. p.* 15.
Ic. P. sylvestris et domestica Lob. Icon. p. 388.
In cultis et in aridioribus frequens. ①

### CLXXXIX. MONTIA Mich. — Endl. Gen. n.° 5182.

665. Montia fontana L. Sp. p. 129. DC. Prodr. 3. p. 362. β. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 830. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 79.
Ic. M. aquatica maior Mich. nov. pl. gen. tab. 13. fig. 1.
Ad rivulos in alpibus ditionis albingaumensis Traverso. ①.

---

## XXXIX. PARONYCHIEAE S. Hil.

### CXC. CORRIGIOLA L. — Endl. Gen. n.° 5197.

666. Corrigiola litoralis L. Sp. p. 388. DC. Prodr. 3. p. 367. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 501. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 54.
Ic. Anthyllis linifolia flore albo polygonoides Barrel. Icon. tab. 532.
In cultis Liguriae occiduae Prof. Gherardi. ①

### CXCI. HERNIARIA Tourn. — Endl. Gen. n.° 5198.

667. Herniaria glabra L. Sp. p. 317. DC. Prodr. 3. p. 367. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 18. Turio *Pl. clavar. p.* 10. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 305.
Ic. Herniaria Dod. Pempt. p. 114.
In saxosis et pascuis aridioribus montanis. ♃

668. Herniaria hirsuta L. Sp. p. 317. DC. Prodr. 3. p. 367. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 20. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 304.
Ic. Chabr. Sciagr. p. 455.
Vulgatissima in arenosis apricisve secus litora et in arvis collinis. ①
Variat plus minusve hirsuta et canescens.

## CXCII. PARONYCHIA Juss. — Endl. Gen. n.° 5202.

669. Paronychia echinata DC. Fl. fr. et Prodr. 3. p. 370. — Illecebrum echinatum Lamck. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 729. — I. cymosum Balb. *misc. alt. p.* 12. non Linn.

Ic. Polygonum capitulis ad genicula echinatis Bocc. Sic. tab. 20. fig. 3.

In agro nicaeensi Piccaroli ex Cesati. ①.

670*. Paronychia argentea DC. Fl. fr. et Prodr. 3. p. 371. α. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 303. — Illecebrum Paronychia L. Sp. p. 299. non All. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 731.

Ic. Polygonum montanum niveum polyanthes Barrel. Icon. tab. 725.

In arenosis maritimis Liguriae occidentalis frequens, subinde in apricis collinis secus litora. ♃.

671. Paronychia serpyllifolia DC. Fl. fr. et Prodr. 3. p. 371. α. — Illecebrum serpyllifolium Pers. Syn. 1. p. 261. α. Bertol. *Fl. ital* 2. *p.* 735. α. β. — I. capitatum All. *Fl. ped.* 2. *p.* 210.

Ic. Polygonum montanum niveum roseum minus, compactioribus foliolis Barrel. Icon. tab. 688. rudis, sed habitum plantae nostrae eximie exhibens.

In agro nicaeensi Rastoin, in alpibus maritimis Prof. Gherardi. ♃

Ab insequente differt foliis obtusis praeter cilia glabris, vel iunioribus dorso pilis aliquot appressis inspersis, stipulis folio longioribus saepe fimbriato-laceris, capitulis terminalibus globosis, sepalis oblongis obtusis dorso hirsutulis.

672. Paronychia nivea DC. Prodr. 3. p. 371. Boiss. Voy. Esp. p. 220! — Illecebrum niveum Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 734.

Ic. Polygonum montanum roseum maius Barrel. Icon. tab. 687. bona.

In arenosis maritimis *Albingaumi*, *Bordighiera*, frequens, Rastoin, Panizzi, Cesati: in montibus supra *Alassio* Prof. Sassi ex herb. Viviani. ♃ sub ♄

Variat foliis undique pubescentibus vel glabratis, praeter cilia marginis.

## CXCIII. POLYCARPON ENDL. Gen. n.° 5212.

673. Polycarpon tetraphyllum L. Sp. p. 131. DC. Prodr. 3. p. 376. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 834. et *Pl. genuens. p.* 124. TURIO *Pl. clavar. p.* 8. — Lahaya polycarpoides BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 301. excl. syn. — L. alsinefolia BADAR. l. c. n.° 302!

Ic. Anthyllis alsinefolia polygonoides maior BARREL. Icon. tab. 534.

Vulgatissimum ad vias, muros, in pascuis agrisve, tum cum in arenosis litoreis. ①.

In eadem saepe planta sunt folia opposita, quaternave, subinde opposita omnia, oblongo-ovata, obovatave. — L. polycarpoides BADARÒ toto caelo differt a planta sicula quam habui multis abhinc annis a cl. Prof. IAN., et ex speciminis BADAROI inspectione huc omnino spectare cum cl. BERTOLONI censeo.

Lahaya alsinefolia BADARÒ sistit lusum floribus plerumque, sed non semper pentandris, statura minore, sed habitu magis robusto, foliis carnosulis, oppositis, colore purpureo suffusis, latioribus, brevioribusque, stipulis magis dilatatis, floribus confertioribus, sed occurrunt specimina foliis quaternis ut in P. tetraphyllo.

## CXCIV. SCLERANTHUS L. — ENDL. Gen. n.° 5222.

674. Scleranthus perennis L. Sp. p. 580. DC. Prodr. 3. p. 378. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 517

Ic. Alchimilla gramineo folio, maiori flore VAILL. Bot. par. tab. 1. fig. 5.

In montibus *di Triora* Prof. GHERARDI, et in Apennino ad *S. Stefano d'Aveto*. ♃

675. Scleranthus annuus L. Sp. p. 580. DC. Prodr. 3. p. 378. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 516.

Ic. Knawel DOD. Pempt. p. 115. rudior.

Frequens in sterilibus, pascuis aridis montanis supra Genuam et in apennino bobbiensi, ex his per torrentium alveum ad humiliora descendens. ①

Planta pro loco valde varia, caulibus caespitosis, ramis erectiusculis vel decumbentibus, subinde confertissimis.

# XL. CRASSULACEAE DC.

## CXCV. TILLAEA Mich. — Endl. Gen. n.° 4607.

676. Tillaea muscosa L. Sp. p. 186. DC. Prodr. 3. p. 381. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 838. Balb. *Misc. alt. p.* 9.

Ic. T. muscosa annua perfoliata Mich. nov. pl. gen. tab. 20. bona.

In arenosis litoreis Liguriae occiduae inter Savonam et Noli cl. Chiappori. ①

## CXCVI. UMBILICUS DC. — Endl. Gen. n.° 4620.

677. Umbilicus pendulinus DC. Prodr. 3. p. 400. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 312. — Cotyledon Umbilicus β. L. Sp. p. 615. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 691. Turio *Pl. clavar. p.* 15. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 120.

Ic. C. Umbilicus Veneris Clus. Hist. 2. p. 63.

Ad muros, rupesque secus vias campestres in regione olivetorum frequens: Genuae etiam in urbe, sed rarius. ♃

## CXCVII. SEDUM DC. Prodr. 3. p. 401.

1. *F. albis aut purpurascentibus.*

678. Sedum latifolium Bertol. *Amoen. p.* 366. et *Fl. ital.* 4. *p.* 694. DC. Prodr. 3. p. 402. — S. Telephium Turio *Pl. clavar. p.* 15.

Ic. Telephium sive Crassula maior hispanica Lob. Icon. p. 390. satis bona.

In montanis ditionis novensis Rosellini, ad rupes secus litora et in tectis hinc inde. ♃

679. Sedum Anacampseros L. Sp. p. 616. DC. Prodr. 3. p. 403. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 695.

Ic. Telephium minus sempervirens Lob. Ic. p. 390.

In alpibus Tendae, albingaunensibus et in apennino clavarensi, frequens. ♃

680. Sedum stellatum L. Sp. p. 617. DC. Prodr. 3. p. 404. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 696.

Ic. Sempervivum tertium Columb. Phytob. ed. Neap. p. 40. fig. sinistrorsum, mala.

In agro albingaunensi Prof. Sassi ex herb. Viviani, et ex Prof. Gherardi. ①

681. Sedum alsinefolium ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 119. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 699. — S. cepaca ε *alsinefolium* DC. Prodr. 3. p. 404.

Ic. ALL. l. c. tab. 22. fig. 2. omnibus partibus praeter naturam auctis. — CESATI Icon. stirp. ital. fasc. III. mox edend.

Ad rupes in montibus Tendae: in alpibus albingaunensibus. ①

682. Sedum galioides ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 120. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 700. — S. Cepaea β. δ. DC. Prodr. 3. p. 404. — S. Cepaea ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 120. TURIO *Pl. clavar. p.* 15.

Ic. ALL. Fl. ped. tab. 65. fig. 3. pro more plantam valde auctam sistens, et foliis inferioribus tantum quaternato-verticillatis.

Ad viarum latera, muros, rupes tum in collinis cum in montanis, vulgare. ①

Variat praeter staturam palmarem pedalemve, foliis inferioribus quaternato-verticillatis, superioribus alternis, vel quaternatis omnibus; foliis obovato-spathulatis, oblongisve, glabris pallidis vel rubescentibus, vel cum superioribus multo semper, quam inferiora angustioribus, glanduloso-pubescentibus. Caulis quidem simplex variat vel plerumque supra basim ramosus.

683. Sedum monregalense BALB. Miscell. 1. p. 23. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 702. — S. cruciatum DC. Prodr. 3. p. 403.

Ic. BALB. l. c. tab. 6. satis bona. — REICHB. Pl. crit. tab. 438.

In apennino Liguriae orientalis *M. Gottro*, *S. Stefano d'Aveto*, ex spec. a cl. equite BERTOLONIO et in apenninis supra *Torriglia*. ♃

684. Sedum album L. Sp. p. 619. DC. Prodr. 3. p. 406. α. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 708.

Ic. ALL. l. c. tab. 65.

Vulgatissimum ad muros, tecta, in omni Liguria. ♃

685. Sedum hirsutum ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 122. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 308.

Ic. ALL. Fl. ped. tab. 65. fig. 5.

Ad rupes in promontorio *Noli* copiosissime. ♃

Distinguitur ab insequente, cui simile, pubescentia omnium partium glandulosa, squamis ad ovariorum basim, e basi attenuata, obovatis, rotundatis, laete rubris.

686. Sedum dasyphyllum L. Sp. p. 618. DC. Prodr. 3. p. 406. Turio *Pl. clavar. p.* 15. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 307. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 267. — S. dasyphyllum Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 710. ex parte. — S. turgidum Bergam. *Git. apenn. l. c.*

Ic. S. parvum, folio circinnato, flore albo Chabr. Sciagr. p. 539. rudior.

Ad muros, rupes passim. ♃

Squama obovato-truncata ad cuiusque carpelli basim.

687. Sedum rubens L. Sp. p. 619. DC. Prodr. 3. p. 405. β. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 715. — Crassula rubens L.

Ic. DC. Pl. grass. tab. 55.

Ad viarum margines prope Savonam; in montibus *del Sassello*; in agro novensi prope *Serravalle* Cambiaggi. ①.

Quae habui specimina transapennina a Pharmacopola Cambiaggi praebent plantam valde hirto-glandulosam, caeterum haud differunt ab illis Liguriae maritimae.

688. Sedum atratum L. Sp. p. 1673. DC. Prodr. 3. p. 405. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 718.

Ic. All. Fl. ped. tab. 65. fig. 4.

In alpibus maritimis Tendae, *Frontero*, *Triora*, *Viossene* etc. ①.

2. *Floribus luteis aut lutescentibus.*

689. Sedum Rhodiola DC. Prodr. 3. p. 401. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 698. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 267. — Rhodiola rosea L. Sp. p. 1665.

Ic. Rhodia sive Rosea radix Lob. Ic. p. 391.

In editioribus alpium nicaeensium et albingaunensium. ♃

690. Sedum altissimum Poir. ex DC. Prodr. 3. p. 408. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 703. Moris El. stirp. sard. 1. p. 20.

Ic. Rchb. Pl. crit. tab. 377. haud bona.

Ad rupes et in saxosis collium regionis olivetorum, abunde. ♃

Cum descriptiones huiusce speciei omni numero absolutae mihi haud videantur, praecipue ex eo quod in sicco Sedorum partes vix recognosci possint, quae in vivo observavi hic addere liceat.

Caules e basi decumbente flexuosa parce vageque ramosi, inferne carnosi, tumentes, cinerascentes, cicatricibus foliorum deciduorum impressi;

rami florigeri assurgentes, erecti, spithamei pedales, sursum attenuati, coloris carnei, simplices. Folia in ramis annotinis conferta, erectiuscula, obverse oblonga, apice sensim in mucronem attenuata, depressa, facie planiuscula, dorso leviter convexa, basi soluta parum producta, glauca, sub lente minutissime glanduloso-muriculata, caulina sparsa, remota, appressa, basi in appendiculam 4 folii ipsius partem aequantem producta, serico margine involuta, caeterum reliquis similia. Cyma 3-vel 4-fida, terminalis, ramis bifidis, furcatis, fracteflexis, primum revolutis. Flores pedicellati numerosi approximati. Calyx hemisphaericus! quinquelobus, lobis brevibus, ovatis, obtusis! carpellis plus duplo brevioribus. Petala patentissima vel patenti-deflexa, lineari-subspathulata, obtusa, carinata, ochroleuca, linea dorsali virente, calyce triplo longiora, eiusdemque divisionibus numero aequalia. Staminum filamenta subulata, facie, inferiori parte, evidentissime pubescentia. Squamae ad carpellorum basim subquadratae. Carpella sex, glabra, dorso convexa, erectiuscula.

Facillime et apprime a S. reflexo et affinibus distinguitur calyce hemisphaerico, breviter quinquelobo, lobisque obtusis.

Icones Lobelii et Clusii ipsissimae, si respicias ad calycis formam et numerum florum, potius ad S. altissimum ducendae sunt quam ad reflexum vel anopetalum.

691. Sedum reflexum L. Sp. p. 618. DC. Prodr. 3. p. 408. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 704. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 309? — S. rupestre Turio *Pl. clavar. p.* 15? saltem ex loco.

Ad rupes murosque, iisdem in locis ac praecedens, necnon in montanis Apennini. ♃

Caespitosum: caules, e basi prostrata vel varie contorta, ascendentes, simplices vel parce ramosi, epidermide, in parte eorumdem inferiore facile secedente, fere squamata, rutilantes, cicatricibus foliorum deciduorum verrucaeformibus asperi, carnosuli, superne rosei coloris, spithamei pedalesve. Folia ramorum annotinorum conferta erecto-adpressa, curvula subsecundaque, lineari-lanceolata mucronulata, semiteretia, e glauco-rubentia, basi producta soluta, sub lente minute tuberculoso-glandulosa, demum reflexa, caulina sparsa, facie magis compressa, appendice basilari foliis ipsis multoties breviore. Cyma 2-3-4-fidave, ramis furcatis simplicibus, primum scorpioideis, demum se se erigentibus. Flores breve pedicellati numerosi. Calyx ovatus pentagonus ad basim fere 5-partitus, lobis ovatis,

acutis, mucronatisque, dorso linea longitudinali impressis, in sicco canaliculatis, carpella subaequantibus. Petala patentia, lineari-oblonga, carinata, obtusiuscula, lutescentia calice vix dimidia parte longiora. Staminum filamenta basi dilatata, ciliisque exiguis dentiformibus raris praedita, caeterum glabra. Squamae ad carpellorum basim triangulares, angulo superiore obtuso. Carpella 5-6, latere interno pubescentia, dorso obtuse carinata.

Synonyma Badaroi et Turii dubia, forte Sedum anopetalum et altissimum complectuntur.

692. Sedum anopetalum DC. rapp. et Prodr. 3. p. 408.
Ic. DC. Mém. Crass. tab. 8!

In rupibus *di Caprazoppa* Liguriae occiduae cl. Cesati, et in litore albingaumensi copiose. ♄

Caulis basi ramosus, caespitulosus, ramis adscendentibus, teretibus, dilute roseis, praeter cicatrices foliorum deciduorum laeves, florentibus inferne propaginiferis, longitudine inter 10-13 centimetra variantibus. Folia surculorum annotinorum dense imbricata, spiralia, elliptico-mucronata, compressa, dorso convexiuscula, facieque planiuscula, minutissime punctato-asperula, primum cinerea, glauca, demum, ut caules et rami, rosea, basi brevissime soluta. Folia surculorum florentium, superiora versus sensim, sensimque remotiuscula, adpressa, lanceolato-mucronata, basi expallentia, caeterum reliquis similia. Cyma bi-quadrifida, sub anthesi compacta corymbosa, ramis patentibus simplicibus, iterumve bifidis, plerumque trifloris, praeter florem alarem in unaquaque bifurcatione. Flores unilaterales sessiles, unusquisque folio florali oppositifloro instructus. Calyx pyramidatus, 6-7-8-partitus, segmentis anguste triangulo-acuminatis, dorso sulco lato exaratis, tenuiter 3-nerviis, sparsim minutissime glanduligeris. Petala tot quot calycis segmenta, lanceolato-carinata, ochroleuca, apice obtusiuscula vel truncata, bi-tri-minute dentata, primum erecta, calycem carpella excedentem, quarta parte circiter superantia, demum sepalis duplo longiora, patentia. Stamina 10-14, carpellis longitudine aequalia, vix dorso pilis aliquot inspersa, caeterum glabra, filamentis tereti-subulatis, antheris oblongis, luteis. Carpella 6-7, glabra. Glandulae ad carpellorum basim subquadratae, apice obtuse emarginatae, decolores.

Planta facie accedens ad Sedum reflexum, sed multis momentis distinguenda et prae caeteris calycum quinquepartitorum segmentis triangulo-acuminatis multo longioribus ac in reflexo, capsulis, stylo rostratis, vix

quarta parte brevioribus, dorso sparse glanduliferis, petalis calyce duplo longioribus, acutis, ochroleucis, floribus laxioribus.

Specimina quae habui a clarissimo et amicissimo Cesati, necnon ea omnia quae viva ex agro albingaunensi observare contigit, ad unguem congruunt cum Icone citata.

693. Sedum albescens DC. Prodr. 3. p. 407. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 706.

In alpibus *di Rezzo* Liguriae occiduae, legit M. D. Berti. ♄

Differt ab affinibus, quemadmodum statuitur a cl. Bertolonio, habitu graciliore, foliis tenuioribus, apice valde subulato-attenuatis, fere aristatis, cyma numquam exquisite scorpioidea, laciniis calycinis lanceolatis, acuminatis, acutisve, passim velo albissimo obductis. Staminum filamenta, e basi dilatata, subulata, glabra; squamae trapezoideae.

Icones a cl. Bertol. in Fl. italica adductae nempe Sedum minus V. Clus. Hist. 2. p. 60. et Aizoon haematodes Lob. Icon. p. 378., quae est ipsissima Clusii, ut pro more, necnon Icon Sedum minus flore luteo I. Bauh. Hist. 3. p. 692. a Chabraeo reproducta in Sciagr. p. 540., huic speciei aeque ac praecedentibus accommodari possunt, et utpote ineptas reiiciendas esse existimo.

694. Sedum sexangulare L. Sp. p. 620. excl. syn. Camer. ex Sm. Engl. Fl. 2. p. 318. DC. Prodr. 3. p. 407. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 723. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 311.

Ic. Sempervivum minimum Lob. Icon. p. 379. rudior.

In pascuis aridis hinc inde frequens, etiam in montanis. ♃

Variat statura bipollicari palmari et paullo ultra, foliis surculorum annotinorum et caulium plus minusve confertis.

695. Sedum acre L. Sp. p. 619. DC. Prodr. 3. p. 407. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 721. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 121. Turio *Pl. clavar. p.* 15. — S. neglectum Tenor. Syll. Fl. neap. p. 227!

Ic. S. minus VIII. causticum Clus. hist. 2. p. 61.

In alpibus *di Rezzo* Liguriae occiduae M. D. Berti, in montibus vallis albingaunensis, et in apenninis Liguriae orientalis, frequens. ♃

696. Sedum saxatile All. *Fl. ped.* 2. *p.* 121. DC. Prodr. 3. p. 409. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 719.

Ic. All. l. c. tab. 65. fig. 6.

In alpibus Tendae CESATI. ①

Squamae ad basim germinis pedicellatae subrotundae apice emarginatae ex cl. CESATI lit.

CXCVIII. SEMPERVIVUM L. — ENDL. Gen. n.° 4623.

697. Sempervivum tectorum L. Sp. p. 664. DC. Prodr. 3. p. 413. BERTOL. *Fl. ital.* 5. *p.* 108. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 306. TURIO *Pl. clavar. p.* 16.
Ic. Semprevivo maggiore MATTH. Valgr. 2. p. 1175.

Occurrit ad rupes in collibus genuensibus hinc inde et in tectis: in montanis Liguriae novensis Rev. DE NEGRI. ♃

698. Sempervivum montanum L. Sp. p. 665. DC. Prodr. 3. p. 413. BERTOL. *Fl. ital.* 5. *p.* 109.
Ic. Cotyledon altera III. CLUS. Hist. 2. p. 64.

In alpibus maritimis *di Rezzo* BERTI, *Vieussene*, *Triora* TRAVERSO. ♃

699. Sempervivum arachnoideum L. Sp. p. 665. DC. Prodr. 3. p. 413. BERTOL. *Fl. ital.* 5. *p.* 111.
Ic. Sedum montanum roseum minus reticulatum BARREL. Ic. tab. 391.

Ad rupes in apenninis editioribus et in alpibus maritimis ubique copiosissimum. ♃

---

## XLI. CACTEAE DC.

CXCIX. OPUNTIA TOURN. — ENDL. Gen. n.° 5161.

700. Opuntia ........ Cactus opuntia ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 173. BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 298.

Ad rupes maritimas in Liguria occidua *Finale*, *S. Remo*, *Vintimiliae*, in praeruptis calidioribus promontorii *di Portofino*. ♃.

Florentem adhuc non vidi.

---

## XLII. GROSSULARIEAE DC.

CC. RIBES L. — ENDL. Gen. n.° 4682.

701. Ribes Grossularia L. Sp. p. 291. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 683. — R. Uva crispa L. Sp. p. 292. DC. Prodr. 3. p. 478.

Ic. Uva crispa Dod. Purg. p. 748.

In monte *Antola* M. D. Berti et in montibus albingaunensibus. ♃

702. Ribes alpinum L. Sp. p. 291. DC. Prodr. 3. p. 480. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 681.

Ic. Fl. dan. tab 968.

In apennino *di Salogno* Cesati, in sylva *di Rezzo* Lig. occid. Berti. ♃

---

## XLIII. SAXIFRAGACEAE DC.

### CCI. SAXIFRAGA L. — Endl. Gen. n.° 4634.

#### 1. Aizoonia Koch Syn. p. 266.

703. Saxifraga lingulata Bellard. *Append. p.* 226. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 456. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 320.

Ad rupes in montibus Tendae et reliquis alpibus maritimis, vulgaris. ♃

704. Saxifraga Aizoon Jacqu. — Sering. in DC. Prodr. 4. p. 19. α. β. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 452. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 319.

Ic. S. montanum roseum serratis foliis etc. Barrel. Icon. tab. 1309. 1310. 1311. 1312.

Ad rupes in alpibus maritimis et in apenninis editioribus. ♃

705. Saxifraga cochlearis Rchb. Fl. excurs. p. 559. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 456.

Ad rupes in monte *di Portofino* Lig. orientalis copiosissima. ♃

Planta maxime elegans, a S. Aizoon, quam habitu aemulatur, facile differt foliis haud serratis, sed crenis minutis crustaceo-scutatis instructis, a lingulata foliis apice plus minusve dilatato-spathulatis, caulis pube glandulosa, pedunculorum et calycis. Folia vero forma valde ludibunda, lingulato-spathulata pollicaria et spathulata vix semipollicaria.

706. Saxifraga caesia L. Sp. p. 571. Sering. in DC. Prodr. 4. p. 20. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 462. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 317.

Ic. Sedum alpinum IX. Clus. Hist. 2. p. 61. mala.

In editioribus montibus ditionis albingaunensis *Gallè*, *Viossena*, Traverso. ♃

2. Porphyrion Koch Syn. p. 269.

**707.** Saxifraga oppositifolia L. Sp. p. 575. Sering. in DC. Prodr. 4. p. 17. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 510. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 70. Moretti *Saxifr. in Giorn. fis. ch. St. nat.* 7. *p.* 105.

Ic. All. l. c. tab. 21. fig. 3.

In alpibus nicaeensibus ex speciminibus optimis a cl. Prof. Eq. Morisio benevole communicatis, in montibus *di Frontero*. ♃

**708.** Saxifraga retusa Gouan — Sering. in DC. Prodr. 4. p. 18. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 513.

Ic. S. purpurea All. Fl. ped. tab. 21. fig. 2.

In montibus editioribus comitatus nicaeensis Prof. Gherardi. ♃

3. Trachyphyllum Koch Syn. p. 270.

**709.** Saxifraga aspera L. Sp. p. 575. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 471. Sering. in DC. Prodr. 4. p. 46. α.

Ic. Sedum alpinum hispidum Chabr. Sciagr. p. 541.

In monte *Gallè* Liguriae occiduae Traverso. ♃

**710.** Saxifraga bryoides L. Sp. p. 572. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 470. — S. aspera β. Sering. in DC. Prodr. 4. p. 46.

Ic. Sedum muscosum Chabr. Sciagr. p. 540.

In rupibus editioribus alpium maritimarum Traverso, *Col delle Finestre* ex herb. H. Bot. Taurinensis. ♃

**711.** Saxifraga aizoides L. Sp. p. 576. Sering. in DC. Prodr. 4. p. 47. α. β. — Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 473. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 318.

Ic. Sedum minus VI. Clus. Hist. 2. p. 60. mala.

In alpibus maritimis supra Albingaunum et *Frontero* Traverso, in sylva *di Rezzo* Berti. ♃

Variat statura palmari vel minore.

4. Arabida Koch Syn. p. 271.

**712.** Saxifraga stellaris L. Sp. p. 572. Sering. in DC. Prodr. 4. p. 40. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 480. Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 314.

Ic. Scopol. fl. carn. ed. 2. tab. 13.

In alpibus maritimis *Triora, Viossene,* alibique ad rivulos abunde, Traverso. ♃

5. Hydatica Koch Syn. l. c.

**713.** Saxifraga cuneifolia L. Sp. p. 574. Sering. in DC. Prodr. 4. p. 41. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 478.

Ic. Cotyledon altera olim Matthioli Chabr. Sciagr. p. 537. potius mala. — Scopol. Fl. carn. ed. 2. tab. 13. vix melior.

Ad rupes umbrosas in collibus montibusque Liguriae australioris passim. ♃

6. Dactyloides Koch Syn. p. 272.

**714.** Saxifraga pedemontana All. *Fl. ped.* 2. *p.* 73. Sering. in DC. Prodr. 4. p. 29. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 493.

Ic. All. l. c. tab. 21. fig. 5. 6.

In alpibus nicaeensibus ad rupes frequens, aeque ac in alpibus albingaunensibus. ♃

**715.** Saxifraga moschata α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 505. — S. exarata All. *Fl. ped.* 2. *p.* 73. — S. hypnoides All. l. c. p. 72. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 313.

Ic. All. l. c. tab. 21. fig. 4. et 88. fig. 2.

Ad rupes editiorum alpium maritimarum et apenninorum frequentissima. ♃

Possideo ex loco adducto specimina primo intuitu inter se dissimilia, quorum nonnulla minora glabriuscula foliisque densioribus S. muscoidi Wulfenii accommodari possunt, sed specifice non differunt, et per gradus intermedios transeunt in formam maiorem laxiorem subinde stoloniferam.

**716.** Saxifraga androsacea L. Sp. p. 571. Sering. in DC. Prodr. 4. p. 24. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 499.

Ic. Saxifragia alpina subhirsuta, foliis longis raro dentatis Hall. Opusc. bot. tab. 2. fig. ad sinistram, p. 308.

In pascuis editioribus alpium maritimarum Prof. Gherardi. ♃

7. Nephrophyllum Koch Syn. p. 276.

**717.** Saxifraga Tridactylites L. Sp. p. 578. Sering. in DC. Prodr. 4. p. 35. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 496. α. Badar. *Pl. Lig. occid. n.*° 316.

Ic. Paronychia altera rutaceo folio Lob. Icon. p. 369. — S. exilis Poll. Fl. veron. 2. tab. 1. fig. 1.

In graminosis apricis, ad muros vetustos, rupes, in urbis moeniis frequens. ①

**718.** Saxifraga granulata L. Sp. p. 576. Sering. in DC. Prodr. 4. p. 35. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 486. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 71.

Ic. Saxifraga alba chelidonioides Lob. Icon. p. 612. mala.

In montanis collinisque Liguriae occiduae ex herb. Viviani, Niceae Ill. Carrega. ♃

**719.** Saxifraga bulbifera L. Sp. p. 577. Sering. in DC. Prodr. 4. p. 36. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 488.

Ic. S. bulbosa altera bulbifera Col. Ecphr. 1. tab. 317.

● Ad margines agrorum viarumque, et in pascuis apricis transapenninis frequens Rosellini, Cambiaggi, in collibus ad Porciferam Chiappori. ♃

**720.** Saxifraga rotundifolia L. Sp. p. 576. Sering. in DC. Prodr. 4. p. 43. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 482. Badar. *Pl. Lig. occid.* n.° 315.

Ic. Sanicula montana II. Clus. Hist. 1. p. 307. mala.

In sylvis montanis *di Rezzo*, in alpibus maritimis ligusticis, in apenninis bobbiensibus et clavarensibus vulgaris. ♃

---

## XLIV. UMBELLIFERAE Iuss.

### SECTIO I.

### *EIUGATAE* Moris Fl. sard. 2. p. 155. et 161.

### CCII. SANICULA Tourn. — Endl. Gen. n.° 4382.

**721.** Sanicula europaea L. Sp. p. 339. DC. Prodr. 4. p. 84. α. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 121. Turio *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. Sideritis Columna. Phytob. ed. neap. p. 72. bona.

In sylvis et pascuis umbrosis humidis, praesertim montanis, vulgatissima. ♃

### CCIII. ERYNGIUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 768.

**722.** Eryngium maritimum L. Sp. p. 337. DC. Prodr. 4. p. 89. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 108. et *Pl. genuens. p.* 135. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 2. Turio *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. E. maximum Lob. Icon. 2. p. 21.

In arenosis secus litora ubique frequens. ♃

**723.** Eryngium campestre L. Sp. p. 337. DC. Prodr. 4. p. 88. α. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 111.

Ic. E. campestre mediterraneum Lob. Icon. 2. p. 21. fol. involucri angustiss. integra.

In pascuis aridis, apricis, ad viarum agrorumque margines, in regione olivetorum frequens. ♃

Variat involucri foliolis late vel anguste lineari-lanceolatis, plerumque utrinque unidentatis.

SECTIO II.

## *BISCUTATAE* Moris Fl. sard. 2. p. 155. 161.

### CCIV. HYDROCOTYLE Tourn. — Endl. Gen. n.° 4355.

**724.** Hydrocotyle vulgaris L. Sp. p. 338. DC. Prodr. 4. p. 59. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 115.

Ic. Aquatica Cotyledon etc. Lob. Icon. p. 387.

In palustribus agri sarzanensis cl. Bertoloni, ex specimine ab eodem communicato. ♃

SECTIO III.

## *TESTACEAE* Moris Fl. sard. 2. p. 155. 170.

### CCV. BIFORA Hoffm. — Endl. Gen. n.° 4546.

**725.** Bifora radians M. B. — DC. Prodr. 4. p. 249. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 248.

Ic. Coriandrum sylvestre Chabr. Sciagr. p. 395.

In arvis, locis sterilioribus, in torrentium alveo frequentissime, quandoque in pascuis montanis. ①

**726.** Bifora testiculata DC. Prodr. 4. p. 249. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 246. — Coriandrum testiculatum L. Sp. p. 367. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 16.

Ic. Coriandri alia Icon. Chabr. Sciagr. p. 349. Icon. ad dexter. fructifer.

In arvis bobbiensibus rarissime, Cesati. ①

In locis in Flora italica indicatis nusquam occurrit.

### CCVI. CORIANDRUM L. — Endl. Gen. n.° 4549.

**727.** Coriandrum sativum L. Sp. p. 367. DC. Prodr. 3. p. 250. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 250.

Ic. Coriandrum Chabr. Sciagr. p. 395. rudis.

In agris circa Genuam hinc inde, sed saepe cultum. ①

## SECTIO IV.

### *CORTICOSAE* Moris Fl. sard. 2. p. 155. et 172.

### CCVII. SMYRNIUM L. — Endl. Gen. n.° 4541.

**728.** Smyrnium Olusatrum L. Sp. p. 376. DC. Prodr. 4. p. 247. Moris Fl. sard. 2. p. 173. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 239. All. *Auct. p.* 24.

Ic. Hipposelinum Dod. Pempt. p. 698.

In umbrosis ad sepes, muros, in ruderatis hortorum frequens in regione olivetorum. ♂

Mericarpia albumine involuto intus cava, albuminis facies interna villo tenui flavicante pubescens.

### CCVIII. ECHINOPHORA Tourn. — Endl. Gen. n.° 4522.

**729.** Echinophora spinosa L. Sp. p. 344. DC. Prodr. 4. p. 235. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 153. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 3. Turio *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. Crithmus spinosus Dod. Purg. p. 437.

In arenosis secus litora, frequens. ♃

Variat glabra et dense plerumque pubescens, praesertim in statu iuvenili.

### CCIX. CACHRYS Tourn. — Endl. Gen. n.° 4525.

**730.** Cachrys laevigata Lamck. — DC. Prodr. 4. p. 236. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 454. All. *auct. p.* 23.

Ic. C. semine fungoso laevi, foliis ferulaceis Garid. Aix fig. 113.

In alpibus Tendae, ex herb. H. Bot. Taurin. ♃

### SECTIO V.

### *CONTRACTAE* Moris Fl. sard. 2. p. 156. et 182.

### CCX. MOLOPOSPERMUM Koch — Endl. Gen. n.° 4510.

**751.** Molopospermum cicutarium DC. Prodr. 4. p. 230. (excl. A. Golaka) Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 473. — Ligusticum Peloponesiacum L. Sp. p. 360. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 14.

Ic. Cicutaria latifolia foetidissima Lob. Icon. p. 733.

In alpibus maritimis Prof. Gherardi. ♃

### CCXI. TROCHISCANTHES Koch — Endl. Gen. n.° 4439.

**752.** Trochiscanthes nodiflorus Koch — DC. Prodr. 4. p. 154. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 417. — Ligusticum nodiflorum Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 136. — Smyrnium nodiflorum All. *Fl. ped.* 2. *p.* 21.

Ic. All. l. c. tab. 72.

In sylvaticis Apennini et alpium maritimarum vulgo. ♃

### CCXII. PHYSOSPERMUM Cass. — Endl. Gen. n.° 4540.

**753.** Physospermum aquilegifolium Koch — DC. Prodr. 4. p. 246. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 295.

Ic. Danaa aquilegifolia All. Fl. ped. tab. 63.

In pascuis, sylvis collinis Liguriae universae, vulgatissimum. ♃

### CCXIII. CONIUM L. — Endl. Gen. n.° 4532.

**754.** Conium maculatum L. Sp. p. 349. — DC. Prodr. 4. p. 242. Moris Fl. sard. 2. p. 182. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 227. Turio *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. Cicuta Dod. Purg. p. 374.

In ruderatis ad pagos transapenninos frequentissimum Rosellini, Cambiaggi, locis iisdem in Liguria australiori hinc inde sed rarior. ♂ ;

Herba nunc foetidissima graveolens, nunc prorsus inodora, caeterum nulla diversitas.

CCXIV. PETROSELINUM Hoffm. — Endl. Gen. n.° 4394.

735. Petroselinum hortense Hoffm. — Moris Fl. sard. 2. p. 184. — P. sativum DC. Prodr. 4. p. 102. α. — Apium Petroselinum L. Sp. p. 379. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 257.

Ic. Apium hortense Dod. Pempt. p. 694.

In ruderatis et ad muros campestres hinc inde, sed verosimiliter ab hortis profugum. ♂

736. Petroselinum segetum Koch — DC. Prodr. 4. p. 102!

Ic. Sison segetum Jacqu. Fl. Vind. tab. 134. ex DC. l. c.

* luxurians, maius, caule striato farcto, a basi alterne ramoso, ramis axillaribus sensim remotioribus, foliolis foliorum imorum parvis, oblique late cordato-ovatis, acute inciso-serratis, dentibus mucronatis, caulinis mediis maioribus 8-9-iugis, pinnis subsessilibus, sessilibusque, oblique subcordato-ovatis, oblongisve, subinde pollicaribus, pinnati-partitis, pinnatifidisve, segmentis ovatis, acute dentatis, dentibus mucronatis, lobo extimo postice producto auriculaeformi, ovato, inciso-dentato, foliis superioribus sensim decrescentibus, mediis multo minoribus, caeterum divisione et forma iis subsimilibus.

Sison arvense Brot. Fl. lusit. 1. p. 424. n.° 4.

Speciem in cultis supra *Porto Maurizio* legit amiciss. M. D. Berti: β. in udis planitiei albingaunensis. ①

Varietas nostra typica exacte refert plantam gallicam a cell. Roffavier et Aunier benevole impertitam: varietas luxurians prima fronte species toto caelo diversa videretur, sed forma foliolorum radicalium subinde ut in α. De synonymo Fl. lusit. a me huc relato, vix mihi dubium superest, verba *lacinula infima foliolorum inferiori maiori auriculaeformi* satis clare identitatem cum planta nostra, in eodem loco aliunde mirum in modum variante, demonstrant. Segmenta haec foliolorum basilaria et inferiora dispositione eorum ferme referunt illa Athamantae Libanotidis.

CCXV. APIUM Hoffm. — Endl. Gen. n.° 4393.

737. Apium graveolens L. Sp. p. 379. α. DC. Prodr. 4. p. 101. α. Moris Fl. sard. 2. p. 186. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 258. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 19. Turio *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. Hook Brit. Fl. ed. 4. tab. 3. fig. 8. fruct. — A. palustre Chabr. Sciagr. p. 396. mala.

In paludosis et ad rivulos valde frequens in Liguriae maritimis. ♃

CCXVI. HELOSCIADIUM Koch — Endl. Gen. n.° 4397.

738. Helosciadium nodiflorum DC. Prodr. 4. p. 104. α. Moris Fl. sard. 2. p. 189. — Sium nodiflorum L. Sp. p. 361. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 275. et *Pl. genuens. p.* 139. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 27? Turio *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. S. aquaticum repens etc. Moris sect. 9. tab. 5. fig. 3.

In rivulis et aquis stagnantibus frequens. ♃

Occurrit in pinguioribus, saepe plagas latissimas invadens, altitudine 2-3-pedali, ramis digitum crassis, fistulosis, erectis, sed plerumque minus gracilius, et vulgo prostratum. Folia variant 2-3-iuga, petiolo basi explanata amplectente plus minusve dilatata, et margine subinde valde scariosa, foliolis ovatis, acutis, obtuse vel acutiuscule serratis, subinde incisis, terminali indiviso vel trifido. Umbellae 6-8-10-radiatae, pedunculo brevi, vel vaginam petioli aequante, vel pollicem longo; involucelli foliola variant pedicellis multo breviora, vel iis aequalia aut longiora.

CCXVII. SIUM DC. — Prodr. 4. p. 124.

739. Sium angustifolium L. Sp. p. 1672. DC. Prodr. 4. p. 125. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 276.

Ic. Engl. bot. tab. 139.

Secus rivulos et ad fossas in litoreis frequens. ♃

Planta pro loco valde varians.

CCXVIII. SISON Lag. — Endl. Gen. n.° 4402.

740. Sison Amomum L Sp. p. 362. DC. Prodr. 4. p. 110. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 281. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 26. Turio *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. Ammi Sii etc. Barrel. Icon. tab. 1190. bona.

In umbrosis ad sepes hinc inde frequens. ♂

CCXIX. CARUM Cesat. Mon. Umb. mss. et Mem. Umbell. in Bibl. ital. vol. 82.

741. Carum Carvi L. Sp. p. 378. DC. Prodr. 4. p. 115. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 307. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 360.

Ic. Carum Dod. Pempt. p. 299.

In alpibus maritimis et in apennini bobbiensis, clavarensis, savonensis pascuis, vulgatissimum. ♃

CCXX. BUNIUM L. — Moris Fl. sard. 2. p. 193. Cesati l. c.

712. Bunium Bulbocastanum Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 220. quod ad plantam Apennini ligustici. — B. minus All. *Fl. ped.* 2. *p.* 26.

Ic. Bolbocastanum Dod. Purg. p. 44.

In pascuis montanis passim. ♃

Stylopodia conoidea, styli reflexi: fructus oblongus a latere compressus depressusque, mericarpia iugis 5, 2 commissur.; valleculae striatae, ex quo trivittatae adparent, sed, ni fallor, vitta unica latiuscula in unaquaque vallecula.

B. Bulbocastanum Bertol. partim spectat ad B. alpinum W. et K.

713. Bunium flexuosum With. — Smith Engl. Fl. 2. p. 54. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 19.

Ic. Hook Brit. Fl. tab. 3. fig. 15. fruct.

In montibus nicaeensibus ex herb. H. R. B. Taurin. ♃

CCXXI. MEUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 4445.

714. Meum athamanticum Iacqu. — DC. Prodr. 4. p. 162. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 310. — Athamanta Meum L. Sp. p. 353.

Ic. Meum Dod. Purg. p. 478. bona.

In pascuis editis alpium maritimarum et Apennini, passim, Berti, Rev. De Negri. ♃

CCXXII. ATHAMANTA Koch — DC. Prodr. 4. p. 154.

715. Athamanta cretensis L. Sp. p. 352. DC. Prodr. l. c. — α. Libanotis cretensis All. *Fl. ped.* 2. *p.* 30. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 318.

Ic. Daucus cretensis Lob. Icon. p. 722.

In alpibus *di Frontero*, *Triora*, *Viossene* Traverso. ♃

CCXXIII. AEGOPODIUM L. — Endl. Gen. n.° 4405.

716. Aegopodium Podagraria L. Sp. p. 379. DC. Prodr. 4. p. 114. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 287. Turio *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. Podagraria germanica etc. Lob. Icon. p. 700.

* depauperatum, caule simplici vel vix a basi ramoso, ramis simplicibus

subaphyllis, foliis caulinis trifoliolatis vel summo simplici, foliolis ovatis, acuminatis, serratis, vel ovatis obtusiusculis obtuseque dentatis.

Ad sepes, locisque umbrosis, humidis, etiam in montanis, varietas in montibus *della Scaggia* supra *Pegli*. ♂

## CCXXIV. PIMPINELLA L. — Endl. Gen. n.° 4410.

**747.** Pimpinella Tragium Vill. Hist. dauph. 2. p. 606. DC. Prodr. 4. p. 121. α. β. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 269.

Ic. Tragium alterum Dioscoridis Columm. Phytob. ed. neap. p. 76. bona.

In Apennino genuensi *alle Capanne di Marcaruolo* Chiappori, in alveo torrentis *Sturla*, Savignone. ♃

In specimine a D. Chiappori amice impertito caulis, foliaque penitus glabra.

**748.** Pimpinella Saxifraga L. Sp. p. 378. DC. Prodr. 4. p. 120. α. β. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 263. — P. nigra Willd. Sp. 1. p. 1471.

Ic. P. saxifraga hircina etc. Barrel. Icon. tab. 738. errore hoc numero signata, in tabula praecedente sub hoc eodem numero prostat planta quaedam didynama.

In pascuis montanis apricis, passim. ♃

Varietates stirpis, perquam polymorphae, innumerae; occurrit palmaris, pedalis, bipedalisve, tota minute puberula canescens, et glabra, foliolis inferiorum foliorum subrotundis, cuneatis, parvis et maioribus e basi truncata late ovato-rotundatis, inciso dentatis, nonnumquam demum foliolis latitudine pollicaribus, subreniformibus.

**749.** Pimpinella magna L. Mant. II. ex Cod. Linn. n.° 2103. DC. Prodr. 4. p. 119. α. Bertol. *Fl. ital. p.* 262.

Ic. Saxifraga magna Dod. Pempt. p. 494.

In pascuis montanis supra *Dolcedo* in Liguria occidentali Berti, in alpibus albingaunensibus et in apenninis centralibus. ♃

Quas accepi sub hoc nomine ex apennino ligustico, pertinent ad varietates latifolias praecedentis. — Haec quoque multum variat, et luxuriat altitudine plusquam bipedali, foliolis foliorum inferiorum quasi bipollicaribus, late cordato-ovatis, grosse dentato-serratis. Caulis in exemplaribus collectionis meae minute sub lente puberulo-canescens, petioli glabri vel puberuli, foliola sub vitro minute ciliolata.

750. Pimpinella peregrina L. Mant. II. ex Cod. Linn. n.° 2105. Moris Fl. sard. 2. p. 195. DC. Prodr. 4. p. 121. α. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 257.

Ic. Visnaga minor quorumdam Chabr. Sciagr. p. 396. — Saxifraga rotundifolia etc. Barrel. Icon. tab. 242. rudis.

In agro albingaunensi et sarzanensi locis neglectis, ad sepes, frequens. ①

A reliquis fructu hispido prima fronte dignoscitur.

751. Pimpinella Anisum L. Sp. p. 399. DC. Prodr. 4. p. 122.

Ic. Anisum Lob. Icon. p. 721.

In pascuis secus torrentem *di Panigà*, supra *Sestri di Ponente.* ①

Caulis sub vitro pubescens, folia radicalia et inferiora cordato-rotundata, serrata. — Verosimiliter originis exoticae ut species complures Florae ligusticae, tamen in agro genuensi et vicinis, quod sciam, non colitur.

## CCXXV. TRINIA Hoffm. — Endl. Gen. n.° 4396.

752. Trinia vulgaris DC. Prodr. 4. p. 103. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 336. — Pimpinella dioica L.

Ic. Selinum montanum pumilum Clus. Hist. 2. p. 200.

In apricis, saxosisve collium et montium Liguriae australis, communis. ♃

Polymorpha, variat palmaris, pedalis et paullo ultra, divisa, sed, adnotante etiam cl. Bertolonio, monoica quoque occurrit. Fructus rotundus vel ovato-subrotundus, ellipticusve, sed stylopodiis depressis, nec conicis a T. elatiori Gaud., cui affinis, differt.

## CCXXVI. AMMI Tourn. — Endl. Gen. n.° 4404.

753. Ammi maius Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 252. Moris Fl. sard. 2. p. 201. Turio *Pl. clavar. p.* 11.

α. vulgare, foliolis inferioribus elliptico-oblongo-obovatove-lanceolatis, argute serratis, incisisve; superioribus sensim multo angustioribus, serratis.

Ammi maius L. Sp. p. 349. DC. Prodr. 4. p. 112.

Ic. A. vulgare Dod. Purg. p. 477. bene prae caeteris, quod ad folia inferiora.

β. glaucifolium, foliis omnibus bipinnatisectis, segmentis omnibus anguste linearibus, integris vel hinc inde dentatis.

Ammi glaucifolium DC. Prodr. 4. p. 112.

* Visnagaeforme, foliorum bitripinnatisectorum segmentis omnibus li-

neari-filiformibus aristulatis, supra canaliculatis, integris, caule flexuoso, patenterve ramoso, umbellis fructiferis patenti-radiatis.

Ammi intermedium DC. Prodr. 4. p. 113? sed obstant foliorum segmenta serrata.

** Selinoides, foliolis inferioribus bipinnatisectis, segmentis obovatis, parvis, cuneatisve dentatis, tridentatis, incisisve, superiorum magis elongatis, obverse lanceolatis, cuneatisve integris, dentatis, 2-3-fidisve.

Planta praesertim α. et β. vulgatissima in cultis totius Liguriae: varietas * occurrit in arvis ad Lunae portum: ** circa *Porto Maurizio* legit Berti. ①

Color in omnibus varietatibus plus minusve glaucus, caeterum omnes forma foliorum involucralium, quae variant pinnatifida bi-vel uniiuga, umbellarum, florum et fructuum structura apprime inter se conveniunt, et ad unam eamdemque speciem pertinere facile patet.

## CCXXVII. PTYCHOTIS Koch — Endl. Gen. n.° 4400.

754. Ptychotis heterophylla DC. Prodr. 4. p. 108. Moris Fl. sard. 2. p. 197! Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 304. — Carum Bunius L. Syst. — All. *Fl. ped.* 2. *p.* 25.

Ic. Iacqu. H. Vind. tab. 198. ex cit. auct.

In aridis ruderatis, vel in saxosis collium Liguriae occidentalis a Savona ad Nicaeam, etiam in montibus centralibus. ♂

## CCXXVIII. RIDOLFIA Moris in Ind. semin. H. R. Bot. Taur. 1841. et Fl. sard. 2. p. 212. Endl. Gen. supp. n.° 4413.

755. Ridolfia segetum Moris l. c. — Anethum segetum Urvill. — Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 343.

In alveo torrentis *Sturla* prope Genuam. ①

## CCXXIX. BUPLEURUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 4414.

756. Bupleurum tenuissimum L. Sp. p. 343. DC. Prodr. 3. p. 127. Moris Fl. sard. 2. p. 205. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 140. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 24.

Ic. B. tertium minimum etc. Barrel. Icon. tab. 1248. rudis. — Auricula leporis minima Chabr. Sciagr. p. 409.

In arvis collinis novensibus Rosellini. ①

757. Bupleurum Gerardi Iacqu. — DC. Prodr. 4. p. 128. Bertol. *Fl ital.* 3. *p.* 142. All. *Auct. p.* 25.

Ic. B. involucris et involucellis pentaphyllis etc. GERARD. Fl. gallopr. tab. 9. bona.

In Liguria occidua, secundum herbarium VIVIANII. ⓘ

758. Bupleurum iunceum L. Sp. p. 343. DC. Prodr. 4. p. 128. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 143. ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 24.

Ic. RCHB. Pl. crit. Cent. 2. tab. 166. fig. 297!

In pascuis aridis et arvis collinis, montanisque, frequens. ⓘ

759. Bupleurum aristatum DC. Prodr. 4. p. 209. MORIS Fl. sard. 2. p. 209! BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 146. *α.* — B. Odontites δ opacum CESATI. Mem. ombell. in Bibl. ital. v. 82.

Ic. Auricula leporis affinis CHABR. Sciagr. p. 409. rudis.

In pascuis Liguriae australis apricis, valde frequens. ⓘ

760. Bupleurum Odontites L. Sp. p. 342. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 145. GUSS. Fl. Sic. Syn. 1. p. 308. RCHB. *Fl. excurs. p.* 479.

Ic. B. Fontanesii GUSS. Pl. rar. p. 22. — RCHB. Pl. crit. tab. 310.

In alveo torrentis *Sturla* prope Genuam legit Pharmac. studiosus BERARDI. ⓘ

A praecedente optime distinguitur involucelli foliolis lanceolatis, 3-nerviis, nervo medio pinnatim venoso, margine et inter nervos, compagis tenuioris, membranaceis, diaphanis, umbellularum radiis inaequalibus, centrali reliquos superante. Adhuc varietas B. Odontites CESATI in Bibl. ital. v. 82. p. 12.

761. Bupleurum graminifolium VAHL. DC. Prodr. 4. p. 130. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 134. — B. petraeum ALL. *Auct. p.* 24. — B. incurvum BELLARD. *Append. in Act. Acad. scient. Taurin.* 1790. 1791. *p.* 223. — B. bicalyculatum BELLARD. *in Act. Acad. Taurin. an. X. XI.* 1. *p.* 448.

Ic. Sedum petraeum bupleurifolio flore virens PONA apud CLUS. Hist. 2. p. 347. — BELLARD. l. c. tab. 4. et tab. 2.

Ad rupes in alpibus maritimis, frequens. ♃

Icon VILLARSII Dauph. tab. 14. peior citata PONAE.

762. Bupleurum ranunculoides L. Sp. p. 342. DC. Prodr. 4. p. 131. *α. β.* BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 135. BERGAM. *Git. apenn. l. c. p.* 220. — B. caricifolium WILLD.

Ic. Pianta alpina di Corsica BOCC. Mus. tab. 107.

In pascuis aridis saxosisve montanis, in Apennino valde frequens. ♃

Versatilis species, ludit statura a pollice ad pedem, foliis radicalibus angustissimis, gramineis et lato-linearibus, caulinis, lanceolatis, oblongo-lanceolatis, ovatisve, vel caeteris conformibus; caule simplici vel ramoso, involucro 1-2-3-phyllo, foliolis radiis multo brevioribus ovatis, ovato-acuminatis, obovatisve vel linearibus, uno alterove umbellam superante; umbellae radiis 5 vel pluribus, saepius inaequalibus, quandoque radiis aliquot iterum umbelliferis; umbellulis quandoque longe pedicellatis, solitariis e foliorum inferiorum axilla, involucelli foliolis demum umbellulam aequantibus superantibusque, anguste-lanceolatis, lanceolatis, obovatisve. Raro in eadem plaga inveniuntur specimina inter se omnibus partibus similia!

**763. Bupleurum neglectum** Cesati *Mem. ombell. in Bibl. ital. tom.* 82.

In montibus Tendae, ubi cum cl. et amiciss. Cesati legi iul. 1839. In alpibus maritimis Traverso. ♃

Habitu accedit ad **iunceum**, sed radice perenni, umbellis 7-8-radiatis abunde differt.

**764. Bupleurum protractum** Link — DC. Prodr. 4. p. 129. Moris Fl. sard. 2. p. 204! Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 132. Avé Lallem. *de quibus. pl. ital. p.* 12.

Ic. Rchb. Pl. crit. tab. 824.

In agris passim, nec desideratur in montanis cisapenninis. ①

Polymorphum, sed facile a **rotundifolio** fructibus grosse granulato-scabris dignoscitur.

**765. Bupleurum protractum, Savignonii** DNtrs Herb.

In alveo torrentis *Sturlae* prope Genuam legit Ch. D. Savignone. ①

Caulis pedalis e basi flexuosa erectus, ut et tota planta glaberrimus, superiora versus dichotome ramosus, ramis divaricato-patulis. Folia omnia perfoliata ovato-utrinque rotundata, coriacea integerrima, margine late cartilagineo cincta, apice mucronulata, tenuiter 15-20-nervia, nervis radiantibus sursum incurvatis, ante folii marginem invicem anastomosantibus ut in foliis **Myrtacearum**. Folia ramea caulinis similia, sed minora et sursum sensim decrescentia. Umbellae terminales altiuscule pedunculatae, 5-6 radiatae, radiis 5-8 millimetra longitud. aequantibus, involucro nullo; umbellulae multiflorae, pedicellis 2-3 millimetr. longitud., involucelli foliolis 5 inaequalibus, exterioribus 3 obovato-acuminulatis, cartilagineo-marginatis

3-5 nerviis, nervis subsimplicibus, lateralibus, a basi ad tertiam partem cum medio connatis, umbellam florentem vix aequantibus, fructifera accrescendo longioribus, interioribus plerumque binis, liberis, anguste lanceolato-acuminatis, uninerviis, pedicellos fructiferos vix aequantibus. Fructus ovatus apice truncatus, a latere compressus, stylopodio orbiculato, depresso, margine membranaceo, stylisque brevibus divergenti-depressis coronatus. Carpella acute dorso 3-iugo carinata, iugis lateralibus commissuralibus. Valleculae depressae subcanaliculatae, evittatae? una cum facie commissurali irregulariter elevato-rugosae, fere spongiosae, carpophori ramis liberis tenuissime filiformibus.

766. **Bupleurum rotundifolium** L. Sp. p. 340. DC. Prodr. 4. p. 129. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 130. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 22. ex cl. Moris. Turio *Pl. clavar. p.* 11?

Ic. **Perfoliatum vulgatius, flore luteo** etc. Lob. Ic. p. 396.

In cultis circa Genuam, sed B. protracto minus frequens; in montanis *Antola* Berti, Chiapperi. ①

Synonymon Turii forte ad B. protractum pro maxima parte, nisi ex integro, spectat.

SECTIO VI.

*ORBISECTILES* Moris Fl. sard. 2. p. 158. 214.

## CCXXX. ASTRANTIA Tourn. — Endl. Gen. n.° 4384.

767. **Astrantia maior** L. Sp. p. 339. DC. Prodr. 4. p. 86. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 124.

Ic. **Veratrum nigrum** Dod. Purg. p. 194. rudis ob involucelli foliola nimis brevia.

In pascuis montanis vulgaris. ♃

768. **Astrantia minor** L. Sp. p. 340. (excl. Syn. Boccon.) DC. Prodr. 4. p. 86. (excl. eod. Synon.) Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 127.

Ic. Lamck. Ill. tab. 191. fig. 2.

In pascuis montanis *al Sassello*, et in alpibus maritimis Traverso. ♃

### CCXXXI. FOENICULUM ADANS — ENDL. Gen. n.° 4425.

**769.** Foeniculum officinale ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 25. MORIS Fl. sard. 2. p. 214. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 339. — F. vulgare DC. Prodr. 4. p. 142. — Anethum Foeniculum TURIO *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. Foeniculum S. Marathrum etc. LOB. Ic. p. 775.

Ad muros vetustos, in reiectamentis hortorum, torrentium alveo, frequens. ♃

**770.** Foeniculum piperitum DC. Prodr. 4. p. 142. MORIS Fl. sard. 2. p. 215. — F. piperatum BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 342. et *Amoen. p.* 21. sub Anetho.

In ruderatis et pascuis sterilibus, Nicaeae, *Porto Maurizio* etc. CESATI, BERTI. ♃

Statim dignoscitur a F. officinali laciniis foliorum superiorum brevissimis crassis.

### CCXXXII. CRITHMUM TOURN. — ENDL. Gen. n.° 4449.

**771.** Crithmum maritimum L. Sp. p. 354. MORIS Fl. sard. 2. p. 216. DC. Prodr. 4. p. 164. α. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 333. ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 27. TURIO *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. Foeniculum marinum LOB. Ic. p. 392.

Ad rupes, muros, in maritimis passim. ♃

### CCXXXIII. AETHUSA L. — ENDL. Gen. n.° 4424.

**772.** Aethusa Cynapium L. Sp. p. 367. DC. Prodr. 4. p. 141. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 225. TURIO *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. Cicutaria fatua LOB. Icon. 2. p. 280.

In cultis frequens. ①

### CCXXXIV. CNIDIUM CUSS. — ENDL. Gen. n.° 4436.

**773.** Cnidium apioides SPR. DC. Prodr. 4. p. 152. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 351. — Ligusticum apioides LAMCK.

Ic. Pyrethrum alterum LOB. Icon. p. 775. bona. — L. cicutaefolium VILL. Dauph. tab. 15. prior.

In pascuis montanis, hinc inde, frequens. ♃

## CCXXXV. SESELI L. — Endl. Gen. n.° 4430.

774. Seseli tortuosum L. Sp. p. 373. DC. Prodr. 4. p. 147. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 326. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 20.

In collinis et montanis Liguriae occiduae frequens Berti, in litore lunensi. ♃

775. Seseli montanum L. Sp. p. 372. DC. Prodr. 4. p. 147. γ. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 325. (excl. icon. Vaill.)

Ic. Daucus glaucofolio etc. Chabr. Sciagr. p. 389. rudior, foliolis nimis latis.

In collibus Liguriae occiduae aridioribus, valde frequens a Savona ad Nicaeam usque. ♃

Planta polymorpha.

Icon Vaill. tab. 5. fig. 2. a cl. Bertol. ad hanc speciem pro errore citata, exhibet plantam a nostra valde diversam, et revera a cl. Bertolonio ad Selinum carvifolium quoque citatur.

776. Seseli coloratum Ehrh — DC. Prodr. 4. p. 147. α. — S. annuum Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 329. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 20.

Ic. Foeniculum sylvestre annuum etc. Vaill. Bot. paris. tab. 9. fig. 4.

In collibus aridis et calidioribus Liguriae occidentalis Badarò, ex herb. Vivianii. ♂

## CCXXXVI. OENANTHE Lamck — Endl. Gen. n.° 4418.

777. Oenanthe Phellandrium Lamck — DC. Prodr. 4. p. 138. — Phellandrium aquaticum L. Sp. p. 366. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 229.

Ic. Cicutaria palustris Lob. Icon. p. 735.

In palustribus agri sarzanensis herb. Vivianii. ♂

778. Oenanthe pimpinelloides L. Sp. p. 366. Moris Fl. sard. 2. p. 224. DC. Prodr. 4. p. 137. α. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 236.

Ic. Oe. sive Filipendula monspessulana Chabr. Sciagr. p. 407. satis bona.

* Peucedanoides, foliis inferioribus bipinnatis, segmentis omnibus linearibus, superioribus multo brevioribus.

In pascuis udis, in sylvis opacis, in litoreis collinisque copiosissima. ♃

Varietas in udis secus Porciferam legit M. D. Berti.

In varietate fructus omnino ut in $\alpha$, caules aeque fistulosi, umbellae involucratae, nec aliter differt quam foliis inferioribus.

**779.** Oenanthe Lachenalii Gmel. — DC. Prodr. 4. p. 136. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 239.

Ic. Gmel. Fl. bad. 4.

In pascuis udis agri lunensis copiosissima Rosellini, Traverso. ♃

In permultis exemplaribus nostris umbellae utplurimum involucratae, foliorum segmentis linearibus angustis, numero et longitudine in quoque folio variis.

**780.** Oenanthe silaifolia M. B. — DC. Prodr. 4. p. 137. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 241.

Ic. Oe. peucedanifolia Smith. Engl. bot. tab. 348.

In udis supra *Porto Maurizio* Berti, Genuae ad rivulos, et secus litora utriusque Liguriae hinc inde. ♃

### CCXXXVII. BRIGNOLIA Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 298. Moris Fl. sard. 2. p. 227.

**781.** Brignolia pastinacaefolia Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 298. Moris Fl. sard. l. c. — Kundmannia sicula DC. Prodr. 4. p. 143. non Scopol. — Sium siculum L. Sp. p. 362.

Ic. Dauco con foglia di pastinaca siciliano Zann. ed. Mont. tab. 128.

In pascuis collium *di Pegli* Lig. occid. nil vulgatius. ♃

Cf. Bertol. l. c. quod ad K. siculam Scopolii, quae videtur planta ab hac valde diversa.

## SECTIO VII.

## *PYRAMIDATAE* Moris Fl. sard. 2. p. 158. et 229.

### CCXXXVIII. MYRRHIS Scopol. — Endl. Gen. n.° 4513.

**782.** Myrrhis odorata Scopol. Fl. carn. ed. 2. 1. p. 207. DC. Prodr. 4. p. 231. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 207. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 28. — Scandix odorata L. Sp. p. 368.

Ic. Myrrhis Lob. Icon. p. 734.

In sylvaticis alpium maritimarum M. D. Berti, Traverso. ♃

## CCXXXIX. CHAEROPHYLLUM L. — Endl. Gen. n.° 4506. Moris Fl. sard. 2. p. 229.

**783.** Chaerophyllum temulum L. Sp. p. 370. DC. Prodr. 4. p. 226. — Myrrhis temulenta Sm. Engl. Fl. 2. p. 51. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 213. Ic. Engl. bot. tab. 1521.

Ad sepes, locis umbrosis neglectis, sylvaticisve frequens, etiam in montanis. ♃

Huc forte Ch. sylvestre Turio *Pl. clavar. p.* 11. ex loco, ex eo quod Ch. temulum vulgatissimum quoque et praesertim in sylvis ad Entellam prope *Chiavari*, in Elencho Turii omissum est.

**784.** Chaerophyllum Cicutaria Vill. Fl. dauph. 2. p. 644. — Anthriscus Cicutaria Duby Bot. gall. 1. p. 239. DC. Prodr. 4. p. 223.

In umbrosis sylvaticisque alpium maritimarum agro nicaeensi conterminarum ♃

**785.** Chaerophyllum calabricum Guss. fide spec. eiusd. herb. Cesati! DC. Prodr. 4. p. 227.

In sylva *di Rezzo* alpium maritimarum detexit egregius M. D. Berti. ♃

Planta spectabilis, facie fere Aegopodii Podagrariae. Caulis fistulosus, pubescens, scabriusculus, folia radicalia caulinaque inferiora biternata, adpresse puberula; foliola lateralia, e basi obliqua, obovato-oblonga, vix acuta, grosse inciso-dentata, vel basi subpinnatifida, segmentis latis, ovatis inferiore extrorsum maiore, terminale profunde trilobum, trisectumve, segmentis lateralibus oblongo-ellipticis, decurrentibus, medioque cuneato-rhombeo, inciso-dentatis, subacutis, petiolis pubescentibus hirsutisve. Folia caulium superiora sessilia vagina brevi dilatata hirsuta, simpliciter ternata, foliolis plerumque trilobis trisectisve. Umbellae pluri-radiatae, radiis longis, inaequalibus, involucratae, involucri foliolis paucis, lanceolatis desiduis; involucella e foliolis lanceolato-acuminatis, membranaceis, margine villoso ciliatis, reflexis, umbellulam subaequantibus. Petala ciliolata in sicco saltem rosea, fructus apice attenuatus, stylis rigidis, divergentibus, stylopodio duplo longioribus, Carpophorum bipartitum pubescens.

Planta affinis Chaerophyllo hirsuto, maxime ob petala ciliata, sed forma foliorum et Carpophori ab eo, meo quidem iudicio, satis diversa.

786. Chaerophyllum hirsutum L. Sp. p. 371. DC. Prodr. 4. p. 227. *α.* Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 144. — C. bulbosum Balb. et Nocc. *Fl. ticin. l. c.* non L. ex Balb. apud R. et S. Syst. 6. p. 511. — Myrrhis hirsuta Spr. — Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 211. *α.*
Ic. Iacqu. Fl. austr. tab. 148.
In monte *Antola* M. D. Berti, in Apenninis clavarensibus Traverso. ♃

787. Chaerophyllum aureum L. Sp. p. 370. DC. Prodr. 4. p. 226. — Myrrhis aurea Spr. — Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 208.
Ic. Myrrhis altera parva Lob. Icon. p. 734.
In sylvaticis Apennini bobbiensis Cesati, Savignone, in alpibus maritimis Berti, et ex herb. Viviani, ubi pro Myrrhide odorata. ♃
Variat glabrum vel plus minusve pubescens.

### CCXL. ANTHRISCUS Hoffm. — Endl. Gen. n.° 4505.

788. Anthriscus sylvestris Hoffm. — DC. Prodr. 4. p. 223. — Chaerophyllum sylvestre L. Sp. p. 396. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 204.
Ic. Engl. bot. tab. 752.
In sylvis montanis *di Rezzo,* Liguriae occiduae Berti. ♃

### CCXLI. SCANDIX Gaertn. — Endl. Gen. n.° 4504.

789. Scandix Pecten Veneris L. Sp. p. 368. DC. Prodr. 4. p. 221. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 199. et *Pl. genuens. p.* 139. Turio *Pl. clavar.* p. 11. — S. australis Bertol. *Pl. gen. ed. I. ex Fl. ital. l. c.*
Ic. Scandix Dod. Purg. p. 501.
In arvis passim. ①

## SECTIO VIII.

## *ANNULATAE* Moris Fl. sard. 2. p. 159. 238.

### CCXLII. TORDYLIUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 4482.

790. Tordylium maximum L. Sp. p. 345. DC. Prodr. 4. p. 198. Moris Fl. sard. 2. p. 239. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 442.
Ic. Caucalis maior, semine minus pulchro, hirsuto Chabr. Sciagr. p. 395.
In sterilibus et ad sepes in agro lunensi, in agro novensi Rosellini, in montanis supra Savonam etc. ①

791. Tordylium apulum L. Sp. p. 345. DC. Prodr. 4. p. 198. Moris Fl. sard. 2. p. 240. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 446.

Ic. Desf. Fl. atl. tab. 58.

In cultis circa *S. Remo* Liguriae occiduae, secundum exemplaria herbarii Vivianii sub nomine T. lusitanici. ①

## CCXLIII. KRUBERA Hoffm. — Endl. Gen. n.° 4450.

792. Krubera leptophylla Hoffm. — DC. Prodr. 4. p. 199. Moris Fl. sard. 2. p. 242. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 448.

Ic. Conium dichotomum Desf. Fl. atl. tab. 66.

Genuae in pascuis extra portam *S Bartolomeo.* ①. Forte originis exoticae.

## CCXLIV. FERULA Tourn. — Endl. Gen. n.° 4459.

793. Ferula nodiflora β. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 372. Moris Fl. sard. 2. p. 243. — F. communis Viv. *Fl. lyb. spec. p.* 16. *in Observ.*

Ic. F. folio Foeniculi, semine latiore et rotundiore Chabr. Sciagr. p. 388. rudis.

In insula *Gallinara*, ubi primum observata est a cl. Prof. Sassi, et in insula *Bergezzi* prope *Noli* legit M. D. Berti. ♃

794. Ferula Ferulago L. Sp. p. 356. DC. Prodr. 4. p. 171. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 375. — F. nodiflora Jacqu. — All. *Fl. ped.* 2. *p.* 5. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 134. Bertol. *Pl. genuens. p.* 138.

Ic. Galbanifera Ferula Lob. Icon. p. 779.

In pascuis praesertim collinis, ubique frequens. ♃

In montanis plerumque humilior, subinde nana vix pedem alta.

## CCXLV. OPOPANAX Koch — Endl. Gen. n.° 4458.

795. Opopanax Chironium Koch — Moris Fl. sard. 2. p. 246. DC. Prodr. 4. p. 170. — Pastinaca Opopanax L. Sp. p. 376. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 439. All. *Fl. ped.* 2. p. 4.

Ic. Panax altera Lob. Icon. p. 702.

In pascuis montanis supra Genuam, *Creto*, *Fasce*, alibique, et in convallibus alpium maritimarum. ♃

## CCXLVI. PASTINACA Tourn. — Endl. Gen. n.° 4473.

**796.** Pastinaca sativa L. Sp. p. 376. DC. Prodr. 4. p. 188. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 436. (excl. var. β.) Turio *Pl. clavar. p.* 11.
Ic. P. latifolia sylvestris Dod. Pempt. p. 680.
In pascuis et in arvis hinc inde. ♃
Variat pubescens et glabra: in pinguibus, omnibus partibus, luxuriat.

**797.** Pastinaca latifolia DC. Mém. — et Prodr. 4. p. 189. — P. opaca Koch Syn. p. 307. — P. sativa β. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 437.
In sterilibus ad Portum Mauritium. ♃
Fructus omnino similes illis P. sativae, sed quidquam minores; ab ea tamen distinguitur habitu laxiore, caule vix striato, nec sulcato! undique ramis, pedunculisque minute puberulis. Folia apud nos vix pubescentia, quo varietates α. et β. DC. confluere videntur.

## CCXLVII. HERACLEUM L. — Endl. Gen. n.° 4477.

**798.** Heracleum Sphondylium L. Sp. p. 258. DC. Prodr. 4. p. 192. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 428.
Ic. Sphondylium vulgare, foliis acute incisis Barrel. Icon. p. 56.
In pascuis Apenninorum Liguriae orientalis vulgaris. ♃

**799.** Heracleum Panaces L. Sp. p. 358. ex parte. DC. Prodr. 4. p. 193. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 431.
Ic. Sphondylium alterum Dod. Purg. p. 491.
In sylvaticis Apennini et alpium maritimarum. ♃
In omnibus exemplaribus a me observatis folia uniiuga pinnata, foliolis vero variis magnitudine et divisione, caulis hirsutus vel superne glaber. In unico specimine ex montibus supra *Dolcedo* ab optimo D. Berti allato, folium radicale, simplex, circumscriptione semicirculare cordatum, profunde trilobum. Audit apud nonnullos nomine H. flavescentis.

**800.** Heracleum flavescens Bess. — Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 428.
Ic. Jacqu. Fl. austr. tab. 173. pl. luxurians.
In pascuis alpium maritimarum et Apennini. ♃

CCXLVIII. PEUCEDANUM L. — ENDL. Gen. n.° 4462.

801. Peucedanum officinale L. Sp. p. 353. DC. Prodr. 4. p. 177. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 345. et *Pl. genuens. p.* 137. ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 5. — P. italicum RCHB.

Ic. Peucedanum DOD. Purg. p. 480.

In pascuis collium maritimorum, valde frequens. ♃

Variat pygmaeum, omnibus partibus diminutis vix pedale.

802. Peucedanum Chabraei KOCH Syn. p. 303. — Palimbia Chabraei DC. Prodr. 4. p. 176. α. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 354. — Selinum Chabraei IACQU. ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 9. BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 1. *p.* 132. — P. minus ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 6.

Ic. CRANTZ Stirp. austr. fasc. 2. tab. 3. fig. 2.

In pascuis editis apenninorum bobbiensium D. SAVIGNONE, clavarensium TRAVERSO. ♃

803. Peucedanum Cervaria CUSS. — DC. Prodr. 4. p. 180. α. β. — Athamantha Cervaria L. Sp. p. 352. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 137. — A. latifolia VIVIAN. *Ann. bot.* 2. *p.* 165. et *Fl. ital. fragm. ed.* 2. *p.* 18. TURIO *Pl. clavar. p.* 11. — Selinum Cervaria L. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 365.

Ic. VIVIAN. fragm. tab. 22.

In pascuis collium ubique. ♃

804. Peucedanum Oreoselinum CUSS. DC. Prodr. 4. p. 180. α. — Athamantha Oreoselinum L. Sp. p. 352. – Selinum Oreoselinum SCOPOL. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 362.

Ic. Oreoselinum sive Petroselinum LOB. Icon. p. 707.

In pascuis et sylvaticis collinis, montanisque. ♃

805. Peucedanum venetum KOCH Syn. p. 305. — P. alsaticum DC. Prodr. 4. p. 179. β. — Selinum venetum SPR. — BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 360. — S. austriacum BERTOL. *Pl. genuens. p.* 137. excl. Syn. TURIO *Pl. clavar. p.* 11.

In pascuis collinis frequens. ♃

An huc forte Ligusticum LOB. Advers. p. 316?

806. Peucedanum Ostruthium KOCH Umbell. — Imperatoria Ostruthium L. Sp. p. 372. DC. Prodr. 4. p. 183. α. β. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 420. — I. triternata VIV. in litt. ex DC. l. c.

Ic. Lamck. Ill. tab. 199. fig 1.

In umbrosis, pascuisve udis Apennini Liguriae orientalis pluribus locis, et in alpibus albingaunensibus Traverso. ♃

807. Peucedanum imperatoriodes Link. — Imperatoria angustifolia Bellard. *Stirp. nov. p.* 449. DC. Prodr. 4. p. 183. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 422.

Ic. Bell. l. c. tab. 3.

In pascuis montium Tendae, ex specimine communicato a cl. equite Morisio. ♃

808. Peucedanum verticillare Koch — DC. Prodr. 4. p. 181. Koch Syn. p. 338. — Angelica verticillaris L. — Tommasinia verticillaris Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 415.

Ic. Iacqu. H. vindob. tab. 130.

In sylvaticis Liguriae novensis supra *Serravalle* Cambiaggi. ♃

CCXLIX. ANGELICA Hoffm. — Endl. Gen. n.° 4456.

809. Angelica sylvestris L. Sp. p. 361. DC. Prodr. 4. p. 169. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 412. β. Turio *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. Dod. Pempt. p. 318.

Ad rivulos et fossas, locisque humentibus, praesertim in montanis. ♃

810. Angelica montana Schleich. — DC. Prodr. 4. p. 167. — A. sylvestris Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 412. α. — A. Razulii All. non Gouan.

In montibus *di Garezzo* Berti. ♃

Differt a praecedente foliolis pinnarum extimis medio saepe coniunctis, in petiolum decurrentibus, statura maiore.

SECTIO IX.

*ALATAE* Moris Fl. sard. 2. p. 160. et 247.

CCL. LASERPITIUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 4492.

811. Laserpitium latifolium L. Sp. p. 356. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 404. Bald. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 135. 357. — L. asperum Crantz Stirp. austr. fasc. 3. p. 54. DC. Prodr. 4. p. 204.

Ic. Libanotis Theophrasti etc. Lob. Icon p. 704.

In apennino genuensi Chiappori et Viviani, in alpibus maritimis, frequens. ♃

812. Laserpitium Siler L. Sp. p. 357. DC. Prodr. 4. p. 205. (excl. Ligustico garganico) Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 397. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 135.

Ic. Siler montanum Dod. Purg. p. 484. bona.

Ad rupes in monte *del Gazzo* supra *Sestri di Ponente*, et in alpibus maritimis. ♃

813. Laserpitium gallicum L. Sp. p. 357. DC. Prodr. 4. p. 205. Moris Fl. sard. 2. p. 251. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 394. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 11. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 133.

Ic. Garid. Aix tab. 35. segment. folior. dilatat.

In Apennino bobbiensi et in alpibus maritimis frequens, Cesati, Berti. ♃

## SECTIO X.

### *ARMATAE* Moris Fl. sard. 2. p. 160. et 253.

### CCLI. DAUCUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 4497.

814. Daucus gummifer Lamck. — Moris Fl. sard. 2. p. 254. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 170. *et Pl. genuens. p.* 136. Turio *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. Pastinaca tenuifolia lucida gummi manans Bocc. mus. tab. 20.

Ad rupes et muros secus litora hinc inde, copiosissimus Genuae l. d. *la Cava*. ♂, interdum ♄

Variat caule subglabro, tuberculato-scabro, sed plerumque plus minusve scabro, striguloso, setis deflexis; foliis itidem hirsutis aut glabratis, plus minus amplis. — Umbellae radiis numerosissimis, demum rigidis, involucro plerumque multo longioribus. In foliis superioribus pro petiolo vagina ampla, apice utrinque cum petiolulo pinnarum inferiorum connata, ex quo pinnulae basilares ex auriculis vaginae ortum ducere videntur. Aculei fructus variant, observante etiam cl. Morisio l. c., diametro transverso fructus paullo vel quadruplo breviores.

Daucum hispanicum All. *Fl. ped.* 2. *p.* 31. huc ducendum esse censet cl. Moris. cf. Fl. sard. l. c.

**815.** Daucus Gingidium L. Sp. p. 348. DC. Prodr. 4. p. 211. Moris Fl. sard. 2. p. 256. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 164. excl. var. δ.

Ic. D. hispidus Desf. Fl. atl. tab. 63. ex cl. Moris.

In maritimis litoris orientalis, ad Spediam, in *Palmaria*, prope *Rapallo* etc. ♃

Variat quamplurimum statura 1, 2, 3-pedali, glaber vel plus minusve scabrido-hirtus, petiolisque ad iugamenta pinnarum pilosis.

**816.** Daucus Carota L. Sp. p. 348. DC. Prodr. 4. p. 211. Moris Fl. sard. 2. p. 259. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 156. *et Pl. genuens. p.* 136. Turio *Pl. clavar. p.* 11. — D. mauritanicus All. *Fl. ped.* 2. *p.* 31. ex Diagn. cl. Morisii. Turio *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 61.

In versuris agrorum, agris, pascuis sterilibus, frequens. ♂

Polymorphus variat statura a spithama ad orgyam, caule e basi simplici erecto, vix aut valde ramoso, vel diffuso, hispidus, aut omnino glaber. Prae caeteris notatu dignae videntur sequentes formae: 1° elatus foliolorum laciniis angustis, lineari-cuneatis, incisis, pinnatifidisve, sursum sensim angustioribus, supremisque angustissimis acuminato-aristatis, subglabris, involucri foliorum laciniis subulato-aristatis; 2.° monstrosus, fructibus elongato-linearibus, sulcatis, glabris, setulosove muricatis, stylis in foliolum subulatum fructus longitud. subaequantibus, mutatis, glabris, setulosisve. — An Ammi daucoides Salzm. in DC. Prodr. 4. p. 113? — Curiosissimam hanc formam in agris Liguriae transapenninae detexit amiciss. D. Rosellini.

**817.** Daucus muricatus L. Sp. p. 349. α. excl. Syn. — Moris Fl. sard. 2. p. 261. DC. Prodr. 4. p. 210. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 173.

Ic. Caucalis maior daucoides etc. Hermann. Parad. bat. p. 111. ex Auct. cit.

In pascuis extra portam *S. Bartolomeo*, Genuae. ①

Probabiliter originis exoticae, cum frumento advectus. — Planta speciosa, siccata flavicans, recens sauciata gummi fundit ut in D. gummifero.

**818.** Daucus pubescens Koch — DC. Prodr. 4. p. 210. α?

In sterilibus circa *Porto Maurizio* legit Hortulanus Horti Botanici Traverso. ①

Caulis diffusus, ramis longitudine spithameis vel bipedalibus, strigulosis, subdichotome ramosis, folia superiora simpliciter pinnata, foliolis pinnatifidis, laciniis cuneatis, 2-3-dentatis, appresse setulosis. Involucri foliola trifida, laciniis angustis, umbella pauci-radiata brevioribus, radiis erectis scabris. Fructus subellipticus, aculeis computatis 8-9 millimetra longitudine aequans; iuga secundaria ob aculeos apice stellato-glochidiatos, basi late confluentes, alata, aculeorum parte libera fructus aequante; iuga primaria filiformia, distiche setulosa, commissuralia unifariam setulosa.

Fructus structura valde similis D. gracili STEINH. Ann. scienc. nat. 9. tab. 8, sed in nostro aculei multo breviores et insuper foliis diversissimum.

CCLII. ORLAYA HOFFM. — ENDL. Gen. n.° 4496.

**819.** Orlaya grandiflora HOFFM. — DC. Prodr. 4. p. 209. — Caucalis grandiflora L. Sp. p. 346. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 177.

Ic. Caucalis albis floribus LOB. Ic. p. 728.

In arvis tum in montanis, cum in maritimis, hinc inde frequens. (1)

**820.** Orlaya Platycarpos KOCH — DC. Prodr. 4. p. 209 MORIS Fl. sard. 2. p. 265. — Caucalis Platycarpos L. Sp. p. 347. BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 181.

Ic. Echinophora altera aspera COLUMN. Ecphr. p. 94.

In olivetis circa *Porto Maurizio*, Uneliae BERTI, Niceae CESATI. (1)

**821.** Orlaya maritima KOCH. — DC. Prodr. 4. p. 209. MORIS Fl. sard. 2. p. 261. — Caucalis pumila GOUAN. — BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 183. — C. maritima ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 32.

Ic. C. involucro universali diphyllo etc. GERARD. Fl. gallo-provinc. p. 237. tab. 10.

In arenosis maritimis, ad Spediam, Savonae, Albingaumi, Nicaeae valde frequens. (1).

CCLIII. TURGENIA HOFFM. — ENDL. Gen. n.° 4502.

**822.** Turgenia latifolia HOFFM. — DC. Prodr. 4. p. 218. MORIS Fl. sard. 2. p. 267. — Caucalis latifolia L. — BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 183. ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 32.

Ic. C. arvensis echinata latifolia GARID. Aix tab. 22. mediocris.

In agris novensibus frequens, ROSELLINI, SAVIGNONE, CAMBIAGGI. (1)

## CCLIV. CAUCALIS L. — Endl. Gen. n.° 786.

823. Caucalis daucoides L. Mant. non spec. ex DC. Prodr. 4. p. 216. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 178.
Ic. Echinophora tertia, leptophyllon, purpurea Columm. Ecphr. p. 97.
In arvis et locis sterilibus, saepe in torrentium alveo, tum in maritimis, cum in transapenninis hinc inde frequens. ①

824. Caucalis leptophylla L. Sp. p. 347. DC. Prodr. 4. p. 216. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 180. Balb. *Misc. bot. p.* 16.
Ic. Jacqu. H. Vind. tab. 195.
In agro nicaeensi ex herb. H. Bot. Taurin. ①

## CCLV. TORILIS Adans — Endl. Gen. n.° 4503.

825. Torilis nodosa Gaertn — DC. Prodr. 4. p. 219. Moris Fl. sard. 2. p. 270. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 189. — Caucalis nodosa Huds. non All. — C. nodiflora All. *Fl. ped.* 2. *p.* 32.
Ic. Engl. bot. tab. 199.
Ad margines viarum, ad domos in ipsa urbe, in pascuis aridis, arenosis maritimis ubique vulgatissima. ①
Variat caulibus diffusis, prostratis, erectisve, umbellis breve pedunculatis, sessilibusve, inferiorum interdum pedunculo pollicari, fructu aculeato, vel tantum muricato.

826. Torilis infesta Sm. Engl. Fl. 2. p. 43. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 187. α. — T. helvetica DC. Prodr. 4. p. 219. — Caucalis Anthriscus Turio *Pl. clavar. p.* 11.
Ic. Engl. bot. tab. 1314.
In sterilibus passim. ①
Ad Entellam prope *Chiavari*, legi huiusce varietatem magis luxuriantem, ex loco humido, pingui, nec veram T. anthriscum, ex quo synonymon Turii huc ducendum esse mihi visum est.

827. Torilis heterophylla Guss. Fl. sic. syn. 1. p. 338. Koch Syn. ed. 2. p. 345. DC. Prodr. 4. p. 218.
In arvis sterilibus et in alveo torrentium frequens. ①
Differt a praecedente floribus minutissimis, saepe rubentibus, foliis superioribus ternatis, foliolo terminali valde elongato, simplicibusque.

## XLV. ARALIACEAE Juss.

### CCLVI. ADOXA L. — Endl. Gen. n.° 4550.

828. Adoxa Moschatellina L. Sp. p. 257. DC. Prodr. 4. p. 252. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 394. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 187. 374.
Ic. Minimus ranunculus septentrionalium Lob. Icon. p. 674.
In sylvaticis Apennini bobbiensis Berti. ♃

### CCLVII. HEDERA L. — Endl. Gen. n.° 4560.

829. Hedera Helix L. Sp. p. 292. DC. Prodr. 4. p. 261. *α.* Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 686. Turio *Pl. clavar. p.* 10.
Ic. Hedera Dod. Purg. p. 268.
Ad muros vetustos, rupes, truncos arborum passim. ♄

---

## XLVI. CORNEAE DC.

### CCLVIII. CORNUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 4574.

830. Cornus Mas L. Sp. p. 171. DC. Prodr. 4. p. 273. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 195.
Ic. Cornus Lob. Icon. 2. p. 169.
In collibus supra *Sestri Ponente* Rosellini, in Apennino l. d. *Tonno* Berti, in Apennino clavarensi, in collinis agri novensis Rev. De Negri. ♄

831. Cornus sanguinea L. Sp. p. 171. DC. Prodr. 4. p. 272. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 196 *et Pl. genuens. p.* 129. Turio *Pl. clavar. p.* 8.
Ic. Cornus foemina Lob. Icon. 2. p. 169.
In dumetis et ad sepes vulgaris. ♄

---

## XLVII. LORANTHACEAE Don.

### CCLIX. VISCUM L. — Endl. Gen. n.° 4584.

832. Viscum album L. Sp. p. 1451. DC. Prodr. 4. p. 278. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 226.
Ic. Viscum Lob. Icon. p. 636.
In Apennino genuensi, in pomariis ad arborum truncos, pluribus locis Berti. ♄

## XLVIII. CAPRIFOLIACEAE Iuss.

### CCLX. SAMBUCUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 3341.

**833.** Sambucus nigra L. Sp. p. 385. DC. Prodr. 4. p. 322. α. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 489. Turio *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. Sambucus Lob. Icon. 2. p. 161.

Ad sepes, in ruderatis, locisque neglectis hortorum et ad domos in campestribus. ♄

**834.** Sambucus racemosa L. Sp. p. 386. DC. Prodr. 4. p. 323. α. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 489.

Ic. S. montana racemosa Lob. Icon. 2. p. 163.

In monte *Chiappa* versus *Salogno*, ditionis bobbiensis Cesati, in alpibus *Pieve d'Albenga* Traverso. ♄

**835.** Sambucus Ebulus L. Sp. p. 385. DC. Prodr. 4. p. 322. α. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 487. α. Turio *Pl. clavar. p.* 11.

Ic. Ebulus Lob. Icon. 2. p. 164. foliola nequaquam elongata ut in nostro.

In ruderatis, secus vias, hinc inde frequens. ♃

Foliolorum forma valde inconstans, variant oblonga, lanceolata, ovatove-oblonga acuminata, basi utplurimum obliqua et superiora fere semper latere inferiore petiolo adnata aut subdecurrentia, subinde unum, alterumve basi sectum segmento ovato-lanceolato, foliolo multo minore. Rachis quandoque dentata.

### CCLXI. VIBURNUM L. — Endl. Gen. n.° 3340.

**836.** Viburnum Tinus L. Sp. p. 383. DC. Prodr. 4. p. 324. α. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 481. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 130.

Ic. Tinus lusitanica Clusii Lob. Icon. 2. p. 142.

In dumetosis et sylvis collinis regionis olivetorum, frequens. ♄

Saepe in hortis colitur et ad ambulacra.

**837.** Viburnum Lantana L. Sp. p. 384. DC. Prodr. 4. p. 326. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 482.

Ic. Viurna vulgi etc. Lob. Icon. 2. p. 168.

In sylvis montanis transapenninis, in montibus albingaunensibus, frequens. ♄

838. Viburnum Opulus L. Sp. p. 384. DC. Prodr. 4. p. 275. α. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 484.

Ic. Sambucus palustris Dod. Pempt. p. 846.

In sylvis montium supra Genuam frequens, *Creto*, *Porcile*, *Acquafredda* etc. ♄

CCLXII. LONICERA Desf. — Endl. Gen. n.° 5182.

839. Lonicera etrusca Santi ex Savi Fl. pis. 1. p. 236. DC. Prodr. 4. p. 331. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 558. — L. implexa spinescens Avé Lallem. *de quibusd. pl. ital. p.* 11.

Ic. Sant. Viagg. tab. 1.

In collinis regionis olivetorum, locis dumetosis, ad sepes, abunde. ♄

840. Lonicera implexa Ait — DC. Prodr. 4. p. 331. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 559.

Ic. Bot. mag. tab. 640. ex DC. l. c.

In dumetosis collinis regionis olivetorum passim. ♄

841. Lonicera Caprifolium L. Sp. p. 246. Willd. Sp. 1. p. 982. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 556.

Ic. Caprifolium italicum Dod. Pempt. p. 411.

In sylvaticis Liguriae transapenninae et in agro sarzanensi. ♄

842. Lonicera Periclymenum L. Sp. p. 247. DC. Prodr. 4. p. 331. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 561. Turio *Pl. clavar. p.* 10?

Ic. Periclymenum non perfoliatum septentrionalium Lob. Ic. p. 633.

In Liguria occidua secundum exemplar herbarii Viviani absque ulla alia indicatione. ♄

843. Lonicera Xylosteum L. Sp. p. 248. DC. Prodr. 4. p. 335. α. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 564.

Ic. Xylosteum Dod. Pempt. p. 412.

In sylvaticis montanis frequens. ♄

Longitudo pedunculorum varia a 5. ad 15. millimetra et paullo ultra. Folia elliptica, oblonga, late ovata, obovatave.

844. Lonicera nigra L. Sp. p. 247. DC. Prodr. 4. p. 335. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 563.

Ic. Iacqu. Fl. austr. tab. 314.

In montibus Tendae Rev. Montolivo. ♄

Pedunculi in exemplaribus e loco citato 5-6 centimetra aequant.

Icones Allobrogum Periclymenum Lob. Icon. p. 633. et Xylosteum Dod. Purg. p. 265. quae huc trahuntur ab auctoribus quibusdam, L. Xylosteo forsan aptius accensendae sunt; Dodonaeus enim l. c. huiusce folia dicit prona parte candidiora, ac leviter hirsuta, floribusque succedere fructus rubentes.

845. Lonicera alpigena L. Sp. p. 248. DC. Prodr. 4. p. 336. α. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 565. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 103.

Ic. Chamaecerasus alpigena Lob. Icon. 2. p. 173.

In sylvaticis alpium maritimarum et in Apennino bobbiensi Berti. ♄

---

## XLIX. RUBIACEAE Iuss.

### CCLXIII. SHERARDIA Dill. — Endl. Gen. n.° 3104.

846. Sherardia arvensis L. Sp. p. 149. DC. Prodr. 4. p. 581. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 72. et *Pl. genuens. p.* 126. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 11. Turio *Pl. clavar. p.* 8.

Ic. Asperula flore carneo, acuto folio Barrel. Icon. tab. 541. fig. 1. superior, planta contracta.

Vulgatissima in arvis et in pascuis aridis. ①

Pro loco steriliore vel pingui, variat statura pumila vix bipollicari, ramis copiosissimis, compacte coespitosis, verticillis confertis, et laxior; procerior, pedalis, caule diffuso.

### CCLXIV. ASPERULA L. — Endl. Gen. n.° 3103.

847. Asperula laevigata L. Mant. 1. (excl. Syn. Barrel.) DC. Prodr. 4. p. 582. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 89.

Ad sepes circa Sarzanam copiose. ♃

848. Asperula taurina L. Sp. p. 150. DC. Prodr. 4. p. 582. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 77.

Ic. Rubia laevis Taurinensium Lob. Icon. p. 800.

In sylvaticis Apennini genuensis, in Apennino bobbiensi Cesati. ♃

849. Asperula odorata L. Sp. p. 150. DC. Prodr. 4. p. 585. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 74.

Ic. A. flore albo Dod. Purg. p. 105. bona.

In sylvaticis Apennini bobbiensis Prof. Balsamo, Berti, in monte *Gottro* Traverso. ♃

850. Asperula cynanchica Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 80. — A. cynanchica L. Sp. p. 151. DC. Prodr 4. p. 582. Bellard. *App. p.* 220. — A. longiflora W. et K. — DC. l. c. p. 580.

Ic. Rubia cynanchica Chabr. Sciagr. p. 548. mediocris.

Ad rupes et in saxosis collium montiumque Liguriae facile totius, frequentissima. ♃. ♄

Planta sane polymorpha, variat palmaris pedalis et ultra, caule diffuso, ramis prostratis, adscendentibusve, foliis caulinis mediis superioribusque longitudine in eadem planta variis, linearibus, anguste lanceolatis, planiusculis vel margine insigniter revolutis, corollis glabris scabrisve, in iisdem exemplaribus! quibus ductus haud dubito A. Cynanchicam et longifloram cum cl. Bertolonio in unam coniungere.

In collibus Liguriae occiduae, legi plantam, etsi proceriorem, huic valde similem, tamen fructu glabro, laevi, nec tuberculato diversam, sed in hanc vel formam, vel speciem, proxima aestate observationes diligentiores, et in vivo instituere conabor.

851. Asperula hexaphylla All. *Fl. ped.* 1. *p.* 12. DC. Prodr. 4. p. 582. α. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 86.

Ic. All. l. c. tab. 77. fig. 3.

Ad rupes in montibus Tendae ex herb. H. R. Bot. Taurinensis. ♃

852. Asperula arvensis L. Sp. p. 150. DC. Prodr. 4. p. 581. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 76.

Ic. A. caerulea Lob. Icon. p. 801. rudis, capitula minora ac in nostra, foliola involucralia acuta.

In arvis frequens, etiam montanis. ①

## CCLXV. CRUCIANELLA L. — Endl. Gen. n.° 3102.

853. Crucianella monspeliaca L. Sp. p. 158. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 10. Bertol. *Fl ital.* 2. *p.* 142. — C. latifolia All. *Fl. ped.* 1. *p.* 10? probabiliter — C. latifolia γ. spicata DC. Prodr. 4. p. 586.

Ic. Rubia minor spicata et R. spicata latifolia Imperati. BARREL. Icon. tab. 540. 549. rudes, spicae nimis crassae, folia breviora quam in natura.

In cultis secus litora hinc inde frequens; Genuae *S. Lazzaro*, Albingaumi, Nicaeae etc. ①

854. Crucianella angustifolia L. Sp. p. 157. DC. Prodr. 4. p. 586. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 141. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 10.

Ic. Rubia spicata angustifolia BARREL. Icon. tab. 550. spicae nimis latae.

In agro nicaeensi, spediensi et sarzanensi, in aridis frequens. ①

CCLXVI. RUBIA TOURN. — ENDL. Gen. n.° 3101.

855. Rubia peregrina L. Sp. p. 158. DC. Prodr. 4. p. 589. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 146. et *Pl. genuens. p.* 127. — Rubia Tinctorum ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 10. A., BERTOL. *Pl. genuens. ed.* 1. *p.* 27. TURIO *Pl. clavar. p.* 8.

Ic. R. sylvestris aspera ARDUIN. Mém. tab. 19.

Vulgatissima ad muros, rupes, in dumetis et ad sepes in regione olivetorum. ♄

Nil variabilius quam folia huiusce plantae.

856. Rubia Tinctorum L. Sp. p. 158. DC. Prodr. 4. p. 589. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 145. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 10. B.

Ic. R. tinctorum sativa ARDUIN. Mém. tab. 8.

In agro novensi prope *Serravalle* CAMBIAGGI. ♃.

CCLXVII. GALIUM L. — ENDL. Gen. n.° 3100.

1. *Floribus luteis.*

857. Galium Cruciata SCOPOL. Fl. carn. ed. 2. 1. p. 100. DC. Prodr. 4. p. 606. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 96.

Ic. Cruciata DOD. Purg. p. 107.

In agro novensi supra *Serravalle*, ad sepes SAVIGNONE, CAMBIAGGI, in sylvaticis prope *Sestri Levante.* ♃

858. Galium vernum SCOPOL. Fl. carn. ed. 2. 1. p. 99. DC. Prodr. 4. p. 605. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 94. — Valantia glabra L. Sp. p. 1491. TURIO *Pl clavar. p.* 30.

Ic. SCOPOL. l. c. tab. 2. pedunculis valde elongatis. — Quadrifolia glabra angustifolia CHABR. Sciagr. p. 549.

In sylvaticis collinis montanisque ubique. ♃

Variat caule villoso, aut superne tantum, vel toto glabro, foliis undique pubescentibus vel margine tantum ciliolatis, ellipticis, ovatis oblongis, ovatove-subrotundis, pedunculis folia aequantibus vel multo brevioribus, qui lusus saepissime obvii in eodem coespite.

**859.** Galium verum L. Sp. p. 155. DC. Prodr. 4. p. 603. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 111. TURIO *Pl. clavar. p.* 8.

Ic. Galium DOD. Purg. p. 103.

In pascuis ubique copiosum. ♃

**860.** Galium rotundifolium DC. Prodr. 4. p. 599. — G. rotundifolium β. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 129.

Ic. Cruciata minor glabra, flore Mollu ginis albo BARREL. Ic. tab. 323.

In sylvaticis montanis versus *Sassello*, et in Liguria orientali ad montem *Gottro* etc. ♃

Herba glabra, foliis tantum margine remote ciliolatis.

2. *Floribus albis.*

**861.** Galium maritimum LINN. Mant. 1. — DC. Prodr. 4. p. 602. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 131. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 9.

Ic. G. villosum erectum BOCC. Mus. tab. 86.

In agro nicaeensi a *Montalbano* cl. CESATI, et secundum herb. H. Bot. Taurinensis. ♃

**862.** Galium erectum BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 101. — G. erectum HUDS. — DC. Prodr. 4. p. 595.

Ic. G. saxatile glabro folio BOCC. Mus. tab. 116.

β. foliis linearibus. — G. lucidum ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 5. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 126. TURIO *Pl. clavar. p.* 8. — G. cinereum ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 6.

Ic. ALL. l. c. tab. 77. fig. 2. 4.

Var. α. ex agro nicaeensi dedit Rev. MONTOLIVO, β. in pascuis apricis collium et montium humiliorum frequens. ♃

**863.** Galium Mollugo L. Sp. p. 155. DC. Prodr. 4. p. 596. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 114. et *Pl. genuens. p.* 126. — G. insubricum GAUD.

Ad sepes et in dumetosis hinc inde, locis etiam montanis. ♃

Caule primario prope basim sauciato vel fracto, rami qui inde propullulant, sistunt omnino G. **insubricum** Gaud.

864. **Galium sylvaticum** L. Sp. p. 155. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 112. — G. **linifolium** DC. Prodr. 4. p. 593. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 216.

Ic. **Rubia laevis linifolia**, **floribus albis** Barrel. Icon. tab. 356. folia omnia deflexa, quod non est in natura.

In sylvaticis collinis et montanis valde frequens. ♃

865. **Galium palustre** L. Sp. p. 153. DC. Prodr. 4. p. 597. α. β. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 99. α. β. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 4.

Ic. Engl. bot. tab. 1857.

Ad rivulos frequens, necnon in pascuis udis montanis. ♃

866. **Galium Aparine** L. Sp. p. 157. DC. Prodr. 4. p. 608. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 126. Turio *Pl. clavar. p.* 8.

Ic. **Aparine** Dod. Purg. p. 98.

Ad sepes et in ruderatis. ①

867. **Galium tricorne** With. — DC. Prodr. 4. p. 608. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 124.

Ic. **Aparine semine laevi** Vaill. Bot. paris. tab. 4. fig. 3. α. excl. b. quae ad sequens spectat.

Inter segetes frequens. ①

868. **Galium saccharatum** All. *Fl. ped.* 1. *p.* 9. DC. Prodr. 4. p. 607. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 123.

Ic. **Aparine semine coriandri saccharati** Vaill. bot. paris. tab. 4. fig. 3. b. fructus.

In agris regionis olivetorum passim. ①

869. **Galium baldense** Spreng. Pug. 1. p. 10. n.° 18. — G. **helveticum** DC. Prodr. 4. p. 598. — G. **pusillum** γ. **pygmaeum** Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 106.

Ic. Poll. Fl. veron. tab. 2. fig. 3.

In alpibus nicaeensibus *della Madonna delle Finestre* ex herb. H. Bot. Taurinensis, in alpibus albingaunensibus frequens. ♃

3. *Floribus purpureis.*

870. Galium rubrum L. Sp. p. 15. DC. Prodr. 4. p. 603. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 119. α. β. Turio *Pl. clavar. p.* 8. — G. purpureum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 5. Bertol. *Observ. in Amoen. p.* 14. — G. tenuifolium All. *Fl. ped.* 1. *p.* 6. — G. obliquum Vill. Hist. dauph. 2. p. 230. DC. Prodr. 4. p. 594.

Ic. G. rubro flore Clus. Hist. 2. p. 175. mala. — Vill. l. c. tab. 8.

In dumetis collinis et montanis, in pascuis etiam aridioribus frequens. ♃

Polymorphum, variat caule spithameo, pedali et paullo ultra, caule flaccido vel rigidiusculo, a basi ramoso-diffuso, vel basi simplici superne in ramos diviso, ramis erectis divaricatisve, rigidis flaccidisve, foliis flaccidis planiusculis, vel marginibus insigniter revolutis, rigidis, obverse lanceolatis, linearibus, obtusiusculis, acutis, mucronatisve, panicula plerumque ramosissima, sed et depauperata et pauciflora nonnunquam occurrit. Caules et rami inferne plerumque canescentes. Forma tenuifolia accedit ad G. sylvestre Pollich., sed ab hoc distinguitur corollae lobis aristatis, qui character constans in millenis lusibus a me non tantum in Liguria, sed in aliis regionibus observatus. Pluries e Gallia et Germania accepi hanc plantam pro Galio Boccone All.

871. Galium purpureum L. Sp. p. 156. DC. Prodr. 4. p. 603. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 121. — G. rubrum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 5. Bertol. *Pl. genuens. p.* 126.

Ic. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *tab.* 3.

In apricis collium, montanisque passim. ♃. ♄

872. Galium parisiense L. Sp. p. 157. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 133. — G. litigiosum DC. Fl. franc. et Prodr. 4. p. 609.

Ic. DC. Pl. Gall. rar. tab. 26.

β. Achenio nudo, minute granulato Bertol. l. c. — G. parisiense β. Bertol. *Amoen. p.* 17. — G. anglicum Huds. — DC. Prodr. 4. p. 607. — G. divaricatum Lamck. — DC. Prodr. l. c.

Ic. DC. Pl. Gall. rar. tab. 24.

Frequens ad muros, in ruderatis, in pascuis aridis, saxosisve etiam montanis. ①

CCLXVIII. CALLIPELTIS Moris Fl. sard. 2. p. 309.

**873.** Callipeltis muralis Moris l. c. — Galium murale All. *Fl. ped.* 1. *p.* 8. DC. Prodr. 4. p. 610. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 135. — Sherardia muralis L. Sp. p. 149.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 77. fig. 1.

Ad vias, muros, in pascuis aridioribus, in litoreis frequens, Genuae ipsa in urbe. ①

CCLXIX. VAILLANTIA DC. — Endl. Gen. n.° 3098.

**874.** Vaillantia muralis DC. Prodr. 4. p. 613. — Valantia muralis L. Sp. p. 1490. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 138. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 10.

Ic. V. annua quadrifolia, fructu echinato Mich. Nov. pl. gen. tab. 7. fl. et fruct. — Rubia quadrifolia, verticillato semine Chabr. Sciagr. p. 548. rudis.

Ad rupes in collibus circa Nicaeam. ①

---

## L. VALERIANEAE DC.

CCLXX. CENTRANTHUS DC. — Endl. Gen. n.° 2185.

**875.** Centranthus ruber DC. Prodr. 4. p. 632. — Valeriana rubra L. Sp. p. 44. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 163. et *Pl. genuens. p.* 105. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 1. Turio *Pl. clavar. p.* 6. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 16.

Ic. Dod. Purg. p. 91.

Ad muros, rupes, frequentissimus. ♃

Variat foliis superioribus late cordato-ovatis sessilibus, basi sinuatis, dentatisque, et ovato-oblongis acuminatis, lanceolatisque, et statura vix spithamea, foliisque minoribus ovato-lanceolatis vel lanceolatis crassiusculis, cyma pauciflora.

**876.** Centranthus Calcitrapa Dufr. ex DC. Prodr. 4. p. 632. — Valeriana Calcitrapa L. Sp. p. 44. Bertol. *Fl. ital* 1. *p.* 165. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 1.

Ic. V. annua altera Clus. Hist. 2. p. 54.

In sylvaticis umbrosis circa Nicaeam ex Ill. Carrega, Rev. Montolivo, in agro oneliensi vulgatiss. ①

CCLXXI. VALERIANA NECK. — ENDL. Gen. n.° 2186.

877. Valeriana tuberosa L. Sp. p. 46. DC. Prodr. 4. p. 637. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 178. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 3.

Ic. Montana Nardus LOB. Icon. p. 717. — V. bulbosa suaveolens italica Imperati. BARREL. Icon. tab. 167.

In montanis agri albingaunensis Prof. SASSI, ex specimine in herb. VIVIANII. ♃

878. Valeriana Tripteris L. Sp. p. 45. DC. Prodr. 4. p. 636. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 172. BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 1. *p.* 18.

Ic. V. alpina CHABR. Sciagr. p. 411. — V. a. saxatilis fl. albo BARREL. Icon. tab. 742.

Ad rupes et in saxosis Apenninorum et alpium maritimarum locis umbrosis frequens. ♃

Variat caule, foliisque puberulis, subcanescentibus, et foliis margine nervisque subtus puberulis, ceterum glabris. Folia superiora in speciminibus contractis quandoque integra.

879. Valeriana officinalis L. Sp. p. 45. DC. Prodr. 4. p. 641. BERTOL. *Fl. ital* 1. *p.* 167. TURIO *Pl. clavar. p.* 5.

Ic. V. sylvestris DOD. Purg. p. 87.

In locis humentibus sylvaticis, tum in maritimis, cum in collinis, et locis montanis, vulgaris. ♃

Occurrit glaberrima et foliis praecipue ad petiolum dilatatum plus minus villoso-ciliatis.

CCLXXII. VALERIANELLA MOENCH — ENDL. Gen. n.° 2181.

880. Valerianella olitoria MOENCH — DC. Prodr. 4. p. 240. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 184.

Ic. WILLEM. Ess. Valerianell. in Arch. bot. 2. tab. 20. fig. 1.

In agris montanis Apennini genuensis raro, Rev. DE NEGRI, CHIAPPORI. ①

881. Valerianella echinata DC. Prodr. 4. p. 626. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 184. WILLEM. Ess. Valerianell. l. c. 2. p. 162. — Fedia echinata VAHL. — BALB. *Misc. alt. p.* 5.

Ic. WILLEM. l. c. tab. 20. fig. 2.

In arvis nicaeensibus RASTOIN, Ill. CARREGA. ①

882. Valerianella eriocarpa Desv. — DC. Prodr. 4. p. 626. Willem. Ess. p. 162. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 186.— Fedia eriocarpa R. et S.
Ic. Willem. l. c. tab. 20. fig. 3. — Reichb. Pl. crit. tab. 65.

Prope *Bordighiera* in Liguria occidua l. d. *la Madonna della Rota* Panizzi, Uneliae Traverso. (1)

Achenium collo et latere pone loculos steriles hirtum, caeterum in nostra glabrum.

883. Valerianella dentata β. mixta Willem. Ess. l. c. p. 163. — Valerianella mixta Dufr. DC. Prodr. 4. p. 627. (excl. Syn. Lois. ex Willem.) — V. Morisonii α DC. l. c. — V. mixta Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 188. (excl. Syn. Lois.) quod ad plantam Apennini et agri sarzanensis.
Ic. Willem. l. c. tab. 20. fig. 5.

Frequens in pascuis aridis, saxosisve, et in agris collinis et montanis. (1)
Fructu glabro apud nos nusquam mihi occurrit.

884. Valerianella Auricula DC. Prodr. 4. p. 627. Willem. Ess. l. c. p. 164. — V. dentata Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 189? excl. saltem Syn. Vahl. et Willd.
Ic. Willem. l. c. fig. 7.
β. dasycarpa, fructu undique plus minusve hirsuto. Reich. Fl. excurs. p. 198.

In arvis, locis sterilibus, torrentium alveo, frequens. (1)
Fructus in varietate subinde canescentes.

Adducta specimina Berterii ex Alba Pompeia a cl. Bertol. l. c. pertinent ad V. dentatam mixtam, saltem ex speciminibus Berterianis in herb. H. Bot. Taurinensis.

885. Valerianella hamata Bast. — DC. Prodr. 4. p. 628. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 191. — V. coronata Willem. Ess. l. c. p. 165. excl. syn.
Ic. Willem. l. c. tab. 20. fig. 9.
* Microcarpa, achenio hirsuto, coronaque undique glabra minoribus, dentibus sex uncinatis membrana longioribus.

α. in agro nicaeensi: β. in planitie albingaunensi Cesati. (1)

Valerianella coronata videtur tantum forma corona extus intusque hirsuta, saltem ex speciminibus quae ipse anno 1835 in Sardinia legi; var. microcarpa nostra speciem propriam forte constituere potest, sed nunc, unico superextante exemplari, plura addere nequeo.

886. Valerianella discoidea Lois. not. p. 148. et Fl. gall. 1. p. 25. Willem. Valerianell. l. c. p. 165. — V. coronata β. discoidea DC. Prodr. 4. p. 628.
Ic. Willem. l. c. fig. 10.
In cultis Liguriae occiduae, *Ventimiglia*, *Porto Maurizio*, *Oneglia* etc. vulgatissima. ①

## LI. DIPSACEAE Iuss.

### CCLXXIII. DIPSACUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 2191.

887. Dipsacus sylvestris Mill. — DC. Prodr. 4. p. 645. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 16.
Ic. Labrum Veneris Lob. Icon. 2. p. 18. mala.
Ad vias, in pascuis secus litora hinc inde, nec non in montanis. ♂
Capitula in nostro plerumque ovata, foliolis inaequalibus, haec capitulo brevioribus patentibus nonnullis capitulo longioribus arcuato-erectis involucrata. Paleae receptaculi longitudine aequales, vel summae longiores comantes, qua nota accedit ad D. ferocem Lois., sed ab hoc foliis caulinis haud pinnatifidis apprime differt.

### CCLXXIV. CEPHALARIA Schrad. — Endl. Gen. n.° 2192.

888. Cephalaria alpina Schrad. — Coult. Dips. p. 24. DC. Prodr. 4. p. 647. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 20. — Scabiosa alpina L. Sp. p. 141.
Ic. S. alpina maxima Lob. Icon. p. 537. rudis. — Coult. l. c. tab. 1. fig. 5. fruct.
In alpibus maritimis Prof. Sassi ex herb. Viv. ♃

889. Cephalaria leucantha Schrad. — Coult. Dips. p. 26. DC. Prodr. 4. p. 648. α. β. γ. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 23. — Scabiosa leucantha L. Sp. p. 142. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 138. Turio *Pl. clavar. p.* 8. Bertol. *Pl. genuens. p.* 124. Vivian. *Fl. ital. fragm. ed.* 2. *p.* 15.
Ic. Viv. l. c. tab. 17. — Coult. l. c. tab. 1. fig. 1. fruct.
In pascuis collinis apricis et ad rupes in regione olivetorum communis. ♃

890. Cephalaria transylvanica Schrad. — Coult. Dips. p. 24. DC. Prodr. 4. p. 647. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 21. — Scabiosa transylvanica L. Sp. p. 141.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 48. haud optima. — Coult. l. c. tab. 1. fig. 6. fruct.
In arvis regionis olivetorum utrinsque Liguriae, frequens. ①

CCLXXV. KNAUTIA Coult. — Endl. Gen. n.° 2193.

891. Knautia arvensis Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 28. — K. arvensis Coult. Dips. p. 29. α. DC. Prodr. 4. p. 651. excl. γ. δ. — Scabiosa arvensis L. Sp. p. 143. Bertol. *Pl. genuens. p.* 125.
Ic. S. maior satorum vulgatior Lob. Ic. p. 536. bona. — Coult. l. c. tab. 1. fig. 13. fruct.
In pascuis apricis passim. ♃
Polymorpha quandoque fere acaulis.

892. Knautia sylvatica Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 26. DC. Prodr. 4. p. 651. α. — Scabiosa sylvatica L. Sp. p. 142.
Ic. S. rubra austriaca Lob. Icon. p. 538.
In pascuis et sylvaticis frequens. ♃

893. Knautia integrifolia Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 32. — Scabiosa integrifolia L. Sp. p. 142. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 139.
Ic. S. media Lob. Icon. p. 536.
β. foliis caulinis lyratis vel pinnatifidis Bertol. l. c. — S. hybrida All. Auct. p. 9. — Knautia hybrida Coult. Dips. p. 650.
In arvis, pascuis sterilibus, in alveo saepe torrentium, frequens. ①
Limbo calycis scutellaeformi margine dentato, dentibus haud aristatis statim a praecedentibus distinguitur.

CCLXXVI. SCABIOSA R. et S. — Endl. Gen. n.° 2195.

894. Scabiosa graminifolia L. Sp. p. 145. Coult. Dips. p. 34. DC. Prodr. 4. p. 654. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 69. α. β. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 141.
Ic. S. graminea argentea Chabr. Sciagr. p. 338. — Coult. l. c. tab. 2. fig. 3. fruct.
In alpibus maritimis ditionis albingaunensis Prof. Sassi ex herb. Viv. et Prof. Gherardi. ♃

895. Scabiosa mixta. — Caule dichotome ramoso pubescente, pilis sparsis fasciculatisve surrectis scabriusculo, foliis obverse lanceolatis, integris vel superioribus, basi utrinque lobulo lineari-angusto obverseve-lanceolato auriculatis, adpresse pilosis, involucri foliolis exterioribus lan-

ceolatis obtusis capitulum florentem subsuperantibus, demum reflexis, capitulo florifero subrotundo, involucellis ovatis infra foveolas octo truncatas, profundas, dense hirsutis, corona 30-nervia acute denticulata, involucellorum parte inferiore longitudinem aequante, demum patentissima; calycis stipitulati setis basi incrassatis scabris, corona tertia parte longioribus.

In alveo Porciferae mense iulio 1841 lecta. ♃

Planta vix pedalis, ramis divaricatis, pedunculis longe nudis.

Affinis Scabiosae stellatae et monspeliacae; a priori differt corona involucelli 30, nec 40-nervia, setis coronam superantibus, foliorumque forma, a monspeliensi quam possideo e Sardinia a cl. Prof. Equite Morisio, et ex Hispania meridionali a cl. Boissier, aeque differt foliorum forma, corona breviore 30-nervia, hirsutie involucellorum breviore, ab utraque denique involucellis minoribus.

896. Scabiosa maritima L. Sp. p. 144. DC. Prodr. 4. p. 657. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 54. — S. Columbaria Bertol. *Pl. genuens. p.* 125.

Ic. Savi Fl. pis. tab. 2. fig. 9. fruct.

In pascuis apricis saxosisve secus litora, et in collibus maritimis, frequens. ♂

Facile ab omnibus speciebus Florae nostrae involucelli margine scarioso, crispato, inflexo dignoscitur.

Var. β. Fl. ital. l. c. sive S. Cornucopiae Viv. App. Fl. lyb. p. 67. vivam huc usque nondum observare contigit.

In pascuis *Albaro* prope Genuam, reperi varietatem floribus plerorumque capitulorum atro-purpureis, accedentem ad variet. γ Bertol. l. c., sed foliis in plerisque observatis speciminibus utplurimum indivisis, radicalibus in caespitem collectis oblongo-spathulatis dentatis, subcanescentibusque, caulinis superioribus anguste linearibus, et radice, ut visum est, perenni a specie et a vera S. atropurpurea differt. In hanc proxima aestate observationes denuo instituere in animo est.

897. Scabiosa ucranica L. Sp. p. 144. Koch Syn. p. 347. — S. argentea L. l. c. p. 145.

Ic. Reichb. Pl. crit. fig. 489.

In Apennino ad Vallem Staforae cl. Cesati. ♂

898. Scabiosa lucida Vill. Hist. dauph. 2. p. 293. DC. Prodr. 4. p. 658. Koch Syn. p. 346. — S. columbaria Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 41. var. γ.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 381. pl. elata, ramosa.

In alpibus maritimis Prof. Gherardi. ♃

A S. lucida silesiaca, quam dono dederunt cell. Rainer et Vimmer nostra vix differt statura minore, caule simplici monocephalo, foliisque minus divisis, quae vix notatu digna a loco pendent; setis autem calycis nervo intus exaratis, basi dilatatis et corona involucelli multo longioribus a S. columbaria mihi satis differre videtur.

899. Scabiosa holoserica Bertol. *dec. III. in Amoen. p.* 12. *Fl. ital.* 2. *p.* 48.

Ad promontorium *Noli* Liguriae occiduae cl. Cesati! ex eiusd. herb. ♃

900. Scabiosa columbaria Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 40. α. β. non γ. — S. columbaria L. Sp. p. 143. Turio *Pl. clavar. p.* 8. — S. gramuntia L. Syst. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 140. — S. mollissima Viv. *Ann. bot.* 2. *p.* 161!

Ic. S. uniseta Savi *Fl. pis.* tab. 2. fig. h. f. fruct. — Coult. Dips. tab. 2. fig. 13. fruct. — Phyteuma Dioscoridis Columx. Phytobas ed. neap. p. 98. bona, sed fructus dextrorsum picti et magnitudine aucti praebent coronam involucelli multo maiorem quam in hac specie esse solet.

In pascuis fere ubique. ♃

Varietates huiusce speciei innumerae: ludit glabriuscula, pubescens, canescens, subtomentosa, praesertim in foliis radicalibus. Adsunt formae glabrescentes, foliis lucidis carnosulis lyrato pinnatifidis, Scabiosam lucidam aemulantes, sed fructus structura ab ea recedunt. Ubi demum folia radicalia tomentosa gerit, a sequente aegre discriminatur.

901. Scabiosa pyrenaica All. *Fl. ped.* 1. *p.* 140. DC. Prodr. 4. p. 659. α. β. (excl. Syn. Viv.) Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 46. et *Pl. genuens. p.* 126. — Viv. *Ann. bot.* 2. *p.* 159.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 25. fig. 1. et 26. fig. 1. malae. — S. peregrina integris seu Bellidis fol. Barrel. Icon. tab. 223. 224.

In saxosis et pascuis aridioribus collinis Liguriae praesertim occidentalis vulgaris. ♃

Affinis nimium praecedenti, imo eius varietas secundum cl. Coult. Dips. p. 39. et forte non immerito, distinguitur herba tota incano-tomentosa.

902. Scabiosa succisa L. Sp. p. 142. DC. Prodr. 4. p. 660. Coult. Dips. 1. p. 40. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 36. Turio *Pl. clavar. p.* 8.

Ic. Coult. l. c. tab. 2. fig. 17. — Succisa sive Morsus Diaboli Chabr. Sciagr. p. 338. rudis.

* Grandis, maior, foliis inferioribus palmaribus, coriaceis, elliptico–lanceolatis, glabris, foliorum superiorum petiolis breve coronato-vaginantibus, vagina inflata, caule, ramisque superne dorso pilosis, dentibus involucelli productis.

In sylvis montanis: varietas in collibus supra *Pegli.* ♃

---

# LII. COMPOSITAE Adans.

### SUBORDO I.

## CORYMBIFERAE Koch Syn. p. 348.

### TRIB. I.

## *EUPATORIACEAE* Less. — Koch l. c.

### CCLXXVII. EUPATORIUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 2280.

**903.** Eupatorium cannabinum L. Sp. p. 1173. DC. Prodr. 5. p. 180. *α.* Bertol. *Pl. genuens. p.* 24. Turio *Pl. clavar. p.* 190.

Ic. E. adulterinum Avicennae Chabr. Sciagr. p. 334. satis mala. — Cannabina aquatica Lob. Icon. p. 528. non optima.

Ad rivulos, fossas, et in locis humidis, frequens. ♃

Plus minusve pubescens, pro loco, foliorum segmentis valde elongatis vel non, fortiter serratis vel integris ludit. Foliis omnibus indivisis apud nos nusquam vidi.

### CCLXXVIII. ADENOSTYLES Cass. — Endl. Gen. n.° 2283.

**904.** Adenostyles leucophylla Reichb. Fl. excurs. n.° 1859. — DC. Prodr. 5. p. 204. — Cacalia leucophylla Willd.

In editioribus alpibus nicaeensibus *di S. Martino di Lantosca* Rev. Montolivo, in alpibus albingaumensibus Traverso. ♃

**905.** Adenostyles alpina Bl. et Fing. — DC. Prodr. 5. p. 203. — Cacalia alpina Jacqu. — Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 135.

Ic. Cacalia Lob. Icon. p. 592. pauciflora.

In umbrosis sylvaticis Apennini et alpium maritimarum, frequens. ♃

Folia in nostra utplurimum glabra, raro ad nervos pubentia, corymbi dense vel laxe floriferi, in hoc casu capitula quidquam longiora. — A sequente differt foliis utrinque glabris, petiolis exauriculatis, involucri foliolis 3-4-oblongis sursum dilatatis, obtusis, margine membranaceis ciliolatisque, quae in albifronte plerumque 5. apice barbatae, haud dilatatae, nec margine membranaceae.

906. Adenostyles Albifrons Koch Syn. p. 348. — A. Petasites Bl. et Fing. — DC. Prodr. 5. p. 204. α. — Cacalia albifrons L. Sp. suppl. p. 353. Balb. *Addit. p.* 243.

Ic. C. tomentosa Iacqu. Fl austr. tab. 235.

In alpibus nicaeensibus *di Clauso* Rev. Montolivo, in editioribus alpibus ditionis albingaunensis Traverso. ♃

Trib. II.

## *TUSSILAGINEAE* Cass. — Koch Syn. p. 349.

### CCLXXIX. HOMOGYNE Cass. — Endl. Gen. n.° 2284.

907. Homogyne alpina Cass. — DC. Prodr. 5. p. 205. — Tussilago alpina L. Sp. p. 1312. — Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 135.

Ic. T. alpina II. Clus. Hist. 2. p. 113. folia tantum.

In pascuis editis Apenninorum bobbiensium frequens Prof. Balsamo, Berti, et in alpibus maritimis. ♃

### CCLXXX. TUSSILAGO Tourn. — Endl. Gen. n.° 2288.

908. Tussilago Farfara L. Sp. p. 1214. DC. Prodr. 5. p. 208. Turio *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. Lob. Icon. p. 589.

Locis argillosis, saxosisve humidis, frequentissima. ♃

### CCLXXXI. PETASITES Tourn. — Endl. Gen. n.° 2286.

909. Petasites vulgaris Desf. — DC. Prodr. 5. p. 206. — Tussilago Petasites et hybrida L. Sp. p. 1214. 1215. Turio *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. Petasites Lob. Icon. p. 591.

Ad rivulos, fossas, et in locis umbrosis udis, hinc inde. ♃

910. Petasites albus Gaertn. — DC. Prodr. 5. p. 207. — Tussilago alba L. Sp. p. 1214. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 134.

Ic. P. albus anguloso folio Chabr. Sciagr. p. 513. rudis.

In sylvaticis et pascuis umbrosis collium et montium supra Genuam. ♃

In declivibus montium inter Gaviam et Genuam L. H. Cliff. ex Cod. Linn. n.° 6266.

Trib. III.

*ASTEREAE* Cass. — Koch Syn. p. 351.

CCLXXXII. LINOSYRIS Lob. — Endl. Gen. n.° 2384.

911. Linosyris vulgaris Cass. — DC. Prodr. 5. p. 352. α. — Chrysocoma Linosyris L. Sp. p. 1178. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 174.

Ic. L. unperorum Lob. Icon. p. 409. — All. *Fl. ped.* tab. 11. fig. 2.

In pascuis aridis supra *Gavi* ditionis novensis Savignone, eundo *alla Rocchetta* supra Genuam Rev. De Negri. ♃

CCLXXXIII. ASTER Koch Syn. p. 351.

912. Aster alpinus L. Sp. p. 1226. DC. Prodr. 5. p. 227. α.

Ic. A. VII. austriacus V. Clus. Hist. 2. p. 15.

In alpibus maritimis vulgaris. ♃

913. Aster Amellus L. Sp. p. 1226. DC. Prodr. 5. p. 231. α.

Ic. A. atticus Dod. Pempt. p. 226.

In aridis collium Liguriae novensis Rosellini, in Apennino ad *Antola* Savignone. ♃

914. Aster Tripolium L. Sp. p. 1226. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 193. — Tripolium vulgare Nees. — DC. Prodr. 5. p. 253.

Ic. Tripolium Chabr. Sciagr. p. 333.

In paludosis secus litora Nicaeae, Albingaumi, ad Lunae portum. ♃

CCLXXXIV. GALATELLA Cass. — Endl. Gen. n.° 2303.

915. Galatella punctata DC. Prodr. 5. p. 255. α. β. — Aster acris L. Sp. p. 1228. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 194. Bertol. *Pl. genuens. p.* 191. Turio *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. A. minor Narbonensium etc. Lob. Icon. p. 349. — A. Tripolii flore Garid. Aix. tab. 13.

In apricis collinis Liguriae totius frequens. ♃

CCLXXXV. BELLIDIASTRUM Mich. — Endl. Gen. n.° 2300.

916. Bellidiastrum Michelii Cass. — DC. Prodr. 5. p. 226. — Doronicum Bellidiastrum L. Sp. p. 1247.

Ic. B. alpinum foliis brevioribus hirsutis, caule palmari, flore albo Mich. Nov. pl. gen. p. 32. tab. 29. Capitul. sub anthesi et deflorat. A. B. fructus. — Bellis sylvatica minor Chabr. Sciagr. p. 361.

In alpibus *di Clauso* comitatus nicaeensis Rev. Montolivo, in montibus *di Frontero*, *Triora* etc. copiose. ♃

CCLXXXVI. BELLIS L. — Endl. Gen. n.° 2348.

917. Bellis annua L. Sp. p. 1249. Boiss. Voyag. Esp. p. 302. Moris Fl. sard. 2. p. 348. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 193. — B. annua et dentata DC. Prodr. 5. p. 304.

Ic. Bellium dentatum Viv. *Fl. ital. fragm.* ed. 2. tab. 10.

In agro nicaeensi ex speciminibus herbarii H. B. Taurinensis a cl. Prof. Equite Morisio, Uneliae Traverso. ⓘ

In omnibus exemplaribus B. annuae, quae ex Africa boreali, e Sicilia, e Gallia, Sardinia possideo, corollae ad basim fasciculo pilorum barbatae.

918. Bellis perennis L. Sp. p. 1248. Bertol. *Pl. genuens. p.* 193. Turio *Pl. clavar. p.* 25. — B. perennis et B. sylvestris DC. Prodr. 5. p. 304.

Ic. B. maior sylvestris Lob. Icon. p. 476.

In pascuis et sylvaticis ubique. ♃

Folia plus minus evidenter trinervia tum in perenni auctorum, cum in sylvestri, uterque florentes eadem tempestate occurrunt, et tali pacto, statura, foliorum forma, magnitudine capitulorum, indumento ludunt, ut characteres, quibus haec species distinguantur, meo iudicio omnino desint!

CCLXXXVII. ERIGERON DC. — Endl. Gen. n.° 2332.

919. Erigeron canadense L. Sp. p. 1211. DC. Prodr. 5. p. 289. Turio *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. Fl. dan. tab. 292.

In ruderatis, agris, pascuis sterilibus, frequens. ⓘ

920. Erigeron acre L. Sp. p. 1211. Bertol. *Fl. alp. apuan. in Amoen. p.* 407. — E. acris Sm. Engl. Fl. 3. p. 423.

Ic. E. quartum Dod. Pempt. p. 641. rudis. — Amellus montanus aequicolorum Columm. Ecphr. 2. tab. 26.

In aridis saxosisve collinis frequens. ♂

Corollulae radii pauciores quam in sequente, filiformes, pappo plus minusve rufescenti aequales, aut paullo longiores. Variat porro in iisdem locis, caule e basi caespitoso palmari, spithameo, vel simplici pedali et ultra, pedunculis numero variis, elongatis, unifloris, vel divisis 2-3-floris; foliis radicalibus subspathulato-oblongis in petiolum limbum longitudine aequantem vel minorem productis, apice plerumque calloso-mucronatis, caulinis lineari-lingulatis, lanceolatisve obtusiusculis, planis vel undulatis, omnibus et tota herba involucroque plus minusve pilis brevibus sursum curvulis rigidiusculis hirtis.

921. Erigeron alpinum L. Sp. p. 1211. Bertol. *Fl. alp. apuan. p.* 408. — E. alpinus Sm. Engl. Fl. 3. p. 424. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 273?

Ic. Asteri montano purpureo similis, ad Globulariam accedens Chabr. Sciagr. p. 326. unifl. rudis.

In pascuis alpium maritimarum Montolivo, Cesati, in alpibus albingaunensibus Traverso. ♃

Differt ab acri, cui valde simile corollis radii numerosioribus pappo duplo longioribus, et plerumque explanatis, latioribusque. — Caeterum variat 1-2-3-florum, pedunculis subcorymbosis.

## CCLXXXVIII. SOLIDAGO L. — Endl. Gen. n.° 2376.

922. Solidago Virga aurea L. Sp. p. 1235. Bertol. *Pl. genuens. p.* 191. Turio *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. Aurea virga Villanovani et Virga aurea altera Lob. Icon. p. 298. 299. rudes.

β. litoralis, herba undique dense breviterque pubescente. — S. Virgaurea γ litoralis DC. Prodr. 5. p. 338. — S. litoralis Savi Cent. ex Bot. Etr. 4. p. 87.

* Bertiana, foliis lato-lanceolatis, margine minutissime ciliolatis, caeterum vix nisi sub lente ad nervos pubescentibus, superiora versus decrescentibus, caulinisque inferioribus e basi attenuata longe petiolatis, grosse dentatis, dentibus mucronato-aristatis, supremis vix dentatis in-

tegrisve, racemo laxo, pedunculis mono-dicephalis bracteolatis, capitulis sub20-floris, involucri foliolis villosulis inferioribus lineari-subulatis.

In sylvaticis collinis et montanis ubique frequens: β. in litore ad Spediam secundum exemplar cl. Equit. Bertolonii: γ. in montibus *di Rezzo* Berti. ♃

Sub α, quae in ipsismet locis variat foliis inferioribus lanceolatis, vel e basi attenuata ovatis, oblongo-lanceolatis, integris, dentatis, argnteve serratis, caule simplici vel superne ramoso, pedunculis ex foliorum axillis monocephalis, vel plus minus dense racemosis, colligo varietates ferme innumeras, quae capitulis sub 15-floris, involucri foliolis intimis obverse lanceolatis vel linearibus margine scariosis, obtusis, acutisve occurrunt. Haec insuper ludunt foliis minute pubescentibus vel glabris, vel margine tantum sub lente minute ciliolatis, vel demum undique, caule foliisque minute pubescentibus, ut in exemplari ex alpibus *di Rezzo* ab amicissimo D. Berti collecto, quod omnino medium tenet Solidaginem Virgauream inter et litoralem. — Pappus in α et β achenio longior, in γ achenio longitudine aequalis, ni dicam brevior.

### Trib. iv.

### *HELIANTHEAE* Cass. — Koch Syn. p. 355.

### CCLXXXIX. BIDENS L. — Endl. Gen. n.° 2541.

**923.** Bidens bullata L. Sp. p. 1167. DC. Prodr. 5. p. 595.
Ic. Arduin. Specim. 2. tab. 18.

In humidis Liguriae transapenninae Rosellini. ①

**924.** Bidens tripartita L. Sp. p. 1165. DC. Prodr. 5. p. 594. α. Turio *Pl. clavar. p.* 24.
Ic. Hepatorium aquatile Dod. Pempt. p. 595.

In arvis humidis circa *Dolcedo* et in montibus *di Rezzo* Liguriae occid. Berti, Nicaeae Ill. Carrega, secus torrentes, Genuae, Clavari, etc., hinc inde. ①

TRIB. V.

## *INULEAE* CASS. — KOCH Syn. p. 356.

### CCXC. BUPHTHALMUM L. Gen. ed. Schreb. 2. p. 572.

925. Buphthalmum salicifolium DC. Prodr. 5. p. 483. — B. salicifolium L. Sp. p. 1275. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 180. — B. grandiflorum L. l. c.

Ic. Aster III. austriacus I. CLUS. Hist. 2. p. 13. rudis.

In pascuis aridis, locis saxosis, et ad rupes in montanis passim, rarius descendit ad humiliores colles. ♃

Passim ludit foliis lineari-lanceolatis, oblongo-lanceolatis valde acuminatis aut non, glabris vel villosulis, caule simplici, ramosove.

926. Buphthalmum aquaticum L. Sp. p. 1274. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 179. — Asteriscus aquaticus DC. Prodr. 5. p. 486.

Ic. Aster legitimus Clusii mollior luteus BARREL. Icon. tab. 552. bona.

In udis secus litora albingaumensia et nicaeensia CESATI. ①

927. Buphthalmum spinosum L. Sp. p. 1274. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 179. TURIO *Pl. clavar. p.* 25. — Pallenis spinosa CASS. — DC. Prodr. 5. p. 487.

Ic. Aster legitimus Clusii alter etc. BARREL. Icon. tab. 551.

In pascuis aridis, in ruderatis, secus maris litora, etiam in collinis calidioribus passim. ①

Acheniis radii compressis utrinque ala membranacea cinctis, foliolisque involucri exterioribus spinula terminatis facile dignoscitur, ut ut quammaxime variabile, statura, foliorum forma, caulis divisione.

### CCXCI. INULA GAERTN. — ENDL. Gen. n.° 2426.

1. CORVISARTIA DC. Prodr. 5. p. 463.

928. Inula Helenium L. Sp. p. 1236. DC. Prodr. l. c. — Aster Helenium SCOPOL.

Ic. Helenium DOD. Purg. p. 74.

Ad margines rivulorum in montibus *di Rezzo* et in arundinetis circa *Dolcedo* in Liguria occidentali BERTI, in montibus albingaumensibus TRAVERSO. ♃

2. Bubonium DC. Prodr. 5. p. 464.

929. **Inula Conyza** DC. Prodr. l. c. — **Conyza squarrosa** L. Sp. p. 1205. Turio *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. **Baccharis monspeliensium** Lob. Icon. p. 574. mala.

Ad muros vetustos, ad vias, in ruderatis, nec non in pascuis sterilibus, sylvaticisque montanis, hinc inde, frequens. ♃

930. **Inula Bifrons** L. Sp. p. 1236. DC. Prodr. 5. p. 465. — **Aster Bifrons** All. *Fl. ped.* 1. *p.* 197.

Ic. **Conyza latifolia viscosa** etc. Garid. Aix tab. 26. — Reichb. Pl. crit. tab. 346.

In sylvaticis alpium maritimarum *di Garezzo*, *Ormea* etc. secundum exemplaria herb. Viv. et H. R. Bot. Taurinensis, in alpibus *di Frontero* Traverso. ♂

Herba plus minus glandulosa, caule foliis pedunculisque laxe villosis, nudisve; foliola membranacea dentata decurrentia, vel cordato-semiamplectentia, lobis baseos obtusis cauli adnatis. Variat insuper caule simplici vel a basi ramoso ut in icone Garidelii.

931. **Inula hirta** L. Sp. p. 1239. DC. Prodr. 5. p. 468. Bertol. *Pl. genuens. p.* 193. Turio *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. **Aster hirtus** Scopol. Fl. carn. ed. 2. tab. 58. rudis.

In pascuis apricis collinis, montanisque frequens. ♃

Nonnisi uniflora mihi hucusque se praebuit.

932. **Inula Vaillantii** Vill. Hist. dauph. 3. p. 216. DC. Prodr. 5. p. 466. — **Aster Vaillantii** All. *Fl. ped.* 1. *p.* 196.

Ic. A. caule ramosissimo etc. Hall. Hist. 1. tab. 2.

In descensu alpium maritimarum secus Tanarum cl. Bertero, ex herb. Viviani. ♃

933. **Inula salicina** L. Sp. p. 1238. DC. Prodr. 5. p. 468. α. Turio *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. **Aster VI. austriacus IV.** Clus. Hist. 2. p. 15. rudior.

In sylvis collinis supra Genuam frequens. ♃

934. **Inula squarrosa** Bertol. *Pl. genuens. p.* 192. — **I. squarrosa** et

spiraeifolia L. Sp. p. 1238. et 1240. — I. Bubonium Turio *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. Aster Bubonium Scopol. Fl. carn. ed. 2. tab. 58. mala.

* simplex, caule simplici monocephalo, foliis e basi angustata obverse oblongis, vix acutis, dorso sparse villosulis, involucri foliolorum exteriorum appendice ovato-acuminata, acutave, subadpressa, ciliolato-scabrida, involucro hemisphaerico.

In pascuis apricis aridisve collinis, montanisque Liguriae australioris passim, varietas in monte *del Gazzo* supra *Sestri di Ponente.* ♃

Variat corymbo simplici, capitulis 3-6 pluribusve, et corymbo composito polycephalo. — Folia, e basi rotundata, oblonga, oblongo-obovata, ovato-oblonga, ovatave valde varia, ex apice obtuso, acutove valide mucronata, sed numquam acuminata! Caulis glaberrimus vel hispidulus, itidem de foliis quae glaberrima vix margine ciliolis brevibus praeter dentes aspera, et sparse hispidula, margine crebre ciliolato-aspera, et facie, sub lente, minute punctato-scabra, glandulosaque.

Varietas videtur fere hybrida proles huiusce speciei et I. salicinae: priori vero magis proxima, ulterius observanda.

955. Inula Britannica DC. Prodr. 5. p. 467. $\alpha$. — I. Britannica L. Sp. p. 1237. — Aster britannicus All. *Fl. ped.* 1. *p.* 197.

Ic. Britannica Dalech. Hist p. 1083.

In humidis Liguriae transapenninae Rosellini. ♃

956. Inula montana L. Sp. p. 1241. DC. Prodr. 5. p. 468. — Aster montanus All. *Fl. ped.* 1. *p.* 195.

Ic. A. montanus magno flore globoso Garid. Aix tab. 12.

In montanis apricis, sterilibusque Liguriae occidentalis frequens, in monte *del Gazzo* supra *Sestri* copiosissime. ♃

957. Inula graveolens DC. Prodr. 5. p. 468. $\alpha$. — Erigeron graveolens L. Sp. p. 1210. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 198. Turio *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. Conyza minor vera Lob. Icon. p. 346. mala. — Barrel. Icon. tab. 370. haud bona.

In arvis, olivetis, aridisve collinis, frequens. ①

3. LIMBARDA DC. Prodr. 5. p. 470.

938. **Inula crithmoides** L. Sp. p. 1240. DC. Prodr. l. c. — I. crithmifolia WILLD. BALB. *Addit. n.°* 47.

Ic. Crithmus chrysanthemus DOD. Purg. p. 438. bona.

In paludosis maritimis circa Albingaumum M. D. BERTI. ♄

939. **Inula viscosa** AIT. — DC. Prodr. 5. p. 470. BERTOL. *Pl. genuens p.* 192. — Erigeron viscosum L. Sp. p. 1209. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 198. TURIO *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. Conyza maior CLUS. Hist. 2. p. 20.

In ruderatis, ad muros vetustos, ad vias, locis aridis passim in regione olivetorum ♃ subinde ♄

Variat foliis remote dentatis, integrisve.

Ob structuram achenii et pappi omnino ad Inulas pertinet, nec Pulicaria.

CCXCII. PULICARIA GAERTN. — ENDL. Gen. n.° 2434.

940. **Pulicaria odora** REICHB. Fl. excurs. p. 239. DC. Prodr. 5. p. 479. — Inula odora L. Sp. p. 1236. — I. Oculus Christi TURIO *Pl. clavar. p.* 25. vix dubium!

Ic. Baccharis minor italica etc. BARREL. Icon. tab. 1145.

In pascuis apricis, saxosisve collium regionis olivetorum ubique. ♃

941. **Pulicaria dysenterica** GAERTN. — DC. Prodr. 5. p. 479. α. — Inula dysenterica L. Sp. p. 1237. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 192. TURIO *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. Conyza media LOB. Icon. p. 345.

In humidis secus vias, ad sepes, fossarum, rivulorumque margines etiam in montanis frequens. ♃

Folia subtus incana, facie superiore minute sub lente strigillosa, vel tantum punctis elevatis scabra, occurrit porro foliis, e basi cordata amplexicauli, oblongis, ovatis, obovatisve undulatis.

942. **Pulicaria vulgaris** GAERTN. — DC. Prodr. 5. p. 478. — Inula Pulicaria L. Sp. p. 1238.

In collibus Liguriae transapenninae ad vias et in arvis frequens ROSELLINI. ①

## CCXCIII. CONYZA Less. — Endl. Gen. n.° 2405.

**943.** Conyza ambigua DC. Prodr. 5. p. 381.

In ruderatis, ad muros vetustos, et in arvis in regione olivetorum frequens. ①

Facies fere **Erigeronis canadensis**, sed facile ab eo distinguitur. — E. canadense Turio *Pl. clavar.* sup. allat. forte et hanc speciem amplectitur.

## CCXCIV. PHAGNALON Cass. — Endl. Gen. n.° 2406.

**944.** Phagnalon sordidum DC. Prodr. 5. p. 396. — Conyza sordida L. Mant. — All. *Fl. ped.* 1. *p.* 176.

Ic. Chrysocome muralis etc. Barrel. Icon. tab. 277. et Stoechas citrina spuria etc. Barrel. Icon. tab. 368.

Ad rupes collium calidiorum secus litora hinc inde, *Capo di Noli*, Nicaeae, in insula Palmaria etc. ♄

**945.** Phagnalon saxatile Cass. — DC. Prodr. 5. p. 397. α. — Conyza saxatilis L. Sp. p. 1206. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 175.

Ic. Helichrysum saxatile singulari capitulo Bocc. Mus. tab. 104.

Iisdem in locis ac praecedens, sed multo magis frequens, et subinde etiam in collibus longe a litore distantibus. ♄

**946.** Phagnalon rupestre DC. Prodr. 5. p. 396. — Conyza rupestris L. Mant. ex Cod. Linn. n.° 6221.

Ad rupes et macerias circa *Porto Maurizio* M. D. Berti! Uneliae Traverso. ♄

Habitus praecedentis, sed differt foliolis involucri haud margine scariosis nec undulatis, obtusis, arcte adpressis, convexiusculis! folia bene evoluta, latiora et breviora, ac in Ph. saxatili, margine dentibus remotis, acutis praedita, facie tenuiter arachnoideo-tomentosa, petioli basi dilatata amplectente, subauriculata. Folia iuniora angustiora adparent ob margines insigniter revolutos. Specimina nostra exacte similia illis quae e Sardinia amice mihi communicata sunt a cl. Prof. Equite Morisio.

## CCXCV. MICROPUS L. — Endl. Gen. n.° 2421.

**947.** Micropus bombycinus Lag. — DC. Prodr. 5. p. 460.

In glareosis agri albingaumensis Cesati, Nicaeae Ill. Carrega. ①

28

### CCXCVI. EVAX Gaertn. — Endl. Gen. n.° 2420.

948. Evax pygmaea Pers. Syn. 2. p. 422. DC. Prodr. 5. p. 458. — Filago acaulis All. *Fl. ped.* 1. *p.* 171.

Ic. Gnaphalium umbellatum minimum Chabr. Sciagr. p. 372.

Nicaeae *al Lazzaretto* Rev. Montolivo, *Bordighiera* Panizzi. (T)

### CCXCVII. FILAGO Tourn. — Endl. Gen. n.° 2752.

949. Filago gallica L. Sp. p. 1312. DC. Prodr. 6. p. 248. Bertol. *lucubr. p.* 15. *n.*° 73. — Gnaphalium gallicum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 174.

Ic. Engl. bot. tab. 2369.

In arvis, pascuis sterilibus, ad litora et in collinis Liguriae australioris, valde frequens. (T)

950. Filago germanica L. Sp. p. 1311. DC. Prodr. 6. p. 247. β. δ.

In arvis et pascuis sterilibus secus litora, hinc inde. (T)

951. Filago pyramidata L. Sp. p. 1311. — F. germanica pyramidata DC. Prodr. 6. p. 247.

Iisdem locis ac praecedens. (T)

A F. germanica differt foliis oblongo-spathulatis, apice obtusis, callosisve, involucri foliolis exterioribus longe aristatis, aristis recurvis.

Cf. Parlatore Pl. nov. p. 9. et seq. quod ad expositionem specierum huiusce generis.

### CCXCVIII. GNAPHALIUM Don. — Endl. Gen. n.° 2746.

952. Gnaphalium luteo-album L. Sp. p. 1196. DC. Prodr. 6. p. 230. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 172.

Ic. Chrysocome citrina supina latifolia italica Barrel. Icon. tab. 367. potius mala.

In locis incultis, tum secus litora, cum in collibus transapenninis. (T)

953. Gnaphalium sylvaticum L. Sp. p. 1200. DC. Prodr. 6. p. 232. α. Turio *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. Scopol. Fl. carn. ed. 2. tab. 56. rudis.

In sylvaticis Apenninorum centralium, in montibus *di Dolcedo* Berti, Tendae Cesati, Albingaumi Traverso. ♃

CCXCIX. LEONTOPODIUM R. Br. — Endl. Gen. n.° 2769.

954. Leontopodium alpinum Cass. — DC. Prodr. 6. p. 275. — Gnaphalium Leontopodium Iacqu. — Filago Leontopodium L. Sp. p. 1312.
Ic. G. alpinum Clus. Hist. 1. p. 328.
In alpium maritimarum pascuis frequens. ♃
Occurrit caule vix pollicari monocephalo et elongato, palmari, spithameo 2-3-polycephalo.

CCC. ANTENNARIA R. Br. — Endl. Gen. n.° 2767.

955. Antennaria dioica Gaertn. — DC. Prodr. 6. p. 269. α. — Gnaphalium dioicum L. Sp. p. 1199. Turio *Pl clavar. p.* 25.
Ic. Elichrysum montanum, flore rotundiore Garid. Aix tab. 31.
In pascuis apricis montanis valde frequens. ♃

CCCI. HELICHRYSUM DC. — Endl. Gen. n.° 2741.

956. Helichrysum Stoechas DC. Prodr. 6. p. 182. — Gnaphalium Stoechas L. Sp. p. 1193. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 171? Turio *Pl. clavar. p.* 25?
Ic. Chrysocome media, seu Stoechas citrina et C. seu Stoechas citrina minor Barrel. Ic. tab. 409. 410. rudes.
In saxosis collium maritimorum Liguriae praesertim occidentalis. ♄

957. Helichrysum angustifolium DC. Prodr. 6. p. 183. — Gnaphalium angustifolium Lamck. — G. italicum Viv. *Fl. lib. spec. p.* 55. quod ad pl. ligusticam Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 274.
Ic. Chrysocome marina umbellata Barrel. Icon. tab. 1125.
Iisdem locis ac praecedens, sed multo frequentius, nec non in montanis aridioribus. ♄
Praecedenti simile, distinguitur capitulis, e basi angustiore, fere turbinatis, involucri foliolis exterioribus magis adpressis subfuscescentibus, quae in H. Stoechade e contra laxiora, valde convexa, ex quo capitula crassiora fere inflata, basi rotundata.

### Trib. VI.

## *ANTHEMIDEAE* Koch Syn. p. 365.

### CCCII. ARTEMISIA L. — Endl. Gen. n.° 2694.

958. Artemisia arborescens L. Sp. p. 1188. DC. Prodr. 6. p. 121.
Ic. Absinthium arborescens Lob. Icon. p. 753.
Ad rupes sub arce *di Noli* in Liguria occidua. ♄
Vix nisi foliorum segmentis angustioribus, magisque canescentibus, capitulis quidquam minoribus recedit ab A. arborescente regionum australiorum.

959. Artemisia Absinthium L. Sp. p. 1188. DC. Prodr. 6. p. 125. α. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 167. Turio *Pl. clavar. p.* 26.
Ic. Absinthium vulgare ponticum Ruellii Lob. Icon. p. 754.
In locis neglectis circa Sarzanam Chiappori, in agri novensis collinis Rosellini. ♃
Interdum colitur.

960. Artemisia camphorata Vill. Hist. dauph. 3. p. 242. DC. Prodr. 6. p. 121. Bellard. *App. p.* 243. — A. Lobelii All. *Fl. ped.* 1. *p.* 191. ex Synonym. — A. Abrotanum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 265. *et Auct. p.* 11???
Ic. Abrotanum odoratum humile etc. Lob. Icon. p. 869. — A. subcanescens Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* tab. 15.
In saxosis montium *di Rezzo* Berti, in aridis collinis novensibus Savignone, in Apenninis bobbiensibus Prof. Balsamo. ♄
Planta insigniter aromatica, saepe tota gallis onusta. Folia in eodem saepe exemplari glabra et canescentia.

961. Artemisia campestris L. Sp. p. 1185. DC. Prodr. 6. p. 96. α.
Ic. Absinthium inodorum Lob. Icon. p. 796. mala. — A. tenuifolia Chabr. Sciagr. p. 376.
In sterilibus secus litora nicaeensia Montolivo, Cesati, in collibus novensibus Rosellini, Savignone. ♃
Quandoque tota glutinosa.

962. Artemisia vulgaris L. Sp. p. 1188. DC. Prodr. 6. p. 113. Turio *Pl. clavar. p.* 26.

Ic. A. mater herbarum Lob. Icon. p. 764.

In locis neglectis humidisve ad fossas hinc inde, tum in montanis, cum in litoreis. ♃

Quandoque colitur.

Planta polymorpha sive foliorum forma, sive capitulorum magnitudine et dispositione.

CCCIII. TANACETUM L. — Endl. Gen. n.° 2696.

963. Tanacetum vulgare L. Sp. p. 1148. DC. Prodr. 5. p. 128. α.

Ic. T. Millefolii foliis Lob. Icon. p. 749.

Ad viarum latera circa Sarzanam Chiappori, in agro nicaeensi Rev. Montolivo; in Apennino Lig. orientalis Traverso. ♃

964. Tanacetum annuum L. Sp. p. 1183. excl. Syn. Mill. ex DC. Prodr. 6. p. 131. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 164.

Ic. Eliocryson sive aureus flos etc. Lob. Icon. p. 746.

In agro nicaeensi ex herb. H. R. Bot. Taurinensis. ①

CCCIV. PLAGIUS Herit. — Endl. Gen. n.° 2697.

965. Plagius virgatus DC. Prodr. 6. p. 135. — Balsamita virgata Desf. — Chrysanthemum discoideum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 190.

Ic. All. l. c. tab. 11. fig. 1.

In pascuis apricis, ad viarum latera, in agro nicaeensi frequens. ♂

CCCV. DIOTIS Desf. — Endl. Gen. n.° 2650.

966. Diotis candidissima Desf. — DC. Prodr. 6. p. 34. — Athanasia maritima L. — Balb. *Addit. n.°* 45. — Otanthus maritimus Link.

Ic. Gnaphalium Centunculus Chabr. Sciagr. p. 370.

In maritimis arenosis, *Porto Maurizio* Berti, Varigotti, Cesati, Albingaumi etc. frequens. ♃

CCCVI. SANTOLINA Tourn. — DC. Prodr. 6. p. 35.

967. Santolina Chamaecyparissus L. Sp. p. 1179. Willd. Sp. 3. p. 1797. Bertol. *Lucubr. n.°* 52. — S. Chamaecyparissus α. incana DC. Prodr. 6. p. 35.

Ic. Abrotanum foemina narbonensis Clus. Hist. 1. p. 342.

In saxosis secus litora albingaunensia, legit Hortul. H. B. Genuens. ♄

## CCCVII. ACHILLEA L. Gen. ed. Schreb. p. 568.

968. Achillea Ageratum L. Sp. p. 1264. DC. Prodr. 6. p. 27. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 180.

Ic. Ageratum septentrionalium et anglicum Lob. Icon. p. 489. mediocris.

In sterilibus maritimis agri nicaeensis, albingaunensis etc. frequens, in Liguria occidentali. ♃

969. Achillea tomentosa L. Sp. p. 1264. DC. Prodr. 6. p. 30.

Ic. Millefolium luteum Lob. Icon. p. 748.

In agro nicaeensi Rev. Montolivo, in aridis collium novensium Rosellini, in montanis supra Genuam. ♃

Variat ligulis croceis et luteis paullo minoribus.

970. Achillea Herbarota All. *Fl. ped.* 1. *p.* 180. — Ptarmica Herba-Rota DC. Prodr. 6. p. 22.

Ic. All. l. c. tab. 9. fig. 3.

In alpibus nicaeensibus *alla Madonna delle Finestre* Rev. Montolivo. Tendae ex herb. H. Bot. *Frontero*, et in alpibus albingaumensibus Traverso. ♃

971. Achillea macrophylla L. Sp. p. 1265. — Ptarmica macrophylla DC. Prodr. 6. p. 21.

Ic. Tanacetum inodorum leucanthum alpinum Barrel. Icon. tab. 991.

In pascuis montium Tendae Rev. Montolivo, in monte *Gottro* Liguriae orientalis Traverso. ♃

972. Achillea tanacetifolia β. purpurea et γ. stricta Koch Syn. p. 374. — A. stricta Schleich ex Koch.

In pascuis Apenninorum editiorum, secundum exemplaria herb. H. R. Bot. Taurinensis a celeberrimo Morisio communicata, in Apennino clavarensi et in alpibus *di Frontero*, *Triora*, et albingaumensibus Traverso. ♃

Facies fere Achillaeae Millefolii, distinguitur rachi foliorum alata crebre-dentata, dentibus iterum dentatis — Flores albi, ligulae subrotundae.

973. Achillea ligustica ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 181. DC. Prodr. 6. p. 26. α. TURIO *Pl. clavar. p.* 25. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 194.

Ic. ALL. l. c. tab. 53. fig. 2.

In pascuis, ad vias, et in locis neglectis regionis olivetorum valde frequens, raro in montanis. ♃

974. Achillea nobilis L. Sp. p. 1268. DC. Prodr. 6. p. 26.

Ic. Millefolium nobile TRAG. Hist. p. 476. ex Auct. cit.

In pascuis secus litora Liguriae occidentalis frequens, Nicaeae CESATI, *Albingaumi*, *Cogoleto* etc.: in collinis ditionis novensis ROSELLINI. ♃

975. Achillea Millefolium L. Sp. p. 1267. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 194. α. β. δ. TURIO *Pl. clavar. p.* 25. — A. setacea W. et KIT.

Ic. Millefolium vulgare ZANN. ist. tab. 143. — M. terrestre purpureis floribus LOB. Icon. p. 747. — Tanacetum minus albo Millefolii flore BARREL. Icon. tab. 992. rudis.

In pascuis, pratis, sterilibusque valde frequens. ♃

Modo plantarum ubique vulgatissimarum polymorpha! Ludit 1.° floribus albis, lacte-roseis, purpureis, ochroleucis, ligulis plus minus grandibus, involucri foliolis villosis, subglabrisve concoloribus, vel fusco-marginatis; 2.° caule simplici, vel supra medium ramoso, ramis omnibus corymbiferis; 3.° foliis villosis vel glabriusculis, pinnis distinctis, planis vel conduplicatis, subinde contiguis, segmentisve eorundem minutissimis, foliorum rachi angusta, vel demum, in pinguibus, insigniter dilatata, ast semper integra, qua nota ab A. tanacetifolia distinguitur.

## CCCVIII. ANTHEMIS L. Gen. ed. Schreb. p. 567.

976. Anthemis tinctoria L. Sp. p. 1263. DC. Prodr. 6. p. 11. α. et δ.

Ic. Chrysanthemum tanacetifolium fl. aureo italicum BARREL. Icon. tab. 465.

Ad vias et in arvis in Liguria transapennina frequens ROSELLINI, SAVIGNONE, in sterilibus collium genuensium hinc inde raro. ⊙

977. Anthemis Triumfetti ALL. Misc. Taur. — BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 2. *p.* 136. — Chamaemelum Triumfetti ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 187. — A. austriaca β. DC. Prodr. 6. p. 11.

Ic. Tanacetum montanum tenuifolium, flore candido BOCC. Mus. tab. 35.

In cultis secus Porciferam Chiappori, Berti, in convallibus Apennini et alpium maritimarum. (1)

Habitu insequenti accedit, sed ab ea facile differt receptaculi paleis illis Anthemidis tinctoriae fere similibus, sed paullo angustioribus, anguste lanceolatis, nervo crasso in mucronem rigidum abeunte; involucri foliolis angustioribus.

978. Anthemis altissima DC. Prodr. 6. p. 10. — A. altissima L. Mant. et A. Cota L. Sp. p. 1259. ex DC. l. c. — Chamaemelum Cota All. *Fl. ped.* 1. *p.* 184.

Ic. Lamck. Ill. tab. 683. fig. 1.

In arvis secus litora, et in collibus Liguriae novensis hinc inde, tum cum in montanis Apennini et alpium maritimarum. (1)

979. Anthemis arvensis L. Sp. p. 1261. DC. Prodr. 6. p. 6. Turio *Pl. clavar. p.* 26.

* Litoralis, caule diffuso, ramis procumbentibus sublignosis tortuosisve, basi saepe purpurascentibus, superne foliisque plus minus pubescentibus, canescentibusve.

In arvis et locis sterilibus frequens, varietas secus litora passim. (1)

In varietate paleae receptaculi plerumque ex apice eroso-mucronatae, sed et in A. arvensi genuina similes occurrunt, cum qua structura acheniorum ad unguem congruit. — An huc A. australis Willd? —

980. Anthemis incrassata Lois. Not. p. 129. et Fl. gall. ed. 2. 2. p. 256. DC. Prodr. 6. p. 6. — A. nicaeensis Willd. Sp. 3. p. 2182. ex DC. l. c.

In sterilibus circa Nicaeam ex herb. H. Bot. Taurinensis. (1)

981. Anthemis Cotula L. Sp. p. 1261. — Maruta Cotula DC. Prodr. 6. p. 13. *α.*

Ic. Chamaemelum foetidum, sive Cotula foetida Chabr. Sciagr. p. 363. rudis. — A. arvensis annua erecta etc. Mich. Nov. pl. gen. tab. 30. fig. 4.

Frequens in ruderatis et in pinguioribus in omni Liguria. (1)

Receptaculum apice tantum paleaceum, vel basi tantum nudum. Herba graveolens.

982. Anthemis montana L. Sp. p. 1261. DC. Prodr. 6. p. 8. *α.* — Chamaemelum montanum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 87. et *Auct. p.* 12.

Ic. Absinthium montanum Columx. Phytob. ed. neap. p. 24. caule simplici, capitulo quam in nostra minore. — A. montana, flore Chamaemeli Chabr. Sciagr. p. 375. fere eadem ac icon Columnae sed rudior.

In alpibus nicaeensibus *della Madonna delle Finestre* Rev. Montolivo, et in montibus Tendae secundum herb. H. bot. taurinensis. ♃

983. Anthemis mixta L. Sp. p. 1260. — Chamaemelum mixtum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 185. Ormenis mixta DC. Prodr. 6. p. 16.

Ic. A. maritima lanuginosa annua etc. Mich. Nov. pl. gen. tab. 30. fig. 1.

In udis secus litora valde frequens, Nicaeae, Savonae, Albingauni, ad Spediam. ①

Subinde tota glabra.

984. Anthemis parthenioides Bernh. ex DC. Prodr. 6. p. 7.

In sterilibus circa Sarzanam legit Hortulanus H. R. botan. genuens. Traverso. ♃

An forte ab hortis migrata? — Capitula semiplena, receptaculum totum paleaceum! paleis subspathulatis, linea fusca longitud. notatis.

Caeterum Pyrethro Parthenio adeo similis, ut sine receptaculi inspectione ab eo vix distingui possit.

CCCIX. ANACYCLUS L. gen. ed. Schreb. p. 567.

985. Anacyclus radiatus Lois. Fl. gall. ed. 1. p. 582. α. DC. Prodr. 6. p. 16. α. — Chamaemelon valentinum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 187. ex parte.

In aridis secus litora albingaunensia Cesati. ①

986. Anacyclus valentinus L. Sp. p. 1258. DC. Prodr. 6. p. 16. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 165. — Anthemis valentina Turio *Pl. clavar. p.* 26?

Ic. Chrysanthemum valentinum Clus. Hist. 1. p. 332.

In agro nicaeensi secundum specimina herbarii H. bot. taurinensis. ①

Ab A. radiato, ligulis brevissimis vix involucrum excedentibus, paleis inferioribus praesertim apice pilis longiusculis barbatis distinguitur.

987. Anacyclus pedunculatus Pers. Syn. 2. p. 465. DC. Prodr. 6. p. 16.

In fossis urbis Genuae Viviani ex eiusdem herbario. ①. Planta advena?

CCCX. MATRICARIA L. — Endl. Gen. n.° 2669.

988. Matricaria Chamomilla L. Sp. p. 1256. DC. Prodr. 6. p. 51. — Anthemis nobilis Turio *Pl. clavar. p.* 26?

Ic. A. vulgatior sive Chamomilla Lob. Icon. p. 770.

In pascuis aridioribus, ruderatis, in alveo torrentium. ①

989. Matricaria inodora L. Fl. suec. ed. 2. p. 765. DC. Prodr. 6. p. 52. α. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 192. — Chrysanthemum inodorum L. Sp. p. 1253.

Ic. Fl. dan. tab. 696.

In montibus Tendae Rev. Montolivo, in valle albingaunensi Traverso, in alveo Porciferae prope Genuam. ①

Achenia inter angulos rugosa, statim sub pappo coroniformi glandulis duabus instructa.

CCCXI. CHRYSANTHEMUM DC. — Endl. Gen. n.° 2671.

990. Chrysanthemum segetum L. Sp. p. 1254. DC. Prodr. 6. p. 64. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 191.

Ic. Lob. Icon. p. 552.

In cultis regionis olivetorum vulgare. ①

991. Chrysanthemum coronarium L. Sp. p. 1254. DC. Prodr. 1. p. 64. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 191.

Ic. C. creticum Clus. Hist. 1. p. 355

In cultis prope *Porto Maurizio* Berti, *S. Remo* Panizzi, Genuae in fossis urbis. ①

CCCXII. PYRETHRUM Gaertn. — Endl. Gen. n.° 2670.

992. Pyrethrum alpinum Willd. Sp. 3. p. 2153. DC. Prodr. 6. p. 54. — Chrysanthemum alpinum L. Sp. p. 1253.

Ic. Leucanthemum alpinum Clus. Hist. 1. p. 335.

β. pubescens Duby Bot. gall. p. 272. foliis omnibus cauleque incano-tomentosis.

Ic. Chamaemelum montanum incanum Barrel. Icon. tab. 457. icon sistit plantam glaberrimam!

In montibus editioribus comitatus nicaeensis Rev. Montolivo, ex herb. H. R. bot. taurinensis. ♃

Varietas β. saepe commutatur cum Ch. tomentoso Lois., quod ab hoc differt foliis omnibus 3-5-partitis, pedunculis brevioribus.

993. Pyrethrum ceratophylloides Willd. En. pl. H. Berol. p. 905. DC.

Prodr. 6. p. 56. — Chrysanthemum ceratophylloides All. *Fl. ped.* 1. *p.* 190.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 37. fig. 1.

In montibus nicaeensibus Rev. Montolivo, in alpibus *di Frontero* Traverso. ♃

994. Pyrethrum corymbosum Willd. Sp. 3. p. 2155. DC. Prodr. 6. p. 57. Bertol. *Pl. genuens. p.* 193. *α.*

Ic. Tanacetum inodorum Clus. Hist. 1. p. 338.

In pascuis collinis montanisque vulgatissimum. ♃

995. Pyrethrum Achilleae DC. Prodr. 6. p. 57. — P. corymbosum *β.* Bertol. *Pl. genuens. p.* 193.

Ic. Parthenium foliis tenuissimis, Achilleae caesuris Mich. Nov. pl. gen. tab. 29.

In collibus sarzanensibus. ♃

996. Pyrethrum Parthenium Smith. Engl. fl. 3. p. 452. DC. Prodr. 6. p. 58. *α.*

Ic. Matricaria nostras Lob. Icon. p. 751. bona.

In cultis montanis ditionis novensis Rosellini, Cambiaggi, *Monternaggio, Antola* Berti. ♃

Receptaculum semper nudum etiam in culto, et in varietate flosculosa, quam ex agro lugdunensi obtinui a clar. viris Aunier et Roffavier. — Occurrit glabrum et pubescenti-incanum.

997. Pyrethrum Myconis Moench — DC. Prodr. 6. p. 61. *α.* — Chrysanthemum Myconis L. Sp. p. 1254. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 191.

Ic. Jacqu. Observ. tab. 94.

In arvis, vineisque in tota regione olivetorum passim. ①

998. Pyrethrum Tanacetum DC. Prodr. 6. p. 63. — Tanacetum Balsamita L. Sp. p. 1184.

Ic. Costus hortorum Lob. Icon. p. 322.

Ad vallis *Andorae* ostium in Lig. occidua cl. Cesati. ♃

CCCXIII. LEUCANTHEMUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 2667.

999. Leucanthemum vulgare Lamck. — DC. Prodr. 6. p. 46. — Chrysanthemum Leucanthemum L. Sp. p. 1251.

Ic. **Bellis maior sive Consolida media vulnerariorum** Lob. Ic. p. 478.

* **coronopifolium**, foliis inferioribus profunde dentato-subpinnatifidis, dentibus porrectis valde inaequalibus, receptaculo ambitum versus villosulo, acheniis omnibus nudis.

In pascuis montanis collinisque, varietas in pascuis agri sarzanensis. ♃

**1000.** **Leucanthemum montanum** DC. Prodr. 6. p. 48. — **Chrysanthemum montanum** L. Sp. p. 1252.

Ic. Jacqu. Observ. tab. 91.

In pascuis collinis et secus litora frequentissimum. ♃

Ab antecedente facile differt acheniis radii pappo coroniformi dentato instructis, caeterum variat simplex monocephalum, vel ut plurimum ramosum polycephalum, pedunculis longe nudis, glabrum vel villosulum.

Trib. VII.

*SENECIONIDEAE* Koch Syn. p. 380.

CCCXIV. DORONICUM L. — Endl. Gen. n.° 2802.

**1001.** **Doronicum austriacum** Jacqu. — DC. Prodr. 6. p. 321. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 131.

Ic. **D. VII. austriacum III.** Clus. Hist. 2. p. 19. bona.

In sylvaticis montanis Apennini et alpium maritimarum frequens Berti Savignone. ♃

**1002.** **Doronicum Pardalianche** L. Sp. p. 1247. α. DC. Prodr. 6. p. 320. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 134. 135.

Ic. **Doronicum latifolium** Clus. Hist. 2. p. 16.

In sylvis Apennini ligustici et clavarensis, bobbiensis. ♃

CCCXV. ARONICUM Neck. — Endl. Gen. n.° 2801.

**1003.** **Aronicum scorpioides** Koch Syn. p. 383. DC. Prodr. 6. p. 319. partim.

Ic. **D. IV. styriacum** Clus. Hist. 2. p. 17.

In sylvis montanis nicaeensibus Rev. Montolivo. ♃

In exemplari quod obtinui a praestantissimo Botanico mox laudato, folia radicalia ovata: caeteris characteribus quadrat cum **A. scorpioide** Kochii.

**1004.** Aronicum Clusii Koch Syn. p. 382. α. δ. — Arnica Clusii All. *Fl. ped.* 1. *p.* 205. — Aronicum Doronicum DC. Prodr. 6. p. 319.
Ic. All. l. c. tab. 17. fig. 1.
In alpibus maritimis editioribus, *alla Madonna delle Finestre*, ex herb. H. bot. taur., *Viossene* Traverso. ♃

CCCXVI. ARNICA L. — Endl. Gen. n.° 2800.

**1005.** Arnica montana L. Sp. p. 1245. α. DC. Prodr. 6. p. 317.
Ic. Doronicum VI. pannonicum Clus. Hist. 2. p. 18.
In pascuis montanis vulgo. ♃
Variat 1 et 3 cephala.

CCCXVII. SENECIO Less. — Endl. Gen. n.° 2811.

**1006.** Senecio vulgaris L. Sp. p. 1216. DC. Prodr. 6. p. 341. Bertol. *Pl. genuens. p.* 191. Turio *Pl. clavar. p.* 25.
Ic. S. sive Erigeron Lob. Icon. p. 225.
In ruderatis, hortis, arvis, passim. ①

**1007.** Senecio viscosus L. Sp. p. 1217. DC. Prodr. 6. p. 342.
Ic. Erigeron tomentosum alterum Lob. Icon. p. 226.
In montanis sterilioribus aridisve, vulgatissimus, in omni Liguria et agro nicaeensi. ①

**1008.** Senecio gallicus Vill. Hist. dauph. 3. p. 230. DC. Prodr. 6. p. 346.
Ic. Iacobaea minor Abrotani foliis Barrel. Icon. tab. 262.
In agro nicaeensi Rev. Montolivo, Bonnaz. ①

**1009.** Senecio rupestris W. et Kit. Bergam. *Git. Apenn. l. c. p.* 275. — S. laciniatus Bertol. *rar. dec. IV. in Amoen. p.* 102. et *Lucubr. p.* 29. — S. nebrodensis, glabratus DC. Prodr. 6. p. 350.
Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 402.
In Apenninis bobbiensibus, *Antola*, *Bogleglio* etc. Balsamo, Berti, in Apenninis clavarensibus. Traverso. ♃

**1010.** Senecio Iacobaea L. Sp. p. 1219. DC. Prodr. 6. p. 350. α. δ. Turio *Pl. clavar.* p. 25?
Ic. Iacobaea Senecio etc. Lob. Icon. p. 227. rudis.
In pascuis montanis collinisque supra Genuam. ♃

**1011.** Senecio erucaefolius Huds. — DC. Prodr. 6. p. 351. α.

Ic. Iacobaea incana repens Barrel. Icon. tab. 153.

In locis incultis ad Portum Mauritium Berti, in agro novensi supra *Serravalle* Cambiaggi. ♃

Acheniis omnibus hispidulis a praecedente facile dignoscitur.

**1012.** Senecio erraticus Bertol. *Rar. dec. III. in Amoen. p.* 92. DC. Prodr. 6. p. 349.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 538.

Ad fossas et locis humentibus, secus litora utriusque Liguriae, nec non in montanis. ♃

Senecio aquaticus, quod sciam, in Liguria non provenit, et ab hoc differt acheniis muricato-scabris.

**1013.** Senecio Fuchsii Gmel. — DC. Prodr. 6. p. 353. α.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 466.

In sylvaticis supra *Dolcedo* in Lig. occid. Berti, in valle albingaunensi Traverso, in montibus supra Genuam. ♃

**1014.** Senecio Doronicum L. Sp. p. 1222. DC. Prodr. 6. p. 357. α.

Ic. Dorónicum II. austriacum I. Clus. Hist. 2. p. 17.

In pascuis montium editiorum supra Genuam valde frequens. ♃

**1015.** Senecio aurantiacus DC. Prodr. 6. p. 361. γ. — Cineraria alpina All. *Fl. ped.* 1. *p.* 203. — C. aurantiaca Hopp.

Ic. All. l. c. tab. 38. fig. 2.

In montibus nicaeensibus *di Clauso* Rev. Montolivo, in alpibus ditionis albingaunensis Traverso. ♃

Insequenti affinis, distinguitur, caeteris omissis, flosculis aurantiacis.

**1016.** Senecio campestris DC. Prodr. 6. p. 361. α. — Cineraria campestris Retz.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 252. 253.

In montibus nicaeensibus *di Clauso* Rev. Montolivo, in alpibus editioribus albingaunensibus Traverso. ♃

**1017.** Senecio Balbisianus DC. — Totus arachnoideo-tomentosus, caule crasso, fistuloso, in sicco fortiter striato, foliis . . . . . . caulinis superioribus, e basi rotundata semiamplexicauli, oblongis, obtusis, fortiter dentatis, undulatis, summis lineari-oblongis, integris; corymbo amplo, po-

lycephalo, fastigiato, pedunculis inferioribus, ex axilla foliorum ortis, longissimis, 1-2-3-cephalis, bracteolatis, bracteolis subulatis, omnibusque sulcatis; involucri ecalyculati foliolis circiter 30 triangulo-acuminatis, flosculis numerosissimis, ligulis 20 circiter, foliolis involucri longioribus, oblongo-obovatis, emarginato-obtuse tridentatis, quadrinerviis; acheniis glabris, costatis, costis alterne maioribus, pappo candido corollarum tubum aequante. — S. Balbisianus DC. Prodr. 6. p. 360. — Cineraria longifolia All. *Fl. ped.* 1. *p* 203.

Ad lacum *d'Entracluse* in alpibus nicaeensibus Rev. Montolivo. ♃

Planta bipedalis, et forte procerior, caule digitum crasso, capitulis amplis. — Ex sententia cl. Prof. Equit. Morisii cum Senecione crispato DC. — Cineraria crispa Iacqu. coniungendus.

**1018.** Senecio Cineraria DC. Prodr. 6. p. 355. — Cineraria maritima L. Sp. p. 1244. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 203. Bertol. *Pl. genuens. p.* 91. Turio *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. Marina Iacobaea Lob. Icon. p. 227. rudis.

Ad muros vetustos, rupesque secus litora passim; in montibus nicaeensibus ad rupes, Tendam versus, hinc inde. ♃ fere ♄

**1019.** Senecio Persoonii. — S. incanus, italicus Pers. Syn. 2. p. 435. DC. Prodr. 6. p. 356? saltem ex probabili coniectura.

In montibus *di Nava* Lig. occid. M. D. Berti. ♃

A S. parvifloro et incano differt 1.° acheniis pubescentibus; 2.° statura maiori plusquam palmari; 3.° involucri ecalyculati, squamis apice minime sphacelatis etc. — Ob achenia puberula accedit ad S. leucophyllum, sed ab hoc quoque plurimis momentis differt, nempe foliis pinnatifidis, segmentis confertis subimbricatis, 3-5-fidis, laciniis obtusis, involucri squamis haud apice sphacelatis, pappo corollae tubo vix aequali, statura multo minore. — Ligulae desunt in specimine quod nunc ad manus est.

**1020.** Senecio parviflorus All. *Fl. ped.* 1. *p.* 200. DC. Prodr. 6. p. 357. Ic. All. l. c. tab. 49. fig. 3. vix mediocris.

In pascuis editis alpium nicaeensium *della Madonna delle Finestre* Rev. Montolivo, et ex herb. H. R. bot. taurinensis. ♃

### Trib. viii.

## *CALENDULACEAE* Koch. Syn. p. 391.

### CCCXVIII. CALENDULA Neck. — Endl. Gen. n.° 2822.

**1021.** Calendula arvensis L. Sp. p. 1303. Koch Syn. p. 371. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 188.

Ad margines agrorum, viarumque, in arvis, hortis, locis neglectis ad muros vulgatissima, in Liguria australiore et transapennina. (1)

Planta polymorpha: caulis dichotome ramosus, folia caulina, e basi rotundata vel cordata, semiamplexicaulia, oblonga, oblongo-obovata, ovato-oblonga, ovatave, plerumque apice mucronata, superiora versus sensim minora, summa lanceolata. Involucri foliola margine membranacea, lanceolato-acuminata, ligulis duplo breviora. Receptaculum areolis magnis ellipticis, rotundatisve albicantibus, ambitum versus, notatum. Achenia exteriora subtriquetra, elongata, rostrata, incurvata, facie sub apice et basi breviter ad latera in alam producta, dorso subquadrifariam aculeata: interiora ob marginem chartaceum latum incurvum, obovato-subhemisphaerica, dorso costa prominula echinulata, muricatave instructa, intima seu centralia annulata, dorso transverse striata, muricatave, echinulis confluentibus. — Caeterum variat caule et ramis erectis vel diffusis, foliisque glanduloso-pubescentibus viscidulis vel glabriusculis, margine tantum et nervo medio ciliolatis, acheniis glabratis, villosulis, incanisve, exterioribus involucro multo vel vix longioribus.

Num planta nostra referenda sit ad C. arvensem DC. Prodr. 6. p. 452, vel ad siculam eiusdem operis p. 453. definire nequeo, plura utriusque habet, et forte utrasque colligit

## Subordo II.

## CYNAROCEPHALAE Koch Syn. p. 392.

### Trib. IX.

### *ECHINOPSIDEAE* Cass. — Koch l. c.

### CCCXIX. ECHINOPS L. — Endl. Gen. n.° 2847.

**1022.** Echinops Ritro L. Sp. p. 1314. DC. Prodr. 6. p. 524. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 143.

α. vulgaris DC. l. c. — Ic. Ritro floribus coeruleis Lob. Icon. 2. p. 8. planta contracta. — Echinops minor Chabr. Sciagr. p. 351.

β. tenuifolius DC. l. c. — E. tenuifolius Fisch.

Secus litora Liguriae occidentalis infra Savonam, ad Nicaeam usque, hinc inde: β. in aridis collinis ditionis novensis et in agro nicaeensi ♃

**1023.** Echinops sphaerocephalus L. Sp. p. 1314. DC. Prodr. 6. p. 524. α. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 143.

Ic. Echinopus Chabr. Sciagr. p. 351.

In montibus *di Rezzo* Liguriae occidentalis M. D. Berti. ♃

### Trib. X.

### *CARDUINEAE* Koch Syn. l. c.

### CCCXX. CIRSIUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 2887.

**1024.** Cirsium lanceolatum Scopol. Fl. carn. ed. 2. 2. p. 130. DC. Prodr. 6. p. 636. α. — Cnicus lanceolatus Willd. — Bertol. *Pl. genuens. p.* 189. — Carduus lanceolatus L. Sp. p. 1149. Turio *Pl. clavar. p.* 24.

Ic. Engl. bot. tab. 107.

In ruderatis, locis sterilioribus, ad vias, in torrentium alveo hinc inde, haud rarum. ♂

**1025.** Cirsium ferox DC. Fl. fr. et Prodr. 6. p. 637. α. — Cnicus ferox All. *Fl. ped.* 1. *p.* 155.

Ic. All. l. c. tab. 50.

In montibus nicaeensibus Rastoin et ex herb. H. bot. taurinensis. ♂

**1026.** Cirsium echinatum DC. Fl. fr. et Prodr. 6. p. 638. — Cnicus echinatus Willd. Sp. 3. p. 1668.

In montibus *di Rezzo* Liguriae occidentalis legit M. D. Berti. ♂

Capitula fere C. lanceolati, folia autem C. eriophori, nentiquam decurrentia: pulchra planta.

**1027.** Cirsium eriophorum Scopol. Fl. carn. ed. 2. 2. p. 130. Koch Syn. p. 393. — C. spatulatum et C. eriophorum DC. Prodr. 6. p. 635. 638. — Carduus eriophorus L. Sp. p. 1153. — Carduus ciliatus Turio *Pl. clavar. p.* 24?

Ic. Carduus eriocephalus Dod. Purg. p. 445. Capitula parva, sed icon desumpta fuisse videtur e planta nondum ad anthesim perducta.

In locis incultis, saxosis, dumetosisve montanis, vulgare. ♂

Ni Cirsium Eriophorum genuinum nunquam viderim, cum cl. Koch eriophorum et spathulatum unam constituere speciem existimo. Squamae involucri primum apice vix dilatatae, dein sensim sensimque plus minusve ad apicem in appendicem subrhombeam spina terminatam, latere utrumque scariosam, et saepissime ciliato-subspinulosam ampliantur. Appendix ipsa nunc plana, nunc fere cochleariformis apice valde incurva; folia pariter multum variant ut et tota planta, quoad dimensiones, et colorem et spinas, sed haec omnino e loco pendent.

**1028.** Cirsium arvense Scopol. Fl. carn. ed. 2. 2. p. 126. DC. Prodr. 6. p. 643. α. β. — Cnicus arvensis Smith. — Bertol. *Pl. genuens. p.* 189. — Serratula arvensis L. Sp. p. 1149. Turio *Pl. clavar. p.* 24.

Ic. Ceanothos Theophrasti Columm. Ecphr. tab. 45.

In arvis collinis, locisque incultis, frequens. ♃

Folia concoloria, vel subtus incana.

**1029.** Cirsium monspessulanum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 152. DC. Prodr. 6. p. 644. α.

Ic. C. monspessul. folio longo glabro Chabr. Sciagr. p. 346.

In pascuis humidis et ad fossas in depressis secus Varum Nicaeae, Albingauni, in alveo torrentium supra *Porto Maurizio* Berti. ♃

Folia plerumque integra, plus minusve in caulem decurrentia.

**1030.** Cirsium palustre Scopol. Fl. carn. ed. 2. 2. p. 128. DC. Prodr. 6. p. 645. — Carduus palustris L. Sp. p. 1151.

Ic. Engl. bot. tab. 974.

Ad rivulos in montanis supra Genuam et in reliquo Apenninorum tractu, vulgare. ♃

**1031.** Cirsium spinosissimum Scopol. Fl. carn. ed. 2. 2. p. 129. DC. Prodr. 6. p. 648. — Carduus spinosissimus L. Sp. p. 1157. — Cnicus spinosissimus Willd.

Ic. C. foliis caulinis etc. Hall. helv. tab. 5.

In pascuis udis editarum alpium maritimarum. ♃

**1032.** Cirsium glutinosum Lamck. — DC. Prodr. 6. p. 649. — Cnicus Erisithales L. Sp. p. 1157.

Ic. Iacqu. Observ. tab. 17. bona.

In pascuis montanis udis nec non sylvaticis Apennini et alpium maritimarum abunde. ♃

**1033.** Cirsium tricephalodes DC. Fl. fr. ex Prodr. 6. p. 649. β. (excl. ic. Fl. ped.) — C. rivulare All. *Auct. p.* 10. et C. carniolicum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 149. non Scopol. ex ips. All.

Ic. Carduus Personata All. l. c. tab. 35.

Ad rivulos in montanis editis Apennini genuensis et savonensis frequens, et in alpibus maritimis. ♃

Sumitur a nonnullis pro Cirsio purpureo.

Capitula in nostro plerumque bina, alte pedunculata, caeterum simile specimini quod ex alpibus valderiis dono dedit egregius D. Delponte, in quo tria et brevissima pedunculata. Icon citata All. satis apte adcommodatur plantae nostrae, et ab eodem Allionio serius citata est ad hanc speciem. Cf. Auct. p. 10. n.° 537.

**1034.** Cirsium acaule All. *Fl. ped.* 1. *p.* 153. DC. Prodr. 6. p. 652. α. β. — Cnicus acaulis Willd. — Bertol. *Pl genuens. p.* 189. Turio *Pl. clavar. p.* 24. sub Carduo.

Ic. Carduus acaulis etc. Lob. Icon. 2. p. 5. bona.

In pascuis montanis et collibus editioribus passim. ♃

Promiscue in ipsismet locis se praebet caule fere nullo vel palmari, simplici, ramosove, 1-2-3-4-cephalo, foliis cauleque glabris, vel caule et foliis ad costam villis longis, fuscis, articulatis, plus minusve copiosis vestitis.

**1035.** Cirsium bulbosum DC. Fl. fr. et Prodr. 6. p. 650. — C. tuberosum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 151. — C. medium All. l. c. p. 149. non Gouan.

Ic. ALL. *Fl. ped.* tab. 49. — **Carduus bulbosus monspeliensium** LOB. Icon. 2. p. 10. forma pumila (Cnicus pygmaeus VIV. herb.)

In pascuis collinis *ai Camaldoli* supra Genuam, in montibus Liguriae occidnae, vulgo. ♃

CCCXXI. PICNOMON LOB. — ENDL. Gen. n.° 2886.

**1056.** Picnomon Acarna CASS. — DC. Prodr. 6. p. 634. RCHB. *Fl. excurs p.* 287. — Cnicus Acarna L. Sp. p. 1158.

Ic. Chamaeleon salmanticensis Clusii LOB. Icon. 2. p. 17.

In agro nicaeensi, ex herb. H. R. bot. taurin. ☉

CCCXXII. SILYBUM VAILL. — ENDL. Gen. n.° 476.

**1057.** Silybum marianum GAERTN. — DC. Prodr. 6. p. 616. — Carduus marianus L. Sp. p. 1153

Ic. Silybum etc. LOB. Icon. 2. p. 7.

Genuae in ruderatis, in reiectamentis hortorum raro, Nicaeae el. CESATI. ⚇

CCCXXIII. CARDUUS KOCH Syn. p. 400.

**1058.** Carduus tenuiflorus DC. Prodr. 6. p. 626. α. β. γ. - Carduus pycnocephalus BERTOL. *Pl. genuens. p.* 189. TURIO *Pl. clavar. p.* 626.

Ic. C. acanthoides CHABR. Sciagr. p. 350. mala. — JACQ. H. Vind. tab. 44.

In ruderatis frequens. ⚇

Res variae in hac planta alae caulis et folia quae pro loco plus minus ampla. Achenia ante maturitatem sulcata, matura longitudinaliter lineata.

**1059.** Carduus DeCandollei MORETTI *Dec. II. in Giorn. Fis. Chim. St. nat. p.* 45. DC. Prodr. 6. p. 625. — C. litigiosus BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 2. *p.* 99. — C. intricatus RCHB. *Fl. excurs. p.* 281. — C. acanthoides TURIO *Pl. clavar. p.* 24!

Ic. BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 1. tab. 12. bona

In pascuis montanis Apennini, usque ad maris oram, frequentissime. ♂

Multis sub formis se prodit, prout in loco pinguiori vel sterili, aprico vel opaco crescit, capitula ludunt plus minusve grandia, eorumdem foliola involucri interiora purpurascentia vel non, plus minusve patentia, folia indumento, divisione, armis quidem varia, sed semina et pappus in omnibus eadem.

**1060.** Carduus arctioides WILLD. Sp. p. 3. p. 1656. DC. Prodr. 6. p. 627.

Ic. Cirsium arctioides SCOPOL. Fl. carn. ed. 2. 2. tab. 53. mala.

In pascuis montanis *Antola* SAVIGNONE, BERTI, in monte *Chiappa* CESATI. ♃

**1041.** Carduus defloratus DC. Prodr. 6. p. 628. β. δ. ε.

Ic. C. summanus POLLIN. Fl. veron. 2. tab. 10. variet. foliis haud pinnatifidis.

In pascuis montanis editioribus. ♃

Species mire varians, foliis plus minusve longe secus caulem decurrentibus, subinde tantum amplexicaulibus, sessilibus, dentatis, duplicatove-dentatis, ciliato-spinulosis, vel pinnatifido-dentatis, subpinnatifidisve, ambitu ciliato-spinulosis, segmentis bilobis dentatisve, spina paullo longiore terminatis: caule simplici, vel 2-3-cephalo.

**1042.** Carduus carlinaefolius LAMCK. — DC. Prodr. 6. p. 627.

In montibus *di Garezzo* Liguriae occiduae legit BERTI. ♃

**1043.** Carduus leucographus ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 145. — Tyrimnus leucographus CASS. — DC. Prodr. 6. p. 617.

Ic. ALL. l. c. tab. 73.

In agro nicaeensi Rev. MONTOLIVO. ①

**1044.** Carduus nutans L. Sp. p. 1150. DC. Prodr. 6. p. 621. α.

Ic. Onopyxus amplo capite BARREL. Icon. tab. 1116.

*Alla Castellana* ad Spediae sinus ROSELLINI, in montibus *di Garezzo* BERTI: in monte *del Bracco* secus viam vulgaris. ♂

## CCCXXIV. GALACTITES MOENCH. — ENDL. Gen. n.° 2879.

**1045.** Galactites tomentosa MOENCH. — DC. Prodr. 6. p. 616. — Centaurea Galactites L. Sp. p. 1300. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 163. TURIO *Pl. clavar. p.* 26. — C. elegans ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 163. ex eiusd. *Auct. p.* 11.

Ic. Carduus Galactites I. BAUH. Hist. 2. p. 54. — ALL. l. c. tab. 49.

In agris, ad vias, locisque incultis secus litora utriusque Liguriae, frequentissima. ♂

## CCCXXV. LAPPA TOURN. — ENDL. Gen. n.° 2892.

**1046.** Lappa tomentosa ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 144. DC. Prodr. 6. p. 661. — Arctium Lappa β. L. Sp. p. 1143.

Ic. Arction montanum LOB. Icon. p. 587. vix mediocris.

In monte *Antola* legit D. BERTI, in monte *Gottro* et rel. Apenn. Lig. orientalis TRAVERSO. ♂

**1047. Lappa minor** DC. Fl. fr. et Prodr. 6. p. 661. — **Arctium Lappa** α. L. Sp. p. 1143. TURIO *Pl. clavar. p.* 24.

Ic. L. maior, Bardana LOB. Icon. p. 588.

In locis incultis, ad sepes, viarum latera, locis montanis frequens. ♂

TRIB. XI.

*CARLINEAE* KOCH Syn. p. 405.

CCCXXVI. CARLINA TOURN. — ENDL. Gen. n.° 2859.

**1048.** Carlina subacaulis DC. Fl. fr. et Prodr. 6. p. 645. excl. γ. δ. — C. acaulis L. Sp. p. 1160. KOCH Syn. p. 405. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 190? — C. caulescens TURIO *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. C. leucantha et C. altera DOD. Pempt. p. 727.

In pascuis montanis Apennini et alpium maritimarum vulgatissima. ♃

Variat acaulis, subacaulis et caulescens.

C. acaulis BERTOL. et TURII forte C. simplicem quoque amplectitur.

**1049.** Carlina simplex W. et K. — KOCH Syn. p. 405! — C. aggregata WILLD. Sp. 3. p. 1694. ex KOCH.

Ic. W. et KIT. Pl. hung. tab. 152. (Bibl. DE RAINER)

In pascuis montanis supra Genuam cum praecedente abunde. ♃

Planta nostra omnino eadem ac C. simplex auctorum citatorum ex collatione speciminum a cl. KOCHIO et DE RAINER obtentorum, differt a subacauli foliolis involucri interioribus lanceolatis vix basi attenuatis, nec linearibus, brevioribusque, bracteis exterioribus amplis parce incisis, spinosisque capitulum superantibus, segmenta foliorum ut plurimum grandiora illis C. subacaulis, sed valde variant.

**1050.** Carlina acanthifolia ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 156. DC. Prodr. 6. p. 545. (excl. C. Utzka JACQU.) BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 1. *p.* 135.

Ic. ALL. *Fl. ped.* 1. tab. 51.

In pascuis collinis, montanisque Apennini bobbiensis BALSAMO, agri nicaeensis RASTOIN, supra *Porto Maurizio* BERTI. ♃

A C. Utzka JACQU. certe nostra differt, ex specimine in Istria collecto a

cl. Tommasini et mecum communicato ab amiciss. De Rainer, palearum receptaculi aristis lateralibus apice incrassatis, setis radiorum pappi 7-9-subpedatis, longius basi invicem connatis, quae in C. Utzka 12. 15. et ultra, basi brevius connatae et breviores etc.

**1051**. Carlina lanata L. Sp. p. 1160. DC. Prodr. 6. p. 546. *α*. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 156.

Ic. C. flore purpureo rubente patulo Garid. Aix tab. 23.

Secus litora, in ruderatis, Nicaeae, *Porto Maurizio*, frequens. ①

**1052**. Carlina corymbosa L. Sp. p. 1160. DC. Prodr. 6. p. 547. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 156.

Ic. Atractylis hispanica tenuifolia, flore luteo Barrel. Icon. tab. 594. rudis.

In dumetosis collium Liguriae maritimae ubique frequens, nec non ad litora. ①

**1053**. Carlina vulgaris L. Sp. p. 1161. DC. Prodr. 6. p. 546. Bertol. *Pl. genuens. p.* 190. Turio *Pl. clavar. p.* 24. — C. longifolia Viv. *Nov. spec. ad Fl. lib. calc. p.* 68.

Ic. Carduus vulgatissimus viarum Lob. Icon. 2. p. 20.

In pascuis aridis, sylvaticisque praesertim montanis, vulgatissima. ♂

Variat simplex vel ramosa, corymbosaque, foliis lanuginosis vel subglabris.

CCCXXVII. ATRACTYLIS L. — Endl. Gen. n.° 2860.

**1054**. Atractylis cancellata L. Sp. p. 1162. DC. Prodr. 6. p. 550. — Acarna cancellata All. *Fl. ped.* 1. *p.* 153.

Ic. Cardui parvi genus Chabr. Sciagr. p. 356.

In aridis ad *Villafranca* prope Nicaeam Montolivo, Rastoin. ①

CCCXXVIII. STAEHELINA DC. — Endl. Gen. n.° 2858.

**1055**. Staehelina dubia L. Sp. p. 1176. DC. Prodr. 6. p. 544. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 174. Bertol. *Pl. genuens. p.* 190. Turio *Pl. clavar. p.* 25.

Ic. Stoechas citrina altera inodora Lob. Icon. p. 486. — S. foliis linearibus etc. Gerard. Fl. gallo-pr. tab. 6. foliis angustissimis.

In saxosis collium calidiorum utriusque Liguriae *Monte Gazzo*, *Portofino*, *Capo di Noli* etc. Nicaeae copiose. ♄

### Trib. XIII.

## *SERRATULEAE* Koch Syn. p. 406.

### CCCXXIX. SERRATULA DC. — Endl. Gen. n.° 2897.

**1056.** Serratula tinctoria L. Sp. p. 1144. DC. Prodr. 6. p. 667. — Carduus tinctorius *α. β.* All. *Fl. ped.* 1. *p.* 148.

Ic. Serratula Lob. Icon. p. 534.

In pascuis et sylvaticis montanis frequens. ♃

**1057.** Serratula nudicaulis DC. Fl. fr. et Prodr. 6. p. 669. — Centaurea nudicaulis L. Sp. p. 1300.

Ic. C. calycibus squamosis etc. Gerard. Fl. gallo-provinc. p. 187. tab. 7.

In montibus Tendae cl. Boissier, ex speciminibus in herb. cl. Prof. Balsamo. ♃

### CCCXXX. RHAPONTICUM DC. — Endl. Gen. n.° 2894.

**1058.** Rhaponticum scariosum Lamck. — DC. Prodr. 6. p. 664. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 160. Bellard. *Addit. n.°* 246.

Ic. R. capitatum folio Enulae Lob. Icon. p. 288.

*β.* lyratum DC. l. c. — C. lyrata Bellard.

In montibus Tendae ex herb. H. R. bot. taurinensis: *β.* ibidem ex herb. Viviani sub nomine Cnici centauroidis.

### CCCXXXI. LEUZEA DC. — Endl. Gen. n.° 2895.

**1059.** Leuzea conifera DC. Fl. fr. et Prodr. 6. p. 665. — Centaurea conifera L. Sp. p. 1294. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 161. — Centaurea rhapontica Turio *Pl. clavar. p.* 26???

Ic. Stoebe pinea amplo capite Barrel. Icon. tab. 138.

In pascuis aridioribus collium Liguriae occidentalis, a Nicaea ad Savonam usque, hinc inde. ①

Quid pro Centaurea rhapontica sibi sumserit cl. Turius vix divinandum, synonymon eiusdem huc ex probabili coniectura trahi potest.

TRIB. XIII.

*CENTAURIEAE* KOCH Syn. p. 408.

CCCXXXII. CARDUNCELLUS ADANS — ENDL. Gen. n.° 2877.

**1060.** Carduncellus monspeliensium ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 154. DC. Prodr. 6. p. 614.
Ic. C. montis lupi LOB. Icon. 2. p. 20.
In montibus nicaeensibus *di Lucerame* RASTOIN. ♃

CCCXXXIII. KENTROPHYLLUM NECK. — ENDL. Gen. n.° 2874.

**1061.** Kentrophyllum lanatum DC. et Dub. Bot. gall. p. 293. DC. Prodr. 6. p. 610. — Carthamus lanatus L. Sp. p. 1163.
Ic. Atractylis LOB. Icon. 2. p. 13.
In ruderatis, locis sterilibus, vulgo. ①

CCCXXXIV. CRUPINA CASS. — ENDL. Gen. n.° 2870.

**1062.** Crupina vulgaris CASS. — DC. Prodr. 6. p. 565. — Centaurea Crupina L. Sp. p. 1285. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 157.
Ic. Condrilla rara purpurante flore etc. LOB. Icon. p. 231.
In sterilibus secus litora, et in pascuis collinis, frequens. ①

CCCXXXV. CENTAUREA LESS. — ENDL. Gen. n.° 2871.

1. IACEA KOCH Syn. p. 409.

**1063.** Centaurea amara L. Sp. p. 1292. DC. Prodr. 6. p. 569. α. β. γ. δ. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 196. TURIO *Pl. clavar. p.* 26.
Ic. Cyanus repens LOB. Icon. p. 548. mala.
In pascuis collinis, montanisque ubique. ♃
Planta valde ludibunda.

**1064.** Centaurea Iacea canescens, caule foliisque valde canescentibus, inferioribus oblongo-obovatis, mediis superioribusque sensim decrescentibus oblongis, mucronatis, integris.
In agro nicaeensi ex herb. H. R. bot. taurinensis. ♃
Foliola involucri inferiora appendicula ciliata donata.

**1065.** Centaurea nigrescens WILLD. Sp. 3. p. 2288. KOCH Syn. p. 410. — C. transalpina SCHL. DC. Prodr 6. p. 571.

β. capitata flosculis omnibus aequalibus KOCH l. c.

In pascuis tum in humilioribus, cum in montanis, vulgaris. ♃

**1066.** Centaurea procumbens BALB. *Misc. alt. p.* 31. DC. Prodr. 6. p. 572.

Ic. BALB. l. c. tab. 1.

In apricis montium nicaeensium MONTOLIVO, et ex herb. H. bot. taurinensis. ♃

**1067.** Centaurea phrygia L. Sp. p. 1287. DC. Prodr. 6. p. 573. α.

Ic. Iacea IV. cap. villoso CLUS. hist. 2. p. 7. inepta.

In pascuis editis alpium maritimarum vulgatissima. ♃

Interdum simplex monocephala, sed foliis haud incano-tomentosis a sequente distingui potest.

**1068.** Centaurea uniflora L. Mant. ex Cod. Linn. n.° 6586. DC. Prodr. 6. p. 573.

Ic. Cyanus alpinus etc. BOCC. Mus. 1. tab. 2.

In pascuis editis montium Tendae. ♃

**1069.** Centaurea montana L. Sp. p. 1286. DC. Prodr. 6. p. 578. α. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 195. TURIO *Pl. clavar. p.* 26. — C. axillaris WILLD. — C. seusana VILL. — C. Triumphetti BERGAM. *Git. apenn. l. c. p.* 275.

Ic. Cyanus maior etc. LOB. Icon. p. 548.

In pascuis montanis vulgo. ♃

Foliola involucri nigro marginata vel non: folia lanceolata, lineari lanceolata, elongata, linearia, oblonga, obverse oblonga, integra omnia, vel radicalia caulinaque inferiora profunde remoteque dentata, plus minus lanuginoso-incana, vel floccosa. Caulis simplex 1-cephalus vel 2-3-cephalus, palmaris vel pedalis. — Non video qua ratione C. Triumphetti ex Apennino bobbiensi ab hac specie differat.

**1070.** Centaurea Cyanus L. Sp. p. 1289. DC. Prodr. 6. p. 578. TURIO *Pl. clavar. p.* 26.

Ic. Cyanus vulgaris LOB. Icon. p. 546

In arvis vulgo. ①

**1071**. Centaurea Cineraria L. Sp. p. 2290. β. DC. Prodr. 6. p. 580.

Ic. Iacea montana candidissima etc. Moris Hist. sect. 7. tab. 26. fig. 20.

In sterilibus ad *Villafranca* prope Nicaeam Rev. Montolivo. ♃

A C. cinerea Lamck. (C. Cineraria All.) differt involucri foliolis glabris, foliis caulinis inferioribus mediisque bipinnatifidis, laciniis linearibus, obtusis.

**1072**. Centaurea paniculata L. Sp. p. 1289. DC. Prodr. 6. p. 583. α. β. γ. Bertol. *Pl. genuens. p.* 195. Turio *Pl. clavar. p.* 26. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 159. β.

Ic. Centaurii maioris species tenuifolia Chabr. Sciagr. p. 345. rudis.

In ruderatis, pascuis collinis, montanisque, et ad rupes secus litora passim. ♃

Lusus huiusce speciei innumeri et vix verbis describendi! Ad rupes in litoreis faciem alienam mentitur, habitu robustiore, foliis crassioribus lyrato-pinnatifidis, subinde glabris, capitulis rotundioribus, appendice foliolorum involucri breviore, breviusve ciliata. Folia in omnibus varietatibus impresso-punctata, adversus lucem pellucido-punctata, foliola involucri 5-nervia.

**1073**. Centaurea aplolepa Morett. *Bot. ital. n.°* 2. *p.* 21. — C. aplolepis DC. Prodr. 6. p. 584. — C. rupicola Badar. *Pl. sicc.* Rchb. *Fl. excurs. p.* 212.

Ic. Moretti l. c. tab. 3. optima!

In collibus aridioribus Liguriae occidentalis, valde frequens. ♃

Valde affinis praecedenti, eiusdem habitum referens, facile tamen distinguitur, involucri foliolis ovatis, acutis, mucronatis, margine anguste scariosis, integris, vel tenuiter denticulatis, ciliolatisve. Reliquis partibus valde variat, caule gracili, elongato, subsimplici, vel diffuso, lanato, vel glabrescente, segmentis foliorum plus minusve angustis.

**1074**. Centaurea Scabiosa L. Sp. p. 1291. DC. Prodr. 6. p. 580. α. γ. δ. Bertol. *Pl. genuens. p.* 196. Turio *Pl. clavar. p.* 26.

Ic. Engl. Bot. tab. 56.

In arvis et pascuis aridis collinis, etiam in editioribus. ♃

Divisione prae ceteris foliorum et forma segmentorum eorundem valde ludibunda. Anthodia glabra aut pubescentia, quandoque solito multo minora.

**1075.** Centaurea collina L. Sp. p. 1298. DC. Prodr. 6. p. 588. α. Balb. *Misc. bot. p.* 39.

Ic. Iacea luteo flore Clus. Hist. 2. p. 8. mala.

In agris collinis circa Genuam Viviani, ex eiusdem herbario. ♃

Trib. xiv.

*CALCITRAPA* Koch Syn. p. 414.

**1076.** Centaurea melitensis L. Sp. p. 1297. Moris Fl. sard. 2. p. 448. DC. Prodr. 1. p. 593. — C. apula DC. Prodr. l. c.

Ic. Iacea melitensis etc. Bocc. Sic. tab. 35.

In litore albingaunensi Traverso. ①

Capitula solitaria, involucra arachnoideo-tomentosa.

**1077.** Centaurea solstitialis L. Sp. p. 1297. DC. Prodr. 6. p. 594. α. Turio *Pl. clavar. p.* 26.

Ic. Spina solstitialis Lob. Icon. 2. p. 12.

In incultis collium transapenninorum Rosellini, in agro sarzanensi copiose. ①

**1078.** Centaurea Calcitrapa L. Sp. p. 1297. DC. Prodr. 6. p. 597. α. β. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 162. Turio *Pl. clavar. p.* 26.

Ic. Carduus stellatus Dod. Purg. p. 448.

In ruderatis, secus litora, in alveo torrentium passim. ♂

Caulis subinde glaber, et folia suprema simplicia: spinae longitudine variae, quandoque in capitulis axillarum inferiorum longissimae, rigidiores, capitulis ipsis abortientibus.

**1079.** Centaurea Ponzini DC. Cat. h. monsp. p. 91. n.° 60. Prodr. 6. p. 597.

In cultis secus Porciferae alveum, alibique Genuae. ①

Habitus Calcitrapae, sed achenia disci pappo brevi instructa, et spinae foliolorum involucri minus validae, sed numerosiores ac in illa.

**1080.** Centaurea aspera L. Sp. p. 1296. DC. Prodr. 6. p. 599. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 161. Bertol. *Pl. genuens. p.* 196. Turio *Pl. clavar. p.* 26.

Ic. Stoebe linifolia, capite spinoso BARREL. Icon. tab. 308.

In sterilibus secus litora valde frequens. ♃

Spinae foliolorum involucri in iisdem locis, et nonnumquam in ipsis exemplaribus variant validae, divergentes, vel minutae convergentes.

TRIB. XV.

*XERANTHEMEAE* KOCH Syn. p. 414.

CCCXXXVI. XERANTHEMUM TOURN. — ENDL. Gen. n.° 2850.

**1081**. Xeranthemum cylindraceum SIBTH. et SMITH. — DC. Prodr. 6. p. 529.

Ic. REICHB. Pl. crit. tab. 641.

In apennino clavarensi TURIO ex herb. VIVIANI. ①

Ab insequente facile differt involucri foliolis exterioribus obtusis dorso lanuginosis.

**1082**. Xeranthemum radiatum LAMCK. — DC. Prodr. 6. p. 528. — X. annuum ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 178. exc. syn. IACQU.

Ic. Ptarmica austriaca LOB. Icon. p. 545.

In agro nicaeensi ad *Utelle* Rev. MONTOLIVO. ①

SUBORDO III.

CICHORACEAE IUSS. — KOCH Syn. p. 415

TRIB. XVI.

*SCOLYMEAE* KOCH l. c.

CCCXXXVII. SCOLYMUS CASS. — ENDL. Gen. n.° 2965.

**1083**. Scolymus hispanicus L. Sp. p. 1143. DC. Prodr. 7. p. 76. VIV. *Ann. bot.* 2. *p.* 180. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 208. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 188. TURIO *Pl. clavar. p.* 23. S. maculatus ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 207. excl. Syn.

Ic. S. Theophrasti Eryngium luteum etc. LOB. Icon. 2. p. 6.

In ruderatis, ad vias secus litora passim. ♃

Scol. maculatus inter fines Florae ligusticae desideratur; Synonymon ALLIONII ex verbis ALLIONII ipsius, *Scolymi seminibus aristas duas inesse*, huc spectare satis elucet.

TRIB. XVII.

## *LAMPSANEAE* KOCH Syn. p 415.

### CCCXXXVIII. LAMPSANA VAILL. — ENDL. Gen. n.° 2967.

**1084**. Lampsana communis L. Sp. p. 1141. DC. Prodr. 7. p. 79. α. γ. TURIO *Pl. clavar. p.* 24.

Ic. Lampsana LOB. Icon. p. 207.

In locis incultis plerumque umbrosis, et ad sepes, in sylvaticis collinis montanisque. (I)

### CCCXXXIX. RHAGADIOLUS TOURN. — ENDL. Gen. n.° 2970.

**1085**. Rhagadiolus stellatus DC. Prodr. 7. p. 77. α. β. γ. — Lampsana stellata L. Sp. p. 1141. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 206. — L. Rhagadiolus L. l. c.

Ic. Hieracium narbonense falcatum LOB. Icon. p. 240. forma foliis inferioribus tantum dentatis.

In arvis, pascuis sterilioribus. (I)

Folia inferiora variant dentata, dentato-sinuata, vel lyrata: achenia omnia glabra vel interiora puberula.

TRIB. XVIII.

## *HYOSERIDEAE* KOCK. Syn. p. 416.

### CCCXL. CATANANCHE TOURN. — ENDL. Gen. n.° 2976.

**1086**. Catananche coerulea L. Sp. p. 1142. DC. Prodr. 6. p. 83. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 207. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 187. TURIO *Pl. clavar. p.* 23

Ic. Chondrillae species DOD. Purg. p. 454. bona

In herbosis collium passim. (I)

### CCCXLI. CICHORIUM TOURN. — DC. Prodr. 7. p. 83.

**1087**. Cichorium Intybus L. Sp. p. 1142. DC. Prodr. 7. p. 84. TURIO *Pl. clavar. p.* 24.

Ic. Seris Picris et Cichorium sativum LOB. Icon. p. 238. 239.

β. divaricatum DC. l. c.

Vulgare in locis incultis, vel in arvis: β. Nicaeae ad litora maris ♃

CCCXLII. HYOSERIS Juss. — DC. Prodr. 7. p. 79.

**1088.** Hyoseris microcephala Cass. — DC. Prodr. 1. p. 79. — Rhagadiolus scaber All. *Fl. ped.* 1. *p.* 226.

Ic. Hieracium minus supinum Tragopogoni capitulis Bocc. Mus. tab. 206.

In pascuis aridis secus litora nicaeensia Rev. Montolivo. ⊙

Sequente multo minor, differt pedunculis brevibus, valde incrassatis, apice ac involucri basis fere latioribus, foliis pedunculis longioribus, rosulato-patentissimis. Recte Reich. (Fl. excurs. p. 250.) *humilis, depressa, vix aliquid scabri!*

**1089.** Hyoseris radiata L. Sp. p. 1137. DC. Prodr. 7. p. 79. Bertol. *Pl. genuens. p.* 186. Turio *Pl. clavar. p.* 24. — Rhagadiolus stellatus All. *Fl. ped.* 1. *p.* 227.

Ic. Taraxacum saxatile Bocc. Mus. tab. 106.

Ubique ad agrorum margines, muros, rupes ♃

Pro loco valde variat.

CCCXLIII. HEDYPNOIS DC. Prodr. 7. p. 81.

**1090.** Hedypnois cretica Koch Syn. p. 417. — H. monspeliensis β. Bertol. *Pl. genuens. p.* 186. — Rhagadiolus creticus et Hedypnois All. *Fl. ped.* 1. *p.* 226. — H. cretica, polymorpha, pendula DC. Prodr. 7. p. 81. 82. — Hyoseris Hedypnois Viv. *Ann. bot.* 2. *p.* 179.

Ic. Hieracium facie Hedypnois Lob. Icon. p. 239. — H. laciniflora Viv. *Fl. lib. spec.* tab. 17. fig. 2.

In sterilioribus secus litora a Nicaea ad Spediam, valde frequens. ⊙

Cl. Reichb. in Fl. excursoria (p. 249) plures Hedypnois species proposuit, nempe H. monspeliensem, creticam, pendulam, mauritanicam, tubaeformem, rhagadioloidem, furfuraceam, crepidiformem, quae forsan varietates eiusdem typi sunt, prout ex vivis et multis in locis observatis speciminibus indicium ferre licet. Characteres alicuius momenti nec folia, nec pedunculi, nec involucri foliola praebent, et revera pedunculi in ipsismet individuis ludunt subcylindrici et incrassato-clavati fistulosive, foliola involucri glabra aut setulosa, caulis glaberrimus vel hirtulus, ramosus, diffusus, subnullusve, folia ciliata vel undique pubescentia, forma admodum varia, integra, dentata, pinnatifidaque, superiora in plantis e

pingui loco ortis solito latiora, basi rotundata amplectentia, integra, dentatave. Anthodia ante anthesim nutantia vel non, fructifera erecta vel nutantia. Achenia in omnibus varietatibus semper eadem. — Ipse acutissimus Prof. Eques Morisius nullos adesse characteres pro distinguendis superius allatis speciebus admonet ( Fl. sard 2. p. 509 ).

CCCXLIV. TOLPIS Bivon — DC. Prodr. 7. p. 85.

**1091**. Tolpis altissima Pers. Syn. 2. p. 377. DC. Prodr. 7. p. 86. — Crepis ambigua Balb. *Diss. p.* 4. — T. virgata Balb. — Bertol. *Rar. dec. I. in Amoen. p.* 67.
Ic. Balb. *Diss.* tab. 1.
In vineis, olivetisque Liguriae orientalis circa *Sestri Ponente* ad Spediam usque, vulgatissima. ①

**1092**. Tolpis umbellata Bertol. *Rar. dec. I. p.* 66. DC. Prodr. 7. p. 86.
Ic. Hieracium calyce barbato Column. Ecphr. 2. p. 27.
In graminosis, plerumque secus viarum margines, in utriusque Liguriae maritimis vulgatissima. ①
Flores subinde atro-purpurei, adnotante iamdudum cl. Bertoloni; foliola involucri exterioris involucrum proprium plerumque excedentia. Caulis pro loco vel aetate simpliciusculus vel ramosissimus.

Trib. xix.

*LEONTODONTEAE* Koch Syn. p. 417.

CCCXLV. THRINCIA Roth. — DC. Prodr. 7. p. 99.

**1093**. Thrincia tuberosa DC. Prodr. 7. p. 100. α. — Apargia tuberosa Willd. — Bertol. *Pl. genuens. p.* 182. — Picris tuberosa All. *Fl. ped.* 1. *p.* 210. — Leontodon tuberosum L. Sp. p. 1123. — Turio *Pl. clavar. p.* 23. — Apargia bulbosa Balb. *Misc. alt. p.* 26.
Ic. Chondrilla altera Dioscoridis etc. Lob. Icon. p. 232.
In pascuis sterilioribus, locis saxosis ruderatisque, frequens. ♃

**1094**. Thrincia hirta Koch Syn. p. 417. Bertol. *Pl. genuens. p.* 183. — T. hirta et Leysseri DC. Prodr. 7. p. 99. 100.
Ic. Dens leonis foliis hirsutis Zannich. Ist. tab. 185. fig. 1.
In pascuis montanis, ad limina maris usque, frequens. ♃

CCCXLVI. LEONTODON L. Gen. ed. Schreb. p. 529. Koch Syn. p. 418.

**1095.** Leontodon autumnalis L. Sp. p. 1133. — Oporinia autumnalis Don. ex DC. Prodr. 7. p. 108. α. β.

Ic. Hieracium minus praemorsa radice Chabr. Sciagr. p. 321. satis bona.

In pascuis alpium maritimarum Berti, Montolivo. ♃

Variat statura palmari, pedali, et paullo ultra, caule monocephalo vel ramoso 2-3-4-cephalo, ramis paniculato-corymbosis.

**1096.** Leontodon pyrenaicus Gouan. Illustr. p. 55. — L. squamosum Lamck. — DC. Prodr. 7. p. 101.

Ic. Picris saxatilis All. *Fl. ped.* tab. 14. fig. 4. — Gouan. l. c. tab. 22. fig. 1. 2.

In montibus editioribus agri nicaeensis Rev. Montolivo, Cesati; in montibus Liguriae orientalis Viv. herb.; in alpibus *Triora, Frontero* etc. Traverso. ♃

**1097.** Leontodon hastilis L. Sp. p. 1123. Kock Syn. p. 419. excl. δ. — Apargia hispida Willd. Bertol. *Pl. genuens. p.* 183. α. β. optima! — L. hastile et hispidum DC. Prodr. 7. p. 102. Avé Lallem. *de quibusd. pl. ital. p.* 18.

Ic. Picris danubialis All. *Fl. ped.* tab. 70. fig. 3. — L. proteiforme Vill. Hist. dauph. tab. 24. — Hieracium VIII. folio Hedypnoidis Clus. Hist. 2. p. 142. satis bona.

In pascuis passim. ♃

Plantae adeo polymorphae varietates pro loco innumerae vix describi merentur; admonere sufficiat eam reperiri omnino glabram in pascuis fertilioribus praesertim.

**1098.** Leontodon Villarsii Lois. Fl. gall. ed. 1. p. 514. DC. Prodr. 7. p. 103. — Picris hirta All. *Fl. ped.* 1. *p.* 210. ( ex DC. l. c. excl. tamen L. crispo Vill. )

Ic. L. hirtum Vill. Hist. dauph. tab. 25. icon potius mala.

In collibus aridis Liguriae occidentalis herb. Vivianii. ♃

A sequente facile differt pappo exteriore e setis brevibus scabris, interiore e basi lineari plumoso.

**1099.** Leontodon crispus Vill. Hist. dauph. 3. p. 84. DC. Prodr. 7. p. 103. — L. hydnocarpon Viv. herb.!!

Ic. Vill. l. c. tab. 25.

In pascuis aridis, saxosisve frequentissima. ♃

Pulchra species!

CCCXLVII. PICRIS Iuss. — DC. Prodr. 7. p. 128.

**1100.** Picris hieracioides L. Sp. p. 1115. DC. Prodr. 7. p. 128. α. β. Bertol. *Pl. genuens. p.* 184. Turio *Pl. clavar. p.* 23.

Ic. Hieracium asperum Moris sect. 7. tab. 4. fig. 4. 5.

Ad vias, locis incultis, subinde in pascuis, vulgo. ♂

**1101.** Picris sprengeriana Lamck. — DC. Prodr. 7. p. 129. — P. pauciflora Balb. *Miscell. alt. p.* 27? — Crepis sprengeriana All. *Fl. ped. n.*° 810?

Ic. Iacqu. H. Schoenbr. tab. 144. ex DC.

In locis incultis circa Nicaeam Cesati, Albingaumi etc. secus litora. ①

CCCXLVIII. HELMINTHIA Iuss. — Endl. Gen. n.° 300.

**1102.** Helminthia echioides Gaertn. — DC. Prodr. 7. p. 132. α. β. Bertol. *Pl. genuens. p.* 185. — Picris echioides L. Sp. p. 1114. α. Turio *Pl. clavar. p.* 23. — Crepis echioides All. *Fl. ped.* 1. *p.* 222.

Ic. Buglossum echioides luteum etc. Lob. Icon. p. 573. satis bona.

In ruderatis, agris, vineis in regione olivetorum vulgatissima. ①

CCCXLIX. UROSPERMUM Scopol. — DC. Prodr. 7. p. 116.

**1103.** Urospermum Dalechampii Desf. — DC. Prodr. 7. p. 116. (excl. Icon. Barrel.) — Tragopogon Dalechampii L. Sp. p. 1110. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 229. Turio *Pl. clavar. p.* 24. — Arnopogon Dalechampii Willd. — Bertol. *Pl. genuens. p.* 181.

Ic. Hedypnois monspessulana Chabr. Sciagr. p. 323.

In pascuis Liguriae maritimae ubique frequens. ♂. ♃

**1104.** Urospermum picroides Desf. — DC. Prodr. 7. p. 116. α. β. — Tragopogon picroides L. Sp. p. 1111. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 229. Turio *Pl. clavar. p.* 24. — Arnopogon picroides Willd. — Bertol. *Pl. genuens. p.* 181.

Ic. Sonchus asper, laciniatus, creticus C. Bauh. Prodr. p. 60.

In agris, vineis, olivetis passim. ①

TRIB. XX.

*SCORZONEREAE* KOCH Syn. p. 422.

CCCL. GEROPOGON L. — DC. Prodr. 7. p. 111.

**1105.** Geropogon glabrum L. Sp. p. 1109. DC. Prodr. l. c. — ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 229.
Ic. IACQU. H. Vind. tab. 33.
In collibus prope *S. Remo* RASTOIN, in agro nicaeensi secund. specim. herb. H. bot. taurin. Uneliae frequens. ①

CCCLI. TRAGOPOGON DC. Prodr. 7. p. 112.

**1106.** Tragopogon crocifolius L. Sp. p. 1110. DC. Prodr. 7. p. 114. α. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 228.
Ic. T. crocifol. montanum COLUMN. Ecphr. p. 230.
In montanis nicaeensibus CESATI, MONTOLIVO. ♂

**1107.** Tragopogon porrifolius L. Sp. p. 1110. DC. Prodr. 7. p. 113. BERTOL. *Lucubr. p.* 13. *n.°* 63. BELLARD. *App. p.* 241.
Ic. Engl. bot. tab. 638.
In cultis ad feritorem, Genuae in olivetis agri ueliensis vulgaris.
Specimina ad feritorem lecta hominem fere alta, exhibent involucrum 8-10-12-phyllum, quo affinitas cum T. maiore magis magisque elucet.

**1108.** Tragopogon pratensis L. Sp. p. 1109. DC. Prodr. 7. p. 113. α.
Ic. Tragopogon CHABR. Sciagr. p. 331.
In pascuis praeprimis montanis abunde. ♂. ♃
Folia e basi dilatata, attenuata, recta, vel apice contorta.

CCCLII. SCORZONERA DC. Prodr. 7. p. 117.

**1109.** Scorzonera hispanica KOCH Syn. p. 425. β. et γ. — S. glastifolia WILLD. Sp. 3. p. 1499. — S. montana MUT. DC. Prodr. 7. p. 121. — S. hispanica ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 228? — S. graminifolia ALL. l. c. ? excl. Syn. L. et IACQU.
In montibus Liguriae occiduae, et in collibus ueliensibus vulgaris TRAVERSO. ♃
Planta valde variabilis, Achenia muricata.

Icon Iacquinii Observ. tab. 100. ab All. sub Scorzonera graminifolia adducta plantam exhibet a nostra omnino diversam, caule simplici ad capitulum usque folioso.

**1110.** Scorzonera humilis L. Sp. p. 1112. DC. Prodr. 7. p. 120. Rchb. Fl. excurs. p. 275.
Ic. S. humilis latifolia pannonica II. Clus. Hist. 2. p. 138.
β. austriaca DC. l. c. S. angustifolia Gaud. Syn. Fl. helv. ex specimine a cl. Monnard.
Ic. S. humilis angustifolia pannon. III. Clus. Hist. 2. p. 138. huc bene quadrat, radicis collo comoso.

In pascuis montium supra Genuam, frequens. ♃

Radix in utraque varietate ad collum fibris fuscis comata, ut in citato specimine angustifolio a cl. Monnard.

**1111.** Scorzonera plantaginea Schleich. Pl. sicc. — Rchb. Fl. excurs. p. 275. DC. Prodr. 7. p. 119.

In pascuis montanis *alla Guardia* Rosellini, in Apenninis *di Praggia, Sassello*, vulgatissima, in agro nicaeensi. Berti. ♃

Radix ad collum nuda et hinc S. austriaca Syn. Fl. helv. e specimine a cl. Monnard.

Folia variant e forma elliptico-late-lanceolata usque ad linearem.

**1112.** Scorzonera tenuifolia Schrad. — DC. Prodr. 7. p. 120. — S. austriaca Balb. *Misc. alt. p.* 24. excl. Syn.

In montibus *di Frontero* et *Triora* Lig. occid. ♃

Character involucri a celeb. Balbisio in Observ. l. c. optime expositus, nempe squamae involucri exteriores elongatae, acuminatae, margine membranaceae. — Folia longissima, angusta, valde attenuata, achenia ad angulos muricata, radix collo nuda.

**1113.** Scorzonera hirsuta L. Mant. II. ex Cod. Linn. n.° 5796. DC. Prodr. 7. p. 124. — Geropogon hirsutum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 229. — Hieracium capillaceum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 214. *ex Auct. p.* 12.
Ic. All. *Fl. ped.* tab. 31. fig. 3.

In collibus circa Nicaeam Cesati, Bonnaz. ♃

### CCCLIII. PODOSPERMUM DC. Prodr. 7. p. 110.

**1114.** Podospermum calcitrapifolium DC. Prodr. 7. p. 110. — Scorzonera resedifolia Bell. *App. p.* 35.

Ic. Tragopogon Resedae min. fol. etc. Barrel. Icon. tab. 800.

In montanis agri bobbiensis et nicaeensis Cesati, in Liguria occidua Viv. herb. ♃

**1115.** Podospermum laciniatum β. muricatum DC. Prodr. 7. p. 111. — Scorzonera muricata Balb. *Misc. alt. p.* 25. — S. laciniata All. *Fl. ped.* 1. *p.* 228.

Ic. Tragopogon laciniatis foliis Columx. Phytob. ed. neap. p. 21. huc omnino spectare videtur tum ex icone, cum ex descriptione, in qua caulis asper describitur.

γ. subulatum DC. Prodr. l. c.

In agris transapenninis novensibus Rosellini, in collibus uneliensibus vulgatiss. Traverso, γ. in montanis nicaeensibus Rev. Montolivo. ♂

TRIB. XXI.

## *HYPOCHOERIDEAE* Koch Syn. p. 426.

### CCCLIV. SERIOLA L. — DC. Prodr. 7. p. 95.

**1116.** Seriola aethnensis L. Sp. p. 1139. DC. Prodr. 7. p. 95. Bertol. *Pl. genuens. p.* 186. Turio *Pl. clavar. p.* 24. — S. urens All. *Fl. ped.* 1. *p.* 230. Turio *Pl. clavar. l. c.*

Ic. Iacqu. Observ. tab. 79. — All. *Fl. ped.* tab. 29. fig. 1.

In pascuis, ad muros, in regione olivetorum passim. ①

Ludit pro loco caule simpliciusculo vix palmari et ramosissimo pedali et ultra, foliis capitulisve plus minusve grandibus.

### CCCLV. HYPOCHAERIS L. Gen. ed. Schreb. p. 533.

**1117.** Hypochaeris helvetica Iacqu. Willd. Sp. 3. p. 1621. — Achyrophorus helveticus Scopol. — DC. Prodr. 7. p. 93.

Ic. H. uniflora Vill. Fl. dauph. tab. 23. — All. *Fl. ped.* tab. 14. fig. 3.

In pascuis editarum alpium maritimarum frequens. ♃

**1118.** Hypochaeris maculata L. Sp. p. 1140. Bertol. *Pl. genuens. p.* 187.

— Achyrophorus maculatus Scopol. Fl. carn. ed 2. 2. p. 116. DC. Prodr. 7. p. 93. α. β.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 14. fig. 3. monocephala.

In pascuis collinis montanisque vulgaris in omni Liguria. ♃

Monocephala vel caule ramoso 2-3-cephalo passim occurrit.

**1119.** Hypochaeris glabra L. Sp. p. 1141. DC. Prodr. 7. p. 90. α. ε.

Ic. Hieracium alterum laevius minimum Col. Ecphr. 2. p. 27. fig. 2.

* ? minutissima, foliis obovatis paucis margine repando-denticulatis sparse setulosis: scapo glabro filiformi vix sub anthodio incrassato squamulis una alterave praedito: anthodio cylindrico paucifloro, involucri foliolis 7-8 intimis lineari-oblongis, vix acutis margine scariosis, exterioribus duplo longioribus, omnibus apice penicillatis, paleis acuminatis.

In agro clavarensi Turio in Viv. herb., in valle *d'Andora* Lig. occid. ex herb. citato, in quo pro H. Balbisii asservata (a qua acheniis radii erostribus diversa) *Levante*, *Moneglia* etc. Varietas in collibus *di Borzoli* prope Genuam Chiappori. ①

Varietas altitudine vix 5-9-centimetra adaequat, dubitanter sub hac specie adduxi ex eo quod in exemplaribus a D. Chiappori communicatis achenia nondum matura erostria esse videntur.

**1120.** Hypochaeris radicata L. Sp. p. 1140. DC. Prodr. 7. p. 91. Turio *Pl. clavar. p.* 24?

Ic. Hieracium longius radicatum Lob. Icon. p. 238.

In pascuis apricis passim usque ad maris litora. ♃

## CCCLVI. ROBERTIA DC. — Endl. Gen. n.° 2988.

**1121.** Robertia taraxacoides DC. Fl. fr. et Prodr. 7. p. 97. α.

Ic. Lois. Fl. gall. ed. 2. tab. 18.

In pascuis montanis editis frequens. ♃

## Trib. XXII.

## *CONDRILLEAE* Koch Syn. p. 427.

## CCCLVII. TARAXACUM Hall. — DC. Prodr. 7. p. 145.

**1122.** Taraxacum officinale Koch Syn. p. 428. α. β. δ. — Leontodon

Taraxacum Fries. Nov. Fl. suec. ed. 2. p. 242. Bertol. *Pl. genuens. p.* 182. Turio *Pl. clavar. p.* 23. — T. dens leonis et T. laevigatum DC. Prodr. 7. p. 145. 146.

Ic. Dens leonis vulgi Lob. Icon. p. 232.

In pascuis, locis sterilioribus vulgo. ♃

Planta multiformis, de qua cf. Koch, Fries l. c.

CCCLVIII. CHONDRILLA L. — DC. Prodr. 7. p. 142.

**1123.** Chondrilla juncea L. Sp. p. 1120. Koch Syn. p. 429. DC. Prodr. 7. p. 142. α. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 225. Turio *Pl. clavar. p.* 23.

Ic. Iacqu. Fl. austr. tab. 427.

In pascuis sterilioribus, in Liguria australiori communis. ♂

**1124.** Chondrilla rigens Rchb. Fl. excurs. p. 271. — C. latifolia Koch Syn. p. 428. an M. B.? — C. juncea β. DC. Prodr. 7. p. 142.

In collibus Liguriae transapenninae Rosellini. ♂

A praecedente differt foliis caulinis late elongato-lanceolatis, achenii rostro achenium ipsum aequante nec distincte longiore.

Trib. xxiii.

*LACTUCEAE* Koch Syn. p. 430.

CCCLIX. PHAENOPUS DC. Prodr. 7. p. 176.

**1125.** Phaenopus vimineus DC. Prodr. 7. p. 176. α. β. — Prenanthes viminea All. *Fl. ped.* 1. *p.* 226.

Ic. All. l. c. tab. 52. fig. 2.

In collibus aridis nicaeensibus ex specimin. herb. H. R. bot. taurinensis a cl. Prof. Equit. Morisio. ♂

**1126.** Phaenopus ramosissimus Rchb. Fl. excurs. p. 272. — Ph. vimineus γ. DC. l. c. — Prenanthes ramosissima All. *Fl. ped.* 1. *p.* 226.

Ic. All. l. c. tab. 33. fig. 1.

In sterilibus agri nicaeensis Cesati, Montolivo, tum cum ex speciminibus herb. H. bot. taurinensis. ♂ Nicaeae.

CCCLX. PRENANTHES Vaill. — DC. Prodr. 7. p. 194.

**1127.** Prenanthes purpurea L. Sp. p. 1121. DC. Prodr. 7. p. 195.
Ic. Sonchus laevior pannonicus IIII. Clus. hist. 2. p. 147.
In sylvis montanis opacis Apennini valde frequens. ♃

CCCLXI. LACTUCA Tourn. — DC. Prodr. 7. p. 133.

**1128.** Lactuca muralis DC. Prodr. 7. p. 139. — Prenanthes muralis L. Sp. p. 1121. Turio *Pl. clavár. p.* 23.
Ic. Sonchus alter folio profundis laciniis etc. Lob. Icon. p. 236.
* sessilifolia, foliis caulinis late cordato-amplexicaulibus, grosse dentatis, summis hastato-oblongis inaequaliter dentatis.
In sylvaticis collinis et montanis, locis umbrosis neglectis frequens, varietas in monte *Antola* Berti. ①

**1129.** Lactuca virosa L. Sp. p. 1119. DC. Prodr. 7. p. 137. α.
Ic. L. agrestis Lob. Icon. p. 241.
In alveo Porciferae prope Genuam rarissime, in montibus *di Frontero* Lig. occid. ①
Folia ad costam subinermia.

**1130.** Lactuca scariola L. Sp. p. 1119. DC. Prodr. 7. p. 137. α. β. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 223. Turio *Pl. clavar. p.* 24.
Ic. Endivia maior lactucina spinosa Barrel. Icon. tab. 135.
In sterilioribus hinc inde. ♂
Variat foliis indivisis, margine et costa aculeatis et pinnatifido sinuatis, costa inermibus, vel aculeolatis; foliorum limbo verticali prima fronte a praecedente distinguitur.

**1131.** Lactuca saligna L. Sp. p. 1119. DC. Prodr. 7. p. 136. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 224. Turio *Pl. clavar. p.* 25.
Ic. Endivia minor lactucina Barrel. Icon. tab. 136.
In ruderatis, pascuis sterilioribus ad vias in Liguria maritimis ubique vulgatissima. ①

**1132.** Lactuca perennis L. Sp. p. 1120. DC. Prodr. 7. p. 133.
Ic. Chondrilla Chabr. Sciagr. p. 317. rudis.
In pascuis montanis supra Genuam abunde. ♃

CCCLXII. SONCHUS L. Gen. ed. Schreb. p. 527.

**1153.** Sonchus alpinus L. Sp. p. 1117. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 135. — Mulgedium alpinum Less. ex DC. Prodr. 7. p. 248.

Ic. S. coeruleus latifolius Chabr. Sciagr. p. 316.

In montibus Tendae Rev. Montolivo, in montibus albingaunensibus Viv. herb., in apennino Lig. orientalis Traverso.

**1154.** Sonchus tenerrimus L. Sp. p. 1117. DC. Prodr. 7. p. 186. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 223. Bertol. *Pl. genuens. p.* 181. Turio *Pl. clavar. p.* 24.

Ic. Chondrilla lutea Chabr. Sciagr. p. 317. mala.

Ad muros, tectos etc. secus litora passim. ♂

Planta polymorpha, de qua cf. Bertol. l. c.

**1155.** Sonchus fallax Walh — ex DC. Prodr. 7. p. 185. — S. oleraceus γ. δ. L. Sp. p. 1117. Bertol. *Pl. genuens. p.* 180. λ? Turio *Pl. clavar. p.* 24.

Ic. S. aspera vulgi Lob. Icon. p. 234.

* decipiens, foliis runcinato-pinnato-partitis, segmentis valde recurvatis, linearibus oblongisve dentatove-angulatis plus minusve spinulosis, ramis superne, pedunculisque subumbellatis nigro-glandulosis pilosis, anthodiis maiusculis, involucri foliolis nigricantibus setoso-glandulosis ciliatisve, acheniis striatis, margine minute denticulatis ciliolatis, caeterum laevibus.

In arvis, ruderatis vulgaris. ①

Planta mire polymorpha, at acheniis non muricatis a sequente optime distinguitur; in varietate folia ampliora, profundius divisa, anthodia grandiora nigricantia, speciem propriam pene indicare videntur: S. nigricans Tausch (DC. Prodr. 7. p. 190.) huc forte referendus etiamsi glaberrimus ex descriptione l. c.

**1156.** Sonchus ciliatus Lamck. — DC. Prodr. 7. p. 185. — S. oleraceus Walh. — S. oleraceus α. β. L. Sp. p. 1116. Bertol. *Pl. genuens. p.* 180. α.

Ic. S. laevis vulgaris etc. Lob. Icon. p. 235.

Iisdem locis ac praecedens. ①

**1157.** Sonchus arvensis L. Sp. p. 1116. DC. Prodr. 7. p. 187. Turio *Pl. clavar. p.* 24.

Ic. Hieracium maius Lob. Icon. p. 237.

In humentibus, ad rivulos secus litora hinc inde, frequentior in collinis et montanis. ♃

**1138.** Sonchus maritimus L. Sp. p. 1116. DC. Prodr. 7. p. 187. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 223.

Ic. All. l. c. tab. 16. fig. 2.

In humentibus ad Varum Niceae Piccaloli, et in agro sarzanensi vulgaris. ♃

Trib. xxiv.

*CREPIDEAE* Koch Syn. p. 434.

CCCLXIII. PICRIDIUM Desf. — DC. Prodr. 7. p. 182.

**1139.** Picridium vulgare Desf. — DC. Prodr. 7. p. 182. — Sonchus picroides All. *Fl. ped.* 1. *p.* 223. Bertol. *Pl. genuens. p.* 181. — Scorzonera picroides L. Sp. p. 1114. Turio *Pl. clavar. p.* 23.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 16. fig. 1.

In pascuis aridis, ad muros, rupes, viarum margines ubique vulgatissimum, omnibus notum ♂, subinde ♃

CCCLXIV. ZACINTHA Tourn. — Endl. Gen. n.° 3013.

**1140.** Zacintha verrucosa Gaertn. — DC. Prodr. 7. p. 178. — Rhagadiolus Zacintha All. *Fl. ped.* 1. *p.* 227. — Lapsana Zacintha L. Sp. p. 1141.

Ic. Cichorium verrucatum Zacintha Clus. Hist. 2. p. 144.

In pascuis sterilibus secus litora e Nicaea ad Spediam vulgaris. ①

CCCLXV. PTEROTHECA DC. Prodr. 7. p. 179.

**1141.** Pterotheca nemausensis Cass. — DC. Prodr. l. c. — Crepis nemausensis Gouan. — All. *Fl. ped.* 1. *p.* 221.

Ic. All. l. c. tab. 75. fig. 1.

In arvis olivetisque nicaeensibus Cesati, Montolivo, *Porto Maurizio* Berti, Uneliae Traverso, *Varigotti* Viv. (ex eiusd. herb. ubi pro Barkhausia rubra) frequens. ①

## CCCLXVI. BARKHAUSIA Moenk. — DC. Prodr. 7. p. 152.

**1142.** Barkhausia albida Cass. — DC. Prodr. 7. p. 152. — Crepis albida Vill. Hist. dauph. 3. p. 139. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 219.

Ic. Vill. l. c. tab. 33. — All. l. c. tab. 32. fig. 3.

In montanis nicaeensibus Cesati, Viv. herb. ♃

**1143.** Barkhausia scariosa Rchb. Fl. excurs. p. 256. DC. Prodr. 7. p. 153. — Crepis scariosa Willd. Sp. 3. p. 1595. Bertol. *Fl. alp. apuan. p.* 403.

Ic. Cichnium pratense vesicarium Columm. Ecphr. 1. p. 237.

In collibus agri sarzanensis Bertol. in herb. Viv. ①

**1144.** Barkhausia taraxacifolia DC. Prodr. 7. p. 154. α. β. δ. ε. — Crepis precox Balb. *Misc. p.* 37. — Crepis taurinensis Willd. Sp. 3. p. 1595. Bertol. *Pl. genuens. p.* 184. — Crepis hyemalis Biv. — C. biennis Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 177. excl. Syn. Turio *Pl. clavar. p.* 24. ex fonte.

Ic. Balb. l. c. tab. 9.

In pascuis collinis montanisque Liguriae australis passim. ♂

Planta pro more gentium huiusmodi valde ludibunda, sed inter tot tantosque ubique obvios lusus, vixque verbis definiendos, facile semper a congeneribus agnoscitur, foliolis involucri exterioribus plus minusve dilatatis et margine membranaceis, interioribus glabris subcanescentibus vel pilis nigris sparsis obsitis fuscescentibus, multoties brevioribus. In montanis humilior depressa, vix palmaris, caule diffuso subaphyllo, ex quo orta est Crepis hyemalis Bivonae.

**1145.** Barkhausia bursifolia Spreng. — DC. Prodr. 7. p. 155. — Crepis bursifolia L. Sp. p. 1131. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 219.

Ic. Rchb. Pl. crit. tab. 64.

In agro nicaeensi l. d. *Mombrone* Cesati. ♂

**1146.** Barkhausia foetida DC. Prodr. 7. p. 158. — Crepis foetida L. Sp. p. 1133. Bertol. *Pl. genuens. p.* 185. Turio *Pl. clavar. p.* 24.

Ic. Erigeron tomentosum Lob. Icon. p. 226.

Nil vulgatius in arvis, pascuis sterilioribus, ad muros. ①

Polymorpha, sed cognitu facilis, odore gravi amygdalarum amararum, capitulis multo maioribus quam in Crepidibus omnibus excepta C. alba.

**1147.** Barkhausia setosa DC. Prodr. 7. p. 155. — Crepis setosa Hall. Fil. — C. hispida Willd. Sp. 3. p. 1601.

Ic. DC. Pl. gall. rar. tab. 19.

In pascuis aridis et ad vias frequentissima. ⊙

**1148.** Barkhausia leontodontoides Reichb. Fl. excurs. p. 225. DC. Prodr. 7. p. 156. — Crepis leontodontoides All. *Auct. p.* 13. Bertol. *Lucubr. p.* 27.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 35.

In pascuis humidis, locisque umbrosis ab ore maris usque ad pascua edita montium humiliorum. ⊙

Planta in pinguioribus montanis pedalis et ultra, vix inferiore parte caulis petiolorumque sparse pilosa, ceterum glabra: caule paniculato subcorymboso, fere aphyllo, anthodiis sparse puberulis glabrisve; in depressis secus litora humilior, palmaris, spithamea, caule parce ramoso, simplicive, anthodiis multo minoribus.

CCCLXVII. ÆTHEORHIZA Cass. — DC. Prodr. 7. p. 160.

**1149.** Ætheorhiza bulbosa Cass. — DC. l. c. — Leontodon bulbosum L. Sp. p. 1122. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 209. — Hieracium stoloniferum Viv. *Fl. ital. fragm. ed.* 2. *p.* 17. — H. tuberosum Balb. *Misc. alt. p.* 27.

Ic. Chondrilla Columm. Phytob. ed. neap. p. 14. — Viv. l. c. tab. 20.

In litoribus circa Nicaeam Montolivo, in maritimis Liguriae Viv. herb. in monte *di Portofino* copiose. ♃

CCCLXVIII. CREPIS Moench — DC. Prodr. 7. p. 160.

**1150.** Crepis paludosa Moench — DC. Prodr. 7. p. 170. α. β. — Hieracium paludosum L. Sp. p. 1129.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 28. fig. 2.

In udis Apennini genuensis *alle Capanne di Marcaruolo*, et in Apennino Savonensi. ♃

**1151.** Crepis pulchra L. Sp. p. 1134. DC. Prodr. 7. p. 160. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 220.

Ic. Hieracium pulchrum I. Bauh. Hist. 2. p. 1025.

In montanis Apennini ad Antolam Berti. ⊙

**1152.** Crepis polymorpha Wall. — DC. Prodr. 7. p. 163. α. — C. virens L. Sp. p. 1134. — C. cernua Ten. Fl. neap. Syll. p. 402. — C. neglecta Bertol. *Amoen. p.* 39.

In monte *Fasce* supra Genuam Viv. herb., Nicaeae Cesati, in sterilibus Liguriae orientalis, *Sestri* etc. Sarzanae. ①

**1153.** Crepis tectorum L. Sp. p. 1135. Koch Syn. p. 439. DC. Prodr. 7. p. 162.

In agro nicaeensi Montolivo, Uneliae Cesati. ①

In exemplari a Rev. Montolivo communicato, folia omnia sessilia, inferiora elongato-lanceolata, vix remote denticulata, superiora lineari-elongata obsoleteque lanceolata, quasi ut in varietate gracili DC. l. c.; sed caulis nequaquam simplex, imo in nostro valde ramosus diffususve, forte ex eo quod specimen, de quo sermo est, exhibet individuum e basi, caule primario resecto vel depasto, ramosum. Caeteris cum C. tectorum convenit.

**1154.** Crepis grandiflora Tausch. ex Koch Syn. p. 442. DC. Prodr. 7. p. 166. α.

Ic. Hieracium grandiflorum All. *Fl. ped.* tab. 29. fig. 2.

In pascuis alpium maritimarum, *Madonna delle Finestre* Rev. Montolivo, *Monte Gallè* Lig. occid. cl. Prof. Sassi in Viv. herb. ♃

**1155.** Crepis blattarioides Vill. Fl. dauph. 3. p. 136. Koch Syn. p. 442. DC. Prodr. 7. p. 168. α. β. — Hieracium blattarioides L. Sp. p. 1129.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 30. fig. 1. rudis, praesertim quod ad capitula.

In pascuis alpium maritimarum *di Frontero* et *Triora*, Traverso. ♃

## CCCLXIX. HIERACIUM L. — DC. Prodr. 7. p. 198.

### SECTIO I.

### *PILOSELLOIDEA* Koch Syn. p. 443.

**1156.** Hieracium Pilosella L. Sp. p. 1125. Koch Syn. p. 443. Turio *Pl. clavar. p.* 24.

Ic. Pilosella Lob. Icon. p. 479.

In apricis sterilibusve collinis et montanis Liguriae totius. ♃

Polymorphum.

**1157.** Hieracium bifurcum M. B. ex Koch Syn. p. 445. — H. brachiatum Bertol. in DC. Fl. fr. ex Froel. in DC. Prodr. 7. p. 200. α.

In apricis collium genuensium, subinde in montanis hinc inde copiose. ♃

**1158.** Hieracium auricula L. Sp. p. 1126. Koch Syn. p. 446.

Ic. H. dubium Sm. Engl. bot. tab. 2368.

In pascuis montanis Apennini et agri novensis Berti, Rosellini, et in alpibus maritimis. ♃

**1159.** Hieracium piloselloides Vill. Hist. dauph. 3. p. 100. Koch Syn. p. 446. — H. florentinum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 213. — H. porrifolium Turio *Pl. clavar. p.* 24? saltem ex loco.

Ic. Vill. l. c. tab. 27. Reichb. Pl. crit. tab. 80. 81.

In pascuis collinis apricis, necnon in montanis per alveum torrentium ad humiliora descendens.

Gracile, cyma pauciflora, pedunculis longiusculis leniter arcuato-incurvis, sparse setosum vel glabrum.

**1160.** Hieracium praealtum Koch Syn. p. 447. α. — H. praealtum Vill. Voyag. — H. obscurum Reichb. Fl. excurs. p. 263.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 114. 115.

In pascuis montanis et collibus editis, rarius in humilioribus. ♃

ε Stolonosum, vel stolonibus adscendentibus florigeris praeditum; anthodiis saepe nigricantibus. A praecedente differt statura elatiore, quandoque bi-tripedali, cyma ramosiore floribus sub anthesi dense stipatis demum laxioribus, pedunculis defloratis rectis.

**1161.** Hieracium pratense Tausch. — Koch Syn. p. 449. — H. cymosum Willd. Sp. 3. p. 1566. Bergam. *Git. apenn. in Giorn. fis. chim. Stor. natur.* 7. 1824. *p.* 214?

In pascuis alpium nicaeensium Rev. Montolivo, in alpibus *di Frontero*, *Triora* etc. vulgaris. ♃

SECTIO II.

*AMELLA* Koch Syn. p. 451.

**1162.** Hieracium **staticefolium** Vill. Hist. dauph. 3. p. 116. Koch Syn. p. 451.

Ic. H. **staticifolium** All. *Fl. ped.* tab. 81. fig. 2.

In montibus *d'Acqua fredda* supra Genuam et circa Tendam in glareosis, in montibus albingaumensibus. ♃

**1163.** Hieracium **villosum** L. Sp. p. 1130. Froel. in DC. Prodr. 7. p. 228. $\alpha$. et $\mu$. — H. valde pilosum Willd.

Ic. H. **alpinum hirsuto folio** Chabr. Sciagr. p. 320. ex Clus.

In pascuis editis montium nicaeensium alpiumque maritimarum frequens. ♃

SECTIO III.

*PULMONARIOIDEA* Koch Syn. p. 454.

**1164.** Hieracium **alpinum** L. Sp. p. 1124. Koch Syn. p. 454. $\alpha$. $\beta$. $\gamma$.

Ic. H. **alpinum** All. *Fl. ped.* tab. 14. fig. 2. — Vill. Hist. dauph. tab. 26.

In pascuis editioribus alpium Tendae Rev. Montolivo, *di Frontero* et albingaumensium Traverso. ♃

Ligulae subtus extus villosulae.

**1165.** Hieracium **murorum** L. Fl. suec. p. 273. Fries Nov. Fl. suec. ed. 2. p. 256. Koch Syn. p. 457. Turio *Pl. clavar. p.* 24.

Ic. **Pilosella maior quibusdam et Pilosellae maioris sive Pulmonariae species magis laciniata** Chabr. Sciagr. p. 324.

In sylvaticis passim. ♃

**1166.** Hieracium **bifidum** W. et K. — Koch Syn. p. 407.

In aridis collium secus Porciferam rarissime. ♃

Habitus H. **rupestris** All. ( auct. p. 10. tab. 1. fig. 2. ), at foliorum pili haud plumosi. Accedit quoque ad praecedentem, sed folia brevi aut vix petiolata oblongo-lanceolata coriacea glauca denticulata, dentibus sursum versis.

SECTIO IV.

*ANDRYALOIDEA* Koch Syn. p. 458.

**1167.** Hieracium tomentosum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 216. Froel. in DC. Prodr. 7. p. 234. — Andryala lanata L. Sp. p. 1137. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 272? Avé Lallem. *de quibusd. pl. ital. p.* 18.
In editioribus iugis alpium maritimarum. ♃
Ex Apennino bobbiensi numquam obtinui.
Variat etiam in pascuis editis caule unifloro.

SECTIO V.

*GLUTINOSA* Koch Syn. p. 459.

**1168.** Hieracium amplexicaule L. Sp. p. 1129. Koch Syn. p. 459.
Ic. All. *Fl. ped.* tab. 15. fig. 1. et 30. fig. 1.
In Apennino ligustico Grass. in herb. Rosellini, in alpibus albingaunensibus Viv. herb. ♃

SECTIO VI.

*APHYLLOPODA* Koch Syn. p. 460.

**1169.** Hieracium prenanthoides Vill. Hist. dauph. 3. p. 108. Koch Syn. p. 460.
Ic. H. spicatum All. *Fl. ped.* tab. 27. fig. 3. bona.
In sylvis montanis *di Rezzo* Lig. occid. Berti. ♃

**1170.** Hieracium sabaudum L. Sp. p. 1131. non Fl. suec. ex Koch Syn. p. 400.
Ic. All. *Fl. ped.* tab. 27. fig. 2.
In sylvis montanis supra *Dolcedo* Liguriae occidentalis Berti. ♃
Etsi folia inferiora in planta ab egregio D. Berti collecta iam fere emarcida a sequente differre videtur foliis valde utraque pagina scabris, fere chartaceis (omnino ut in H. Eriophoro e Pyrenaeis demtis villis copiosissimis, quibus obtegitur) villositate maiore, involucro haud nigricante.

**1171**. Hieracium sylvestre Tausch. — ex Froel. in DC. Prodr. 7. p. 255. — H. Boreale Fries Nov. Fl. suec. ed. 2. p. 161. Koch Syn. p. 460. — H. Sabaudum L. Fl. suec. ex auct. cit. Smith. Engl. Fl. 3. p. 368.

Ic. H. sabaudi varietas alia Chabr. Sciagr. p. 321. ex Bauh.

In sylvaticis valde frequens. ♃

Valde ludibundum, Hieracium sabaudum quandoque omnino aemulans. An huc H. lactaris Bertol? — Genuinum H. umbellatum in Liguria usque ad hanc diem non observavi.

**1172**. Hieracium sylvaticum Bertol. *Pl. genuens. p.* 184. Turio *Pl. clavar. p.* 24.

Ic. Pilosellae maioris sive Pulmonariae luteae species angustifol. Chabr. Sciagr. p. 324. — Pulmonaria gallorum flore Hieracii Lob. Icon. p. 587. — H. murorum All. *Fl. ped.* tab. 28. fig. 1.

In sylvaticis collium ligusticorum copiosissime. ♃

Icones adductae variationes plantae nostrae nonnullas referunt, quae certo-certius ad H. sylvaticum celeb. Bertolonii, tum ex descriptione, cum ex loco et comparatione exemplarium ab eo mecum communicatis vel herb. Viviani asservatis, spectant: num vero respondeat H. sylvatico auctorum Florae germanicae decidere nequeo. A planta Froelichii in DC. Prodr. l. c. noster valde differt foliis superioribus sessilibus, inferioribus saepe multo minoribus ut in Icone Lobelii, involucris haud glanduligeris!! pappo definite albo!, nec cum H. murorum comparari meretur.

## CCCLXX. ANDRYALA L. — DC. Prodr. n.° 244.

**1173**. Andryala integrifolia L. Sp. p. 1136. DC. Prodr. 7. p. 246. α. γ. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 231. Turio *Pl. clavar. p.* 25. Bertol. *Lucubr. p.* 25.

Ic. Sonchus lanatus Dalechampii Hist. plant. p. 1116.

In aridis regionis olivetorum frequentissima. ①

In aridioribus plerumque minor, caule graciliore a basi vel superiora versus tantum ramoso, foliis angustioribus, totaque herba magis canescente: in pinguioribus robusta bipedalis et ultra, foliis latioribus grosse dentatis, capitulis maiusculis et fulvo-canescens.

## LIII. AMBROSIACEAE LINK. ex KOCH Syn. p. 462.

### CCCLXXI. XANTHIUM TOURN. — ENDL. Gen. n.° 2480.

**1174.** Xanthium macrocarpum DC. Fl. fr. et Prodr. 5. p. 523. — X. italicum MORETTI.
Ic. X. echinatum BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 2. tab. 17.
Secus Porciferam ad torrentem *Verde* cl. D. SAVIGNONE, in transapenninis ad viarum latera magis frequens. ①

**1175.** Xanthium strumarium L. Sp. p. 1400. DC. Prodr. 5. p. 523. TURIO *Pl. clavar. p.* 28.
Ic. X. sive Strumaria LOB. Icon. p. 588.
Ad vias et in ruderatis in Liguria transapennina vulgare. ①

**1176.** Xanthium spinosum L. Sp. p. 1400. DC. Prodr. 5. p. 523. α. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 143. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 208. TURIO *Pl. clavar. p.* 28.
Ic. LAMCK Ill. tab. 765. fig. 4.
In ruderatis secus litora haud rarum. ①

---

## LIV. CAMPANULACEAE DC. et DUBY.

### CCCLXXII. IASIONE L. — ENDL. Gen. n.° 3071.

**1177.** Iasione montana L. Sp. p. 1317. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 419. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 526. *α. β.*
Ic. Scabiosa globularis CHABR. Sciagr. p. 338.
In apricis sterilioribus collium. ①. ♃
Caule primario quocumque casu disrupto vel resecto, e collo radicis ramos plures graciliores dimittit, perennans fit et faciem penitus alienam adipiscitur: caeterum inter hos status discrimina gravioris momenti nequaquam intercedunt.

### CCCLXXIII. PHYTEUMA L. — ENDL. Gen. n.° 3082.

**1178.** Phyteuma hemisphaerica L. Sp. p. 532. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 451. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 532.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 363. fig. 544.

In alpibus nicaeensibus *della Madonna delle Finestre*, ex herb. H. bot. taurin. ♃

**1179.** Phyteuma pauciflora L. Sp. p. 241. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 450. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 530. *α*.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 364. fig. 545.

In pascuis editioribus alpium maritimarum vulgaris. ♃

**1180.** Phyteuma orbicularis L. Sp. p. 242. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 451. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 535.

Ic. P. cordata et elliptica Vill. Hist. dauph. tab. 12.

In pascuis collium montium genuensium et in alpium maritimis frequentissima. ♃

In pascuis collinis Genuae imminentibus duplo triplove maior ac in alpibus maritimis, pedalis bipedalisve speciosissima! Huic folia radicalia saepe bi-3-pollicaria, cordata, vel oblique cordato-oblonga, crenulata, coriacea, in petiolum decurrentia, capitula speciosa laetius colorata: in editioribus contra vix spithamea, foliis radicalibus plusquam duplo minoribus, cordato-ovatis obtusis, vel oblongo-lanceolatis, lanceolatisve brevius petiolatis.

**1181.** Phyteuma Michelii Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 539. excl. Ph. Betonicaefolia. — Ph. Michelii, scorzonerifolium A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 452. 453. Bergam. *Git. apen. l. c. p.* 217.

Ic. Ph. Michelii All. *Fl. ped.* tab. 7. fig. 3. — Ph. scorzonerifolia Vill. Hist. dauph. tab. 13.

Cum praecedente aeque frequens. ♃

Cf. Fl. ital. l. c. de lusibus huiusce stirpis. Porro qui pluries nativis in sedibus eam observaverit, in sententiam cl. Bertolonii non poterit non incidere. Ph. Betonicaefolia differt a Ph. Michelii stylo trifido.

**1182.** Phyteuma Halleri All. *Fl. ped.* 1. *p.* 116. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 453. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 545. — Ph. ovatum Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 102.

Ic. Rapunculum alopecourum Lob. Icon. p. 892.

In pascuis montanis Apennini bobbiensis Balsamo, Berti, Savignone, clavarensis, savonensis, et in alpibus maritimis. ♃

## CCCLXXIV. CAMPANULA L. — Endl. Gen. n.° 3085.

### SECTIO I.

### *MEDIUM* A. DC.

**1183.** **Campanula medium** L. Sp. p. 336. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 460. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 501. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 113. Turio *Pl. clavar. p.* 10.
Ic. **Viola mariana an medium** Lob. Icon. p. 324.
In sylvaticis, saxosis acclivibus, ad rupes in Apennino et regione tota collina vulgatissima. ♂

**1184.** **Campanula Allionii** Vill. Hist. dauph. 2. p. 512. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 461. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 503.
Ic. **C. alpestris** All. *Fl. ped.* tab. 6. fig. 3. — Vill. l. c. tab. 11.
In alpibus maritimis Rev. Montolivo, Prof. Gherardi. ♃

**1185.** **Campanula dichotoma** L. Sp. p. 237. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 462. *α.* Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 508.
Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 441.
In arvis secus feritorem Grass. ex herb. amicissimi Rosellini. ①
Dubia civis, probabiliter cum frumento exotico ex Africa boreali vel oriente avecta: alibi quod sciam in ditione nostra observata non est.

**1186.** **Campanula barbata** L. Sp. p. 236. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 465. *α.* Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 504.
Ic. Iacqu. Observ. tab. 37.
In pascuis alpium nicaeensium Rev. Montolivo. ♃

### SECTIO II.

### *EUCODON* A. DC.

**1187.** **Campanula glomerata** L. Sp. p. 235. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 467. *α. γ. δ. ε. ζ. θ.* Schow. *Camp. in Giorn. fis. ch. St. nat.* 7. 1824. *p.* 36. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 495. et *Pl. genuens. p.* 131. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 218. — **C. nicaeensis** R. et S. Syst. veget. 5. p. 126.
Ic. **C. aggregata** Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. tab. 5. All. *Fl. ped.* tab. 39. fig. 1.
In pascuis ubique. ♃
Valde polymorpha.

**1188.** Campanula spicata L. Sp. p. 234. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 468. *α*. *β*. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 431. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 112.

Ic. All. l. c. tab. 46. fig. 2. et 47. fig. 1.

In montibus Tendae Montolivo, Cesati, in alpibus *di Triora*, *Frontero*, albingaumensibus Traverso. ♂

**1189.** Campanula Trachelium L. Sp. p. 235. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 469. *α*. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 485.

Ic. Trachelium Lob. Icon. p. 326.

Ad sepes, locisque sylvaticis, arundinetis hinc inde. ♃

**1190.** Campanula rapunculoides L. Sp. p. 234. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 469. *α*. *β*. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 482.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 507.

In montanis sylvaticis Apennini et alpium maritimarum, Montolivo, Berti. ♃

**1191.** Campanula bononiensis L. Sp. p. 324. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 469. *β*. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 484. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 111. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 100. — C. simplex DC. Fl. fr.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 111.

In montibus nicaeensibus Rev. Montolivo. ♃

Specimen e loco adducto sistit formam caule simplicissimo.

**1192.** Campanula rhomboidalis L. Sp. p. 233. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 477. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 475.

Ic. Rapunculum Teucrii folio Barrel. Icon. tab. 567.

In pratis montanis Tendae Rev. Montolivo, in alpibus albingaumensibus Prof. Gherardi. ♃

**1193.** Campanula linifolia Lamck. — A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 471. *α*. *β*. *γ*. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 467.

Ic. C. valdensis All. *Fl. ped.* tab. 6. fig. 1. — C. Scheuchzeri Vill. Hist. dauph. tab. 11. — C. montana minor angustifolia Barrel. Icon. tab. 487.

In montanis Apennini et alpium maritimarum Berti, Della Cella, Montolivo. ♃

Planta valde ludibunda, pubescens et glabra, uniflora et racemosa.

**1194.** Campanula Sabatia.

ε. Glauco-laete-virens, radice crassa multicauli, caulibus adscendentibus, inferne foliosis, superne nudiusculis, racemoso-subcorymbosis: foliis carnosulis, imis parvis subcordato-ovatis, ovatove-lanceolatis, breviter petiolatis, grosse remoteque dentatis, dentibus patentibus, caeteris linearibus integris, basi in petiolum attenuatis, patentissimis, arcuato-deflexis, vel curvato-adscendentibus, summis, floralibusque subulatis: pedunculis sensim sursum versus brevioribus, florentibus erectis, demum recurvis plerumque unifloris: calycis turbinati tubo vesiculoso glanduloso, dentibus subulatis arcuato-incurvis alabastro multo-longioribus, corolla turbinato-campanulata ampla duplo triplove brevioribus, stylo glanduloso-exerto.

Ad rupes maritimas versus promontorium *Noli* secus viam Regiam copiosissima. ♃. fl. iunio.

Planta speciosissima C. linifoliam aemulans, sed habitu proprio, statione maritima, iam probe distincta, ut et colore, foliorum longitudine, et praeprimis calycis tubo vesiculoso-glanduloso ut in Mesembryanthemis quibusdam, etc. Folia caulina media longitudine 6-8-9-centimetra adaequant, caulis spithameus, pedalisve. Corolla laete violacea.

**1195.** Campanula rotundifolia L. Sp. p. 232. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 471. α. β. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 468. ex parte. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 108.

Ic. C. minor alpina etc. Clus. Hist. 2. p. 177. — C. parva rotundifolia etc. Chabr. Sciagr. p. 264.

In montanis Apennini et alpium maritimarum. ♃

Variat ut linifolia, a qua, ubi deficiant folia radicalia, aegre discriminatur, glabra vel pubescens, caulibus unifloris 2-3-florisve. Capsulae cernuae.

**1196.** Campanula coespitosa Scop. Fl. carn. ed. 2. 1. p. 143. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 471. α.

Ic. Scopol. l. c. tab. 4.

In Apennino bobbiensi, *al Penice* cl. Cesati. ♃

Rev. Montolivo misit ex alpibus nicaeensibus specimen Campanulae cuiusdam quae florum dispositione ac forma nec non foliorum habitu ad hanc plurimum accedit; differt tamen herba undique tota denseque canescente, et hic tantum recensetur ut auctores in illam diligentius inquirant.

**1197.** Campanula Erinus L. Sp. p. 240. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 473. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 510. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 214. — Romela Erinus Dumort.

Ic. Erinus minor Fabii Columnae Chabr. Sciagr. p. 266.

Ad muros vetustos in Liguria maritima passim, Genuae speciatim copiosissima ad muros urbis alibique, rarius ad terram in sterilioribus et ad sepes. ①

Occurrit vix digitalis, parce ramoso-dichotoma, et spithamea, pedalisve, caule ramosissimo diffuso, foliis calycibusque solito multo maioribus.

**1198.** Campanula macrorhiza Gay. — A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 475. — C. rotundifolia Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 463. ex parte.

In collibus et montibus nicaeensibus Boissier, Cesati, in montibus *Triora, Frontero* Traverso. ♃

A C. rotundifolia, cui arcte accedit, distinguitur primo intuitu fructibus erectis. Glabra aut pubescens.

**1199.** Campanula floribunda Viv. *Nov. spec. diagn. ad Fl. lyb. calcem p.* 67. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 512. — C. isophylla Moretti *Dec. VII. in Giorn. fis. chim. St. natur.* 7. 1824. *p.* 98. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 476.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 202. fig. 344.

Ad rupes maritimas ad promontorium *Noli, Caprazoppa* Liguriae occidentalis. ♃

Culta in H. bot. genuensi faciem mutavit: caulis procerior factus fere pedalis, folia latiora, flores pauciores, grandioresque, sed numquam semina matura dedit.

**1200.** Campanula persicifolia L. Sp. p. 1683. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 471. Turio *Pl. clavar. p.* 10. — C. persicaefolia A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 479. α. β. γ.

Ic. C. persicifolia nostras Lob. Icon. p. 327. caule ramoso, multifloro.

In pascuis collinis et montanis frequens. ♃

**1201.** Campanula patula L. Sp. p. 232. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 480. α. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 468.

Ic. Smith. Engl. bot. tab. 42.

In agro nicaeensi Rev. Montolivo. ♂

**1202. Campanula Rapunculus** L. Sp. p. 232. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 480. α. β. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 470.

Ic. **Erinus** Columñ. Phytob. ed. neap. p. 102. potius mala.

Ad agrorum viarumque margines, ad sepes in pascuis, passim. ♂

CCCLXXV. SPECULARIA A. DC. — Endl. Gen. n.° 3086.

**1203. Specularia speculum** A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 490. α. β. — **Campanula Speculum** L. Sp. p. 238. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 520. Turio *Pl. clavar. p.* 10. — **Prismatocarpus hirtus** Tenor. Fl. neap. Syll. p. 101.

Ic. **Onobrychis Belgarum** Lob. Icon. p. 418. mala. — Tenor. Fl. neap. 1. tab. 19.

* Spuria, tota pubescens diffusa, foliis oblongis tenuibus obtusis subsinuatis, segmentis calycinis lineari-lanceolatis ciliatis corolla duplo-longioribus.

In arvis frequens, varietas in cultis collinis supra *Pegli* Lig. occid. ①

**1204. Specularia hybrida** A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 490. — **Campanula hybrida** L. Sp. p. 239. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 520. Turio *Pl. clavar. p.* 10? — **Prismatocarpus hybridus** DC. Fl. fr.

Ic. Engl. bot. tab. 375.

In arvis collinis montanisve, *Torrazza*, *Sestri Ponente*, *Porto Maurizio* Rosellini, Berti. ①

Flores solitarii vel aggregati terni, calyces pilis minutissimis albicantibus scabriusculi, foliis bracteiformibus binis ad basim vel circa medium tubi obvallati: laciniae calycinae admodum variae, lanceolatae ellipticae acutissimae, subinde obovatae obtusae.

**1205. Specularia falcata** A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 189. — **Campanula falcata** R. et S. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 523. — **C. hybrida** All. *Fl. ped.* 1. *p.* 114. non L. ex diagnosi cl. Morisii.

Ic. **Prismatocarpus falcatus** Tenor. Fl. neap. 1. tab. 20.

In arvis passim. ①

CCCLXXVI. TRACHELIUM L. — Endl. Gen. n.° 3087.

**1206. Trachelium coeruleum** L. Sp. p. 243. A. DC. in DC. Prodr. 7. p. 491. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 550.

Ic. **Valeriana coerulea urticaefolio** Barrel. Icon. tab. 683.

Ad muros in arvis circa *Pegli* Liguriae occiduae certe sponte, sed verosimiliter ex hortis migratum. ♃. ♂

## LV. VACCINIEAE DC.

### CCCLXXVII. VACCINIUM L. — DC. Prodr. 7. p. 565.

**1207.** Vaccinium uliginosum L. Sp. p. 499. Dun. in DC. Prodr. 7. p. 574. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 315. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 181.
Ic. Vitis Idaea II. Clus. Hist. p. 61.
In pascuis editis Apennini bobbiensis et alpium maritimarum valde frequens. ♄

**1208.** Vaccinium Myrthillus L. Sp. p. 498. Dun. in DC. Prodr. 7. p. 573. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 313. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 181.
Ic. Vaccinia nigra et rubra Lob. Icon. 2. p. 109.
In sylvaticis montanis frequens. ♄

---

## LVI. ERICINEAE Desv.

Trib. I.

### *ERICACEAE* DC. — Koch Syn. p. 475.

### CCCLXXVIII. ARBUTUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 4325.

**1209.** Arbutus Unedo L. Sp. p. 366. DC. Prodr. 7. p. 581. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 432. α. β. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 135. Turio *Pl. clavar. p.* 14.
Ic. A. vulgaris Barrel. Icon. tab. 64. et A. oblongo et acuto fructu Barrel. tab. 673.
In dumetosis collium regionis olivetorum vulgatissima. ♄
Variet. fructu oblongo acuto in agro nicaeensi ex Doct. Perez.

### CCCLXXIX. ARCTOSTAPHYLOS Adans. — Endl. Gen. n.° 4327.

**1210.** Arctostaphylos Uva Ursi Spreng. — DC. Prodr. 7. p. 384. — Arbutus Uva Ursi L. Sp. p. 366. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 436.
Ic. Uva Ursi Galeni etc. Lob. Icon. p. 366.
In alpibus maritimis et in Apennino Liguriae orientalis frequens. ♄

### CCCLXXX. CALLUNA Salisb. — Endl. Gen. n.° 4316.

**1211.** Calluna vulgaris Salisb. — Benth. in DC. Prodr. 7. p. 613. Bertol.

*Fl. ital.* 4. *p.* 318. — Erica vulgaris L. Sp. p. 501. — Bertol. *Pl. genuens. p.* 147. Turio *Pl. clavar. p.* 13.

Ic. Erica prior Dod. Pempt. p. 767.

In pascuis sterilioribus collium et montium, et in sylvaticis vulgatissima. ♄

## CCCLXXXI. ERICA L. — Endl. Gen. n.° 4313.

**1212.** Erica arborea L. Sp. p. 502. Benth. in DC. Prodr. 7. p. 690. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 321. et *Pl. genuens. p.* 147. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 119. Turio *Pl. clavar. p.* 13.

Ic. Erica corisfolio I. Clus. Hist. p. 41.

In collibus Liguriae maritimae ubique vulgaris. ♄

**1213.** Erica scoparia L. Sp. p. 502. Benth. in DC. Prodr. 7. p. 692. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 323. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 119.

Ic. E. corisfolio IV. Clus. Hist. p. 42.

In dumetosis sylvisque collinis regionis olivetorum, E. arborea minus frequens. ♄

**1214.** Erica cinerea L. Sp. p. 501. Benth. in DC. Prodr. 7. p. 665. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 327.

Ic. E. corisfolio VI. Clus. Hist. p. 43.

In collibus supra *Sestri di Ponente* copiosissima, in montibus *del Sassello* ♄

Planta speciosissima.

**1215.** Erica carnea L. Sp. p. 504. Benth. in DC. Prodr. 7. p. 614. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 329. et *Pl. genuens. p.* 147. — E. herbacea L. Sp. p. 501. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 119. Turio *Pl. clavar. p.* 13.

Ic. E. corisfolio VII. VIII. IX. Clus. Hist. p. 43. 44.

In saxosis, sterilibus montanis, etiam Liguriae australioris frequens. ♄

### Trib. II.

### *RHODORACEAE* DC. — Koch Syn. p. 477.

## CCCLXXXII. RHODODENDRON L. — Endl. Gen. n.° 4341.

**1216.** Rhododendrum ferrugineum L. Sp. p. 562. DC. Prodr. 7. p. 724 *α.* Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 427.

Ic. Iacqu. Observ. tab. 16.

In summis iugis alpium maritimarum frequens, ubi tractus saepe amplissimos occupat. ♄

## LVII. PYROLACEAE Lindl.

### CCCLXXXIII. PYROLA Tourn. — Endl. Gen. n.° 4349.

**1217.** Pyrola minor L. Sp. p. 567. DC. Prodr. 7. p. 774. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 441. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 192.

Ic. Engl. bot. tab. 158.

In montibus ditionis bobbiensis Prof. Balsamo, Berti, in Apennino savonensi, clavarensi, et in alpibus albingaunensibus Traverso. ♃

**1218.** Pyrola secunda L. Sp. p. 567. DC. Prodr. 7. p. 774. *α*. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 442.

Ic. P. II. tenerior Clus. Hist. 2. p. 167.

In alpibus *di Garezzo* Liguriae occidentalis M. D. Berti, in montibus *di Frontero*, *Triora* Traverso. ♃

**1219.** Pyrola uniflora L. Sp. p. 568. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 443. — Moneses grandiflora Salisb. ex DC. Prodr. 7. p. 775.

Ic. P. IV. minima Clus. Hist. 2. p. 118.

In montibus Tendae, *Col de Braus*, alibique in alpibus maritimis Cesati, Viv. herb. ♃

# REPERTORIUM
# FLORAE LIGUSTICAE

## PARS III.

### SUBCLASSIS III.
## COROLLIFLORAE

### LVIII. AQUIFOLIACEAE DC. — Koch Syn. p. 481.

CCCLXXXIV. ILEX L. — Endl. Gen. n.° 5705.

**1220.** Ilex Aquifolium L. Sp. p. 181. DC. Prodr. 2. p. 13. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 221. Turio *Pl. clavar. p.* 8.

Ic. Aquifolium Dod. Pempt. p. 658.

In sylvis collinis montanisque. ♄

---

### LIX. OLEACEAE Lindl.

CCCLXXXV. OLEA Tourn. — L. gen. ed. Schreb. p. 13.

**1221.** Olea Europaea Sibth. et Sm. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 45. α. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 121.

Ic. O. sylvestris Lob. Icon. 2. p. 135.

In Liguriae australioris collibus dumetosis hinc inde. ♄

Planta spontanea humilis, tortuosa, dura, iam a basi incondite ramosa, ramis rigidis spinescentibus, folia breviora quam in culta, rigidioraque: florentem non vidi.

In Liguria meridionali late colitur, hinc arbor elata speciosa, decus collium maritimorum, plures varietates suppeditat easque praestantiores in Liguria occidentali.

### CCCLXXXVI. PHILLYREA Tourn. — L. gen. ed. Schreb. p. 13.

**1222.** Phillyrea latifolia L. Sp. p. 10. R. et S. Syst. 1. p. 74. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 42. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 122.
Ic. Phillyrea I. Clus. Hist. 1. p. 51.
In dumetosis collium maritimorum, ad Spediae sinus, in insula Palmaria, in promontorio *Portofino*, etc., Nicaeae. ♄

**1223.** Phillyrea media L. Sp. p. 10. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 40. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 121.
Ic. Phillyrea III. Clus. Hist. 1. p. 52.
In collibus Liguriae occidentalis supra *Porto Maurizio*, Nicaeae Chiappori, Carrega. ♄

**1224.** Phillyrea angustifolia L. Sp. p. 10. R. et S. Syst. 1. p. 73. α. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 41. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 121.
Ic. Phillyrea IV. Clus. Hist. 1. p. 52.
In dumetosis collium maritimorum Liguriae occidentalis frequens. ♄

### CCCLXXXVII. LIGUSTRUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 3352.

**1225.** Ligustrum vulgare L. Sp. p. 10. R. et S. Syst. 1. p. 75. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 37. Turio *Pl. clavar. p.* 5.
Ic. Ligustrum Lob. Icon. 2. p. 131.
In sylvaticis collinis montanisque, et ad sepes frequens. ♄

### CCCLXXXVIII. FRAXINUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 3353.

**1226.** Fraxinus Ornus L. Sp. p. 1510. R. et S. Syst. 1. p. 277. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 52. — F. excelsior Turio *Pl. clavar. p.* 30? (saltem ex loco).
Ic. Fraxinus Mich. Nov. pl. gen. tab. 107. fig. 1. 7.
In sylvis collinis frequentissima. ♄
In citata Michelii tabula habentur varii lusus huiusce speciei, sive quoad foliorum formam, sive quoad samaras, quarum ala nunc apice rotundata integra retusave, nunc conspicue sensimque attenuata, vel plus minusve acuta.

**1227.** Fraxinus excelsior L. Sp. p. 1509. R. et S. Syst. 1. p. 280. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 50.
Ic. Ornus Mich. Nov. pl. gen. tab. 103.
Secus torrentes in montibus comitatus nicaeensis, et in convallibus Liguriae transapenninae. ♄

## LX. IASMINEAE R. Br.

### CCCLXXXIX. IASMINUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 3343.

**1228.** Iasminum fruticans L. Sp. p. 9. R. et S. Syst. 1. p. 84. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 35. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 121.

Ic. Polemonium monspeliensium Lob. Icon. 2. p. 52.

In dumetosis et ad rupes circa Nicaeam frequens. ♄

**1229.** Iasminum officinale L. Sp. p. 9. R. et S. Syst. 1. p. 85. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 121.

Ic. Gelseminum vulgatius etc. Lob. Icon. 2. p. 105.

In dumetosis, et ad sepes, murosque secus litora. ♄

Planta exoticae originis, ex hortis migrata, sed nunc passim, sponteque crescit.

---

## LXI. ASCLEPIADEAE R. Br.

### CCCXC. CYNANCHUM R. Br. — Koch Syn. p. 483.

**1230.** Cynanchum nigrum Pers. Syn. 1. p. 274. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 13. — Asclepias nigra L. Sp. p. 315. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 102. Turio *Pl. clavar. p.* 10?

Ic. Apocynum Dioscoridis Columm. Phytob. ed. neap. p. 111.

In agro nicaeensi ex herb. H. R. bot. taurinensis. ♃

**1231.** Cynanchum acutum L. Sp. p. 310. R. et S. Syst. 1. p. 96. — Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 9. — C. monspeliacum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 102. non Willd.

Ic. Periploca minor Dod. Purg. p. 253.

In agro nicaeensi ex herb. H. R. bot. taurinensis. ♃

**1232.** Cynanchum Vincetoxicum Pers. Syn. 1. p. 274. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 10. α. — Asclepias Vincetoxicum L. Sp. p. 314. Bertol. *Pl. genuens. p.* 41. Turio *Pl. clavar. p.* 10.

Ic. Vincetoxicum Dod. Purg. p. 251.

In pascuis, etiam in montanis, vulgatissimum. ♃

Occurrit subinde in areis vel in ruderatis hortorum quasi spontaneus, Gomphocarpus fruticosus, sed civitatis ius huc usque haud nactus est.

## LXII. APOCYNEAE R. Br.

### CCCXCI. NERIUM L. Gen. ed. Schreb. p. 164.

**1233.** Nerium Oleander L. Sp. p. 305. R. et S. 4. p. 410. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 753. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 101. Viv. *Fl. lyb. spec. p.* 14.

Ic. Oleander Laurus rosea Lob. Icon. p. 364.

In Liguria occidentali secus torrentes pluribus locis, Albingaumi, *Porto Maurizio*, in agro nicaeensi Cesati, Berti. ♄

Passim in hortis colitur.

### CCCXCII. VINCA L. gen. ed. Schreb. p. 163.

**1234.** Vinca maior L. Sp. p. 304. R. et S. Syst. 4. p. 433. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 749. — Pervinca maior All. *Fl. ped.* 1. *p.* 101.

Ic. Pervinca vulgaris etc. Garid. Aix tab. 81.

In agro nicaeensi ex herb. cl. Cesati. ♃

**1235.** Vinca acutiflora Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 751. — V. maior Turio *Pl. clavar. p.* 9. (vix dubium).

Ad sepes et in sylvaticis in Liguria maritima valde frequens. ♃ sub ♄

A praecedente differt foliis rigidioribus sempervirentibus, cauleque et calycis segmentis glaberrimis! Calycis segmenta breviora quam in V. maiore, lobi corollae oblique ovato-acuti, at non semper, cum saepe saepius V. maioris ad instar oblique truncati reperiantur.

**1236.** Vinca minor L. Sp. p. 304. R. et S. Syst. 4. p. 433. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 747.

Ic. Clematis Daphnoides Dod. Purg. p. 246.

In sylvaticis et ad sepes, Genuae, *Portofino*, Sarzanae, *Porto Maurizio*, etc. praecedente minus frequens. ♃

---

## LXIII. GENTIANEAE Iuss.

### CCCXCIII. MENYANTHES L. — Endl. Gen. n.° 3564.

**1237.** Menyanthes trifoliata L. Sp. p. 208. Will. Sp. 1. p. 811. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 410.

Ic. Trifolium paludosum Lob. Icon. 2. p. 33.

In spongiosis Apennini Liguriae orientalis supra *S. Stefano d'Aveto* Traverso. ♃

CCCXCIV. CHLORA L. — Endl. Gen. n.° 3547.

**1238.** Chlora perfoliata L. Syst. XII. ex Cod. Linn. n.° 2693. Willd. Sp. 2. p. 340. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 309. Turio *Pl. clavar. p.* 13.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 206. et tab. 208. (Ch. serotina) et tab. 207. (Ch. acuminata).

In pascuis collinis, ad muros, viarum margines ubique. ⓘ

Polymorpha, in locis pinguioribus pedalis bipedalisve, habet folia triangula ovata, pollicem saepe et paullo ultra lata, in sterilissimis spithamea, palmaris, simpliciuscula, gracilior, prodit folia ovata minus late coronata. Numerus partium florum, saepissime monstrose adauctus.

CCCXCV. GENTIANA L. — Endl. Gen. n.° 3528.

**1239.** Gentiana lutea L. Sp. p. 329. R. et S. Syst. 6. p. 136. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 75. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 123 et 353.

Ic. Gentiana Dod. Purg. p. 69.

In pascuis Apennini bobbiensis, *Penice*, *Boglelio*, *Antola* Balsamo, Berti, in alpibus maritimis quoque frequens. ♃

**1240.** Gentiana cruciata L. Sp. p. 334. R. et S. Syst. 6. p. 142. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 82. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 124 et 353. Turio *Pl. clavar. p.* 10.

Ic. G. minor sive cruciata Lob. Icon. p. 309.

In pascuis montanis Apennini et alpium maritimarum Balsamo, Savignone, Berti. ♃

**1241.** Gentiana asclepiadea L. Sp. p. 329. R. et S. Syst. 6. p. 141. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 80. Turio *Pl. clavar. p.* 10.

Ic. Jacqu. Fl. austr. tab. 328.

In sylvaticis umbrosis, humidisve Apenninorum centralium, et in alpibus maritimis. ♃

**1242.** Gentiana Pneumonanthe L. Sp. p. 330. R. et S. Syst. 6. p. 145. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 34. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 219.

Ic. Pneumonanthe Lob. Icon. p. 309.

In pascuis montanis spongiosis Apennini genuensis. ♃

**1243.** Gentiana acaulis L. Sp. p. 330. R. et S. Syst. 6. p. 152 Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 86. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 124 et 353. — G. alpina Vill. Fl. dauph. 2. p. 526.

Ic. Gentianella helvetica etc. Barrel. Icon. tab. 47. et G. alpina eiusd. tab. 105. 106. — Vill. l. c. tab. 10.

In pascuis editis totius Apennini et alpium maritimarum vulgatissima. ♃

Caule subnullo variat vel corollam subaequante, vel aequante; forma acaulis inhabitat pascua editiora montium, sed nullo valido charactere a caulescente distingui potest. Caeterum notae quibus ab auctoribus nonnullis distinguitur G. alpina ab acauli parvi momenti mihi visae sunt.

**1244.** Gentiana verna L. Sp. p. 331. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 88. $\alpha$. $\beta$.

Ic. G. bavarica Iacqu. Observ. tab. 71.

In pascuis alpium maritimarum vulgatissima Cesati, Traverso. ♃

**1245.** Gentiana campestris L. Sp. p. 334. (excl. Syn. Columm. et eid. spectant) Sm. Engl. Fl. 2. p. 31. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 99. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 125 et 354.

Ic. Engl. bot. tab. 237.

In pascuis montanis, omnium vulgatissima. ①

**1246.** Gentiana ciliata L. Sp. p. 334. R. et S. Syst. 6. p. 174. $\alpha$. $\beta$. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 100. Turio *Pl. clavar. p.* 10. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 125 et 354.

Ic. G. autumnalis minor annua fl. coerul. Barrel. Icon. tab. 21.

In pascuis Apenninorum et alpium maritimarum, subinde ad humiliora descendens. ①

CCCXCVI. ERYTHRAEA Reneal. — Endl. Gen. n.° 3543.

**1247.** Erythraea Centaurium Pers. Syn. 1. p. 283. $\alpha$. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 642. $\alpha$. $\beta$. $\gamma$. — E. grandiflora Biv. — E. ramosissima Auct. — Gentiana Centaurium L. Sp. p. 332. Turio *Pl. clavar. p.* 10.

Ic. Centaurium Dod. Purg. p. 52.

In pascuis ubique vulgatissima. ♂

In siccioribus saepe humilis, cyma laxa dichotome corymbosa, floribus alaribus, subsessilibus, vel longius pedunculatis in uno eodemque individuo! Hinc E. ramosissima, saltem apud nos, charactere potiore, quo ab E. Centaurio distinguatur omnino caret! In pinguioribus montanis floribus

compacte cymoso-corymbosis corollisque grandioribus in E. grandifloram Bivonae abire videtur.

**1248.** **Erythraea spicata** Pers. Syn. 1. p. 283. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 648. — **Gentiana spicata** L. Sp. p. 333. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 100.

Ic. **Centaurium minus ramosum** Barrel. Icon. tab. 1242.

Nicaeae, Albingaumi, Sarzanae, in pascuis secus litora. (1)

**1249.** **Erythraea lutea** R. et S. Syst. 4. p. 171. Bertol. *Rar. dec. in Amoen. p.* 76. — **E. maritima** Ten. — Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 646. — **Chironia maritima** Balb. *Misc. alt. p.* 11.

Ic. **Centaurium minus luteum** etc. Barrel. Icon. tab. 468.

In collibus agri sarzanensis, in sylvaticis *Sestri di Levante*, Albingaumi, *Arenzano* etc. copiosissime; occurrit etiam Genuae, sed hucusque rarissime. (1)

## LXIV. CONVOLVULACEAE

### CCCXCVII. CONVOLVULUS L. — Endl. Gen. n.° 3803.

**1250.** **Convolvulus sylvestris** Willd. En. pl. h. Berol. p. 202. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 438. et 3. p. 599.

Ic. Waldst. et K. Pl. hung. tab. 261.

Ad sepes in regione olivetorum frequens. ♃

Convolvulo sepium plerumque grandior, differt praesertim bracteis amplioribus apice rotundatis, valde concavis, altera alteram definite amplectente. Folia quoad formam admodum varia acuta, acuminata vel obtusa cum mucrone, lobis baseos rotundatis, vel truncatis: pedunculi tetragoni: flores maiores quam in C. sepium.

**1251.** **Convolvulus sepium** L. Sp. p. 218. Willd. Sp. 1. p. 884. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 436. Turio *Pl. clavar. p.* 39?

Ic. **Smilax laevis maior** Dod. Purg. p. 210.

Ad sepes, Genuae praesertim in planitie ad feritorem copiose. ♃

C. sepium Turii forte et praecedentem speciem amplectitur.

**1252.** **Convolvulus Soldanella** L. Sp. p. 226. Willd. Sp. 1. p. 876. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 451. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 108. Turio *Pl. clavar. p.* 9

Ic. **Soldanella** Dod. Purg. p. 219.

In arenosis secus litora vulgatissimus. ♃

**1253.** Convolvulus althaeoides L. Sp. p. 222. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 439. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 107. — C. bryoniaefolius Reichb. *Fl. excurs. p.* 349.

Ic. C. peregrinus Lob. Icon. p. 623. satis bona.

In dumetosis ad muros, rupes, subinde in cultis in tota regione olivetorum. ♃

In locis fertilioribus luxuriat foliis multo amplioribus, superioribus minus profunde divisis, minusque hirsutis.

**1254.** Convolvulus tenuissimus Sibt. et Sm. — Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 441.

Ic. C. betonicae alteaeque foliis, argenteus flore purpureo. Barrel. Icon. tab. 312.

In collibus genuensibus a *S. Francesco di Paola*, Grass. ex herb. Rosellini, in monte *di Portofino* Viv. ex eiusd. herbario. ♃

**1255.** Convolvulus arvensis L. Sp. p. 218. R. et S. Syst. 4. p. 256. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 434. Turio *Pl. clavar. p.* 9.

Ic. Smilax laevis minor Dod. Purg. p. 213.

In arvis, pascuis sterilibus, vulgo. ♃

**1256.** Convolvulus Sabatius Viv. *Nov. spec. diagn. in app. ad Fl. lyb. p.* 67. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 442.

Ic. Cesat. Iconogr. Stirp. ital. fasc. III. optima!

In pascuis, saxosisve ad Promontorium *di Noli* in Liguria occidua. ♃

Haec species in collibus Africae borealis nuper detecta a cl. Durieu et seminibus ab eo acceptis exculta in horto R. Universitatis genuensis.

**1257.** Convolvulus evolvuloides Desf. Fl. atl. 1. p. 176. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 446. — C. undulatus R. et S. Syst. 2. p. 290.

Ic. Desf. Fl. atl. tab. 49. bene!

In arvis circa S. Romulum Liguriae occidentalis abunde Rastoin, Panizzi. ①

**1258.** Convolvulus pseudo-tricolor Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 450. — C. tricolor Viv. *Fl. ital. fragm. in ann. bot.* 2. *p.* 164. et *Fl. lyb. spec. p.* 12. non L. quoad plantam genuensem.

In cultis circa S. Romulum Panizzi. ①

In locis a cell. Bertol. et Vivianio indicatis hodierna die non amplius occurrit.

A tricolore facile distinguitur, ut optime animadvertit cl. BERTOLONIUS segmentis calycis apice rotundatis mucronulatis, nec acuminatis.

**1259. Convolvulus pentapetaloides** L. Syst. XII. ex Cod. Linn. n.° 1254. R. et S. Syst. 4. p. 290. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 447.
Ic. Fl. graec. tab. 197. ex BERTOL.
In arvis circa *Porto Maurizio* M. D. BERTI, Uncliae, *Diano* TRAVERSO. (1)

**1260. Convolvulus Siculus** L. Sp. p. 223. R. et S. Syst. 4. p. 283. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 443.
Ic. C. siculus minor, flore parvo auriculato BOCC. Sic. tab. 48.
In litore prope *Monaco* Ill. CARREGA, D. CHIAPPORI. (1)

C. Siculus, pentapetaloides, evolvuloides, pseudo-tricolor, in Liguria hinc inde provenientes, videntur originis exoticae.

**1261. Convolvulus Cantabrica** L. Sp. p. 225. R. et S. Syst. 4. p. 296. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 447. et *Pl. genuens. p.* 131. TURIO *Pl. clavar. p.* 9. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 107.
Ic. C. minimus spicaefolius etc. LOB. Icon. p. 622.
In pascuis aridis Liguriae australioris passim. ♃

**1262. Convolvulus dorycnioides**; basi suffrutescens, caulibus diffusis, alterne ramosis, simplicibusve: foliis inferioribus obverse oblongo-lanceolatis, vix lineatis, sparse appresse pilosis, caeteris linearibus, obtusis, plerumque complicatis, dorso praesertim sericeis: floribus terminalibus solitariis, rarissime geminatis, pedunculis calyce brevioribus aut subaequalibus, calycibus ovatis, segmentis calycinis dorso sparse, appresseque pilis brevibus subsericeis, exterioribus ovato-lanceolatis, interioribus coriaceis valde concavis, e basi ovata acutis, corolla calyce vix triplo longiore.

In pascuis aridioribus Insulae Palmariae legit TRAVERSO. ♃. ♄

Radix crassa tortuosa, caules palmares, spithamei, diffusi, corolla purpurea, extus vittis 5-sericeis.

Affinis quammaxime C. Cantabricae, sed calycibus haud patenter hirsutis, segmentis brevioribus, floribusque minoribus solitariis differt; accedit quodammodo ad C. lineatum, sed ab hoc aeque differt foliis angustioribus, hirsutie sericea longe parciore, calycibus corollisque minoribus. Vereor tamen nil aliud esse quam formam peculiarem C. Cantabricae: seorsim proposui ut ulterius observetur in loco natali.

## LXV. CUSCUTEAE.

### CCCXCVIII. CUSCUTA Tourn. — Endl. Gen. n.° 3816.

**1263. Cuscuta Epithymum** L. Syst. XIII. Cod. Linn. n.° 1023. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 69. — **C. Europaea** Turio *Pl. clavar. p.* 8. vix dubium.
Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 499.

Super fruticulos, v. gr., Genistas, Spartia, Helianthemata, Thymos. vel etiam herbas duriores, valde frequens. (1)

C. Europaeam in Liguria australiori nondum observavi.

---

## LXVI. BORAGINEAE Desv.

### CCCXCIX. HELIOTROPIUM L. — Endl. Gen. n.° 3751.

**1264. Heliotropium europaeum** L. Sp. p. 187. R. et S. Syst. 4. p. 29. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 252. et *Pl. genuens. p.* 130. Turio *Pl. clavar. p.* 9.
Ic. H. **maius** etc. Lob. Icon. p. 260.

In arvis, pascuis aridis, ruderatis passim. (1)

**1265. Heliotropium dolosum.** Caule erecto alterne ramoso canescente: foliis petiolatis ellipticis ovatisve, obtusiusculis penninerviis, sub lente minute punctato-scabris, facie dorsoque praecipue ad nervos pilis brevibus adpressis hirtis: spicis solitariis, coniugatisve, calycis hirsuti sub-5-partiti, segmentis ovatis concavis fructu arcte adpressis, corollae lobis rotundatis, tubo calycem aequante, nuculis laeviusculis.

In litore Liguriae occiduae prope *il Ceriale* legit hortulanus H. R. bot. genuensis. (1)

Adeo simile H. Europaeo, ut absque attenta partium floralium inspectione vix ab eo distingui possit: differt tamen segmentis calycinis latioribus ovatis, fructu arcte adpressis, nec linearibus, nec stellatim patentibus, nuculis (n.° 4) laeviusculis maioribus; lobis corollae obtusis ab H. supino toto habitu diversum; demum calyce et numero nucularum, a suaveolente Bocconi, pariter ac caeteris notis expositis recedere videtur.

### CCCC. ASPERUGO Tourn. — Endl. Gen. n.° 3785.

**1266.** Asperugo procumbens L. Sp. p. 198. R. et S. Syst. 4. p. 111. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 334. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 50.

Ic. A. vulgaris Garid. Aix tab. 10. (inscript. 9.) rudis.

Ad sepes et in locis neglectis Liguriae novensis Rosellini, Cambiaggi. In montibus albingaunensibus ex herb. Viviani. ①

### CCCCI. ECHINOSPERMUM Swartz. — Endl. Gen. n.° 3786.

**1267.** Echinospermum Lappula Schm. — Koch Syn. p. 496. — Myosotis Lappula L. Sp. p. 189. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 268.

Ic. Cynoglossum minus Chabr. Sciagr. p. 519.

In ruderatis, secus torrentium alveum hinc inde frequens. ①

### CCCCII. CYNOGLOSSUM L. — Endl. Gen. n.° 3784.

**1268.** Cynoglossum officinale L. Sp. p. 192. R. et S. Syst. 4. p. 74. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 297. *α.*

Ic. Engl. bot. tab. 921.

In sterilibus, ad vias in convallibus apenninorum et alpium maritimarum, in Liguria novensi vero frequentior. ♂

**1269.** Cynoglossum pictum Willd. Sp. 1. p. 761. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 300. Turio *Pl. clavar. p.* 9.

Ic. C. creticum II. Clus. Hist. 2. p. 162.

In ruderatis, et ad vias vulgare. ♂

### CCCCIII. OMPHALODES Tourn. — Endl. Gen. n.° 3780.

**1270.** Omphalodes verna Moench. — Koch Syn. p. 487. — Cynoglossum Omphalodes L. Sp. p. 193. Bertol. *Pl. genuens. p.* 130. — Picotia verna R. et S. Syst. 4. p. 85. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 307.

Ic. Scopol. Fl. carn. ed. 2. tab. 3.

In sylvaticis humidisve Apennini et collium supra Genuam vulgaris. ♃

### CCCCIV. BORAGO Tourn. — Endl. Gen. n.° 3778.

**1271.** Borago officinalis L. Sp. p. 197. R. et S. Syst. 4. p. 66. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 330. Turio *Pl. clavar. p.* 10.

Ic. Buglossum latifolium Lob. Icon. p. 575.

In locis neglectis, in arvis frequens. ①

In sylvaticis extra portam Angelorum fere spontanea crescit B. orientalis, sed ex hortis certo certius migrata.

CCCCV. ANCHUSA L. — Endl. Gen. n.° 3768.

**1272.** Anchusa Barrelieri Bellard — R. et S. Syst. 4. p. 97. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 294. — Buglossum Barrelieri All. *Fl. ped.* 1. *p.* 28. et *Auct. p.* 4.

Ic. Buglossum sylvaticum minus etc. Barrel. Icon. tab. 333.

Ad rupes, secus vias, et in sterilibus apenninorum centralium, praecipue genuensium et bobbiensium. ♃

**1273.** Anchusa italica Retz — Willd. Sp. 1. p. 756. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 289. Turio *Pl. clavar. p.* 9.

Ic. A. azurea Reichb. Pl. crit. tab. 908.

In pascuis, ruderatis et arvis vulgatissima. ♃

**1274.** Anchusa officinalis L. Sp. p. 191. R. et S. Syst. 4. p. 89. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 285. Bellard. *App. p.* 222.

Ic. Boragine silvestre di Candia con fior rosso cremesino Zann. ed. Monti tab. 39.

In montibus Liguriae orientalis, nec non Genuae ad maenia urbis, sed raro. ♃

**1275.** Anchusa leptophylla R. et S. Syt. 4. p. 90.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 298.

In pascuis secus Porciferam D. Chiappori. ♃

Ab A. officinali et undulata differt segmentis calycis quinquefidi, appresse hirsuti, obtusis, foliis plerumque angustioribus.

**1276.** Anchusa undulata L. Sp. p. 191. R. et S. Syst. 4. p. 91. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 287. — A. angustifolia Balb. *Miscell. alt. p.* 9.

Ic. Buglossum angustifolium minus etc. Barrel. Icon. tab. 1207.

In collibus supra *Sestri* in Liguria occidentali Rosellini, ibidem a *Pegli* etc. ♃

CCCCVI. LYCOPSIS L. — Endl. Gen. n.° 3767.

**1277.** Lycopsis arvensis L. Sp. p. 199. R. et S. Syst. 4. p. 72. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 335. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 49. Turio *Pl. clavar. p.* 9.

Ic. Engl. Bot. tab. 938.

In sterilioribus secus vias, ad sepes, agrorumque margines in litoreis vulgaris. ①

CCCCVII. SYMPHYTUM L. — Endl. Gen. n.° 3776.

**1278.** Symphytum officinale L. Sp. p. 195. R. et S. Syst. 4. p. 64. α. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 314. Turio *Pl. clavar. p.* 9.

Ic. Symphytum Alus Lob. Icon. p. 583.

Ad rivulos in Liguria transapennina Rosellini, in alpibus nicaeensibus Prof. Gherardi. ♃

**1279.** Symphytum tuberosum L. Sp. p. 195. R. et S. Syst. 4. p. 64. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 316. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 47. Turio *Pl. clavar. p.* 9.

Ic. Iacqu. Observ. tab. 63.

β. Radiis corollae exsertis vel corollae limbum aequantibus. Bertol. l. c.

In sylvaticis collinis montanisque frequens. ♃

Planta valde ludibunda quod ad staturam et dimensiones foliorum, quae pro loco aprico vel udo plus minusve decurrentia et dilatata se praebent. Varietas haec nostra differt a genuino S. bulboso (Koch Syn. p. 500) filamentis staminum anthera multo brevioribus, et a specie praeter characteres a cl. Bertolonio propositos, floribus fere duplo minoribus, foliisque firmioribus compagis. Quapropter ulteriore observatione egere videtur.

CCCCVIII. ONOSMA L. — Endl. Gen. n.° 3754.

**1280.** Onosma montanum Sibth. — R. et S. Syst. 4. p. 58. — O. montana Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 326. excl. O. stellulato.

Ic. Anchusa echioides lutea etc. Column. Ecphr. p. 183.

In aridis collium ditionis novensis Rosellini, Cambiaggi. ♃ vel ♂

O. stellulatum e Dalmatia et agro Tergestino, certe differt ab hoc, verrucis, e quibus setae oriuntur pilis paucioribus echinato-stellulatis, sed longioribus ac in nostro et nudo fere oculo conspicuis, dum in planta ligustica, pili crebriores minutissimi, et nonnisi sub vitro augente visibiles.

**1281.** Onosma arenarium W. et K. — R. et S. Syst. 4. p. 58. Koch Syn. p. 501. — O. echioides All. *Fl. ped.* 1. *p.* 51? saltem quod ad plantam Nicaeensem.

Ic. Anchusa ex albido flore Clus. Hist. 2. p. 166.

In sterilibus secus litora prope *Spotorno* in Liguria occidentali, alibique magna manu ♃.

A praecedente distinguitur verrucis glabris et insuper connectivo antherarum ex ovata basi acuminatum, sulco profundo exaratum, quod in montano angustius, subulatum. Antheris scabris vero ab Echioide differt.

CCCCIX. CERINTHE L. — ENDL. Gen. n.° 3753.

**1282.** Cerinthe aspera WILLD. Sp. 1. p. 772. — BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 319. — C. maior β. L. Sp. p. 196.

Ic. REICHB. Pl. crit. tab. 740. optima.

In collibus Liguriae novensis SAVIGNONE, CAMBIAGGI, circa *Porto Maurizio* BERTI, in agro nicaeensi Ill. CARREGA. ①

**1283.** Cerinthe minor L. Sp. p. 196. R. et S. Syst. 4. p. 8. BERTOL. *Fl. ital* 2. *p.* 321.

Ic. REICHB. Pl. crit. tab. 308.

* colorata, maior, corollae segmentis coerulescentibus. — C. maculata BERGAM. *Git. apenn. l. c. p.* 217. ex loco.

In arvis et ad vias in Liguria novensi passim SAVIGNONE, ROSELLINI, CAMBIAGGI, varietas in monte *Antola* M. D. BERTI. ♂

Varietas hic proposita non parum distat a specie statura grandiore, foliorum latiorum auriculis invicem se obtegentibus, ut in C. maculata BERTOL. *Fl. ital.* ad quam insuper accedit ob corollas, in sicco saltem, ad faucem macula fusca effusa notatas, eorundemque segmentis coerulescentibus, sed calycis structura eadem ac in specie. Observante amicissimo D. ROSELLINI, in Cerinthe minore, quam centies vivam in locis natalibus observavit, corollae vulgo maculis 5 notatae!

CCCCX. ECHIUM TOURN. — ENDL. Gen. n.° 3757.

**1284.** Echium italicum L. Sp. p. 139. α. β. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 342. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 52.

Ic. E. altissimum IACQU. Fl. austr. app. tab. 16.

In sterilibus secus litora, Sarzanae, *Porto Maurizio*, *Albenga*, Nicaeae etc. copiose. ♂

**1285.** Echium vulgare L. Sp. p. 200. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 348. α. δ. TURIO *Pl. clavar. p.* 9.

Ic. Echium DOD. Pempt. p. 631.

Vulgatissimum in pascuis, secus vias, in ruderatis, tum in litoreis cum in montanis editis. ♂

Polymorphum.

**1286.** Echium plantagineum L. Mant. II. ex Cod. Linn. n.° 1123. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 344. α. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 52. — E. lusitanicum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 52. ex cl. Morisio.

Ic. Lycopsis lato plantaginis folio etc. Barrel. Icon. tab. 1026.

In pascuis extra Genuam, Nicaeae, et in agro sarzanensi. ♂

A reliquis speciebus foliis radicalibus penninerviis facile distinguitur. Resectum prope radicis collum, ramos edit a planta normali paullulum recedentes, directione effusos, foliis superioribus late cordato-amplexicaulibus attenuatis, quo accedit ad E. violaceum auctorum.

**1287.** Echium calycinum Viv. *Fl. ital. fragm. in ann. bot.* 2. *p.* 164. et *fragm. ed.* 2. *p.* 2. ( excl. Syn. Bocc. ex Bertol. ) R. et S. Syst. 4. p. 12. ( excl. eod. Synon. ) Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 353.

Ic. Viv. l. c. tab. 4.

Prope Genuam Viviani ex eiusd. herbario, in arvis nicaeensibus Cesati, *Monaco* Carrega. ①

CCCCXI. PULMONARIA Tourn. — Endl. Gen. n.° 3759.

**1288.** Pulmonaria officinalis L. Sp. p. 194. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 309. α. β. Turio *Pl. clavar. p.* 9.

Ic. P. officinalis, et saccharata Reichb. Pl. crit. tab. 506, 505.

In sylvaticis collium vulgaris. ♃

Folia radicalia et capitum sterilium manifeste e forma ovata in cordato-ovatam transeunt, iam adnotante cl. Bertolonio. Quapropter character essentialis P. officinalis et saccharatae parvi momenti habendus.

**1289.** Pulmonaria angustifolia β. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 312.

Ic. P. mollis et media Reichb. Pl. crit. tab. 503. 504.

In sylvis collium genuensium haud rara. ♃

CCCCXII. LITHOSPERMUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 3761.

**1290.** Lithospermum arvense L. Sp. p. 190. R. et S. Syst. 4. p. 43. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 278. Turio *Pl. clavar. p.* 9.

Ic. Engl. bot. tab. 123.

Inter segetes ubique. ①

**1291.** Lithospermum tinctorium Spreng. Syst. 1. p. 546. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 282. — Anchusa tinctoria R. et S. Syst. 4. p. 95.

Ic. A. monspeliaca Chabr. Sciagr. p. 516.

Ad promontorium *S. Spirito* in Lig. occidua Prof. Gherardi ex herb. Viviani. ♃

**1292.** Lithospermum apulum Vahl. — R. et S. Syst. 4. p. 46. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 281. — Myosotis apula L. Sp. p. 189. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 54.

Ic. Echioides lutea sylvestris minima Columx. Ecphr. p. 185.

Ad promontorium *di Finale* in Lig. occid. Prof. Gherardi ex herb. Viviani. ①

**1293.** Lithospermum officinale L. Sp. p. 189. R. et S. Syst. 4. p. 42. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 271.

Ic. Engl. bot. tab. 134.

In pascuis saxosis, sterilibusve collinis montanisque frequens. ♃

**1294.** Lithospermum purpureo-coeruleum L. Sp. p. 190. R. et S. Syst. 4. p. 46. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 273. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 53.

Ic. L. maius Lob. Icon. p. 458.

In sylvaticis, umbrosisve collinis montanisque, in arundinetis vulgare. ♃

CCCCXIII. MYOSOTIS L. — Endl. Gen. n.° 3772.

**1295.** Myosotis palustris Sm. Engl. Fl. 1. p. 249. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 256.

Ic. Engl. bot. tab. 1973.

Secus rivulos et in palustribus, locis praesertim montanis frequens. ♃

Stylus in nostra planta calyce brevior, fere ut in M. caespitosa (Koch Syn. p. 505): calyx plus minusve profunde 5-dentatus.

**1296.** Myosotis sylvatica Hoffm. — Koch Syn. p. 505. α. β. — M. alpestris Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 258.

Ic. Alsine ovvero orecchio di Topo etc. Zann. ed. Mont. tab. 151. pl. luxurians, vel magnitud. adaucta.

In pascuis editis Apennini et alpium maritimarum. ♃

**1297.** Myosotis hispida Koch Syn. p. 506. — M. arvensis Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 261. (excl. pl. Syn.).

In arvis passim, et in pascuis sterilioribus. ①

Planta variat statura a palmo ad pedem, caule parce vel valde foliato, racemis plus minusve longis; dignoscitur floribus minutissimis coeruleis, calycibus 5-fidis, pilis patentibus uncinatisque valde hispidis, et pedicellis fructiferis calyce vix longioribus.

### CCCCXIV. ERITRICHIUM SCHRAD. — ENDL. Gen. n.° 3770.

**1298.** Eritrichium nanum SCHRAD. — KOCH Syn. p. 508. — Myosotis nana VILL. Fl. dauph. 2. p. 459. R. et S. Syst. 4. p. 106. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 266. ex parte.

Ic. VILL. l. c. tab. 13.

In alpibus nicaeensibus *della Madonna delle Finestre*, ex herb. H. bot. taurinensis. ♃

---

## LXVII. SOLANEAE IUSS.

### CCCCXV. LYCIUM L. — ENDL. Gen. n.° 3863.

**1299.** Lycium Europaeum L. Sp. p. 192. R. et S. Syst. 4. p. 695. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 639. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 127.

Ic. Iasminoides aculeatum etc. MICH. nov. pl. gen. tab. 105. fig. 1.

Ad sepes a Savona ad Nicaeam vulgare. ♄

### CCCCXVI. SOLANUM L. — ENDL. Gen. n.° 3855.

**1300.** Solanum Dulcamara L. Sp. p. 264. R. et S. Syst. 4. p. 581. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 631. TURIO *Pl. clavar. p.* 10.

Ic. Dulcamara DOD. Purg. p. 239.

In montanis collinisque dumetosis et ad sepes, in litoreis minus frequens. ♄

Occurrit, etiam fructiferum, foliis omnibus indivisis.

**1301.** Solanum miniatum BERNH. — R. et S. Syst. 4. p. 590. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 635.

Ic. REICHB. Pl. crit. tab. 996.

In ruderatis frequens secus litora. ♃

Baccae rubrae.

**1502.** Solanum nigrum L. Sp. p. 266. *α.* R. et S. Syst. 4. p. 587. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 633. *α. β.* Turio *Pl. clavar. p.* 10.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 953.

In ruderatis frequens. ①

Variat foliis glabris pubescentibusve, obtuse sinuato-dentatis, integrisve.

## CCCCXVII. PHYSALIS L. — Endl. Gen. n.° 3851.

**1503.** Physalis Alkekengi L. Sp. p. 262. R. et S. Syst. 4. p. 673. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 629. Turio *Pl. clavar. p.* 9.

Ic. Solanum vesicarium Dod. Purg. p. 355.

In sylvaticis montanis. ♃

## CCCCXVIII. ATROPA L. — Endl. Gen. n.° 3857.

**1504.** Atropa Belladonna L. Sp. p. 260. R. et S. Syst. 4. p. 683. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 624. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 124.

Ic. Solanum lethale Dod. Purg. p. 360.

In sylvaticis apenninorum centralium et alpium maritimarum. ♃

## CCCCXIX. HYOSCIAMUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 3847.

**1505.** Hyosciamus niger L. Sp. p. 257. R. et S. Syst. 4. p. 308. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 611.

Ic. Dod. Purg. p. 345.

In ruderatis Genuae rarissime, in apenninis et alpibus maritimis ad pagos magis frequens. ♂

**1506.** Hyosciamus albus L. Sp. p. 257. *α. β.* Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 613. et *Pl. genuens. p.* 133. Turio *Pl. clavar. p.* 9. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 104. — H. aureus All. l. c.

Ic. Lob. Icon. p. 269. — H. albus vulgaris Clus. Hist. 2. p. 84.

Secus litora ad muros et in ruderatis passim. ♂. ♃

Occurrit saepe saepius cum floribus inferioribus distincte pedunculatis, calycibus 6-9-dentatis, limbo valde ampliato, corollis unicoloribus, vel fauce plus minusve saturate violaceis; at vero transitus ab una in alteram varietatem, quae e loco tantum pendent, ubique praesto sunt.

CCCCXX. DATURA L. — Endl. Gen. n.° 3845.

**1307.** Datura Stramonium L. Sp. p. 255. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 607. Turio *Pl. clavar. p.* 10.

Ic. Solanum maniacum Dioscoridis Columx. Phytob. ed. neap. p. 47.

β. floribus violaceis. — D. Tatula L. Sp. p. 256.

In ruderatis, ad vias in Liguria transapennina Rosellini. ♃

---

## LXVIII. VERBASCEAE Bartl.

CCCCXXI. VERBASCUM L. — Endl. Gen. n.° 3878.

**1308.** Verbascum Thapsus L. Sp. p. 252. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 571. *α.* Turio *Pl. clavar. p.* 9. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 218.

Ic. V. densiflorum Pollin. Fl. veron. 3. tab. 7.

In sterilibus montanis frequens, subinde etiam in collibus secus litora, sed parcius. ♂

V. Thapsus auctorum germanicorum tomento lutescenti obductum a nostro alienum videtur (Cf. Koch Syn. p. 510).

**1309.** Verbascum montanum Schrad. — R. et S. Syst. 4. p. 333. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 578. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 218.

In montanis Apennini Liguriae orientalis frequens Traverso, in alpibus *di Garezzo*, *Triora*, *Frontero* Berti, Traverso. ♂

**1310.** Verbascum phlomoides L. Sp. p. 253. Koch Syn. p. 511. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 253. — V. condensatum Schrad. — R. et S. Syst. 4. p. 332. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 573.

In montanis sterilibus Apennini genuensis, in monte *Antola* Berti, in convallibus alpium maritimarum, in agro sarzanensi etc. ♂

**1311.** Verbascum floccosum Willd. En. 1. p. 224. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 597. — V. Lychnitis All. *Fl. ped.* 1. *p.* 105.

Ic. W. et K. tab. 79.

In convallibus Liguriae transapenninae, et in Liguria orientali prope Sarzanam. ♂

**1312.** Verbascum bicolor Badarò *Osserv. in Giorn. fis. Chim.* 7. *p.* 365. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 599. — V. phlomoides All. *Fl. ped.* 1. *p.* 105.

In sterilibus collium montium Liguriae australioris ubique. ♂

Proximum V. floccoso a quo filamentis staminum villo purpureo barbatis potissimum differt. Ceterum valde polymorphum in primis quod formam foliorum radicalium, quae variant subpinnato-lyrata, pinna terminali maxima, vel simpliciter crenata aut dentata, tomento floccoso detersili, plus minusve copioso. — Saepissime calyx profunde 6-7-fidus, corolla 6-9-loba, stamina totidem.

**1313.** Verbascum sinuatum L. Sp. p. 254. α. R. et S. Syst. 4. p. 336. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 583. et *Pl. genuens. p.* 133. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 105. Turio *Pl. clavar. p.* 9.

Ic. V. crispum et sinuatum Chabr. Sciagr. p. 494. rudis.

In sterilibus Liguriae australioris passim. ♂

**1314.** Verbascum nigrum L. Sp. p. 253. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 589. α. — V. mixtum Badarò *l. c. p.* 367. ex Bertol. — V. Lychnitis Viv. herb. specim. ex monte Calvo.

Ic. V. nigrum flore parvo apicibus purpureis Chabr. Sciagr. p. 494. vix mediocris.

In sylvaticis montanis tum Apennini cum alpium maritimarum haud rarum. ♃

Variat foliis inferioribus basi attenuatis nec cordatis, sed hoc etiam in casu filamentis purpureo-villosis a V. Lychnitide potissimum, statim distinguitur.

**1315.** Verbascum Chaixii Vill. Fl. dauph. 2. p. 491. R. et S. Syst. 4. p. 339. α. — V. nigrum χ. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 590.

Ic. Vill. l. c. tab. 13. potius mala.

In pascuis montanis aridis, sylvaticisque frequens. ♃

Pulchra planta a V. nigro differt 1.° caule minus angulato, superne paniculato, 2.° foliis crassioribus, duplicato crenatis, dentatisve, basi profunde inciso-dentatis.

**1316.** Verbascum Lychnitis L. Sp. p. 253. Willd. Sp. 1. p. 1004. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 592. α. β.

Ic. Engl. bot. tab. 58.

In convallibus montium *di Triora*, *Frontero* etc. Liguriae occidnae, et in Apennin. Lig. orientalis TRAVERSO. ♂

**1517.** Verbascum Blattaria L. Sp. p. 254. R. et S. Syst. 4. p. 347. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 586. TURIO *Pl. clavar. p.* 9.

Ic. Blattaria Plinii LOB. Icon. p. 564.

In ruderatis, arvis, in hortis, ad vias valde frequens. ♂

Aliae formae complures ad manus sunt, quas nunc in sicco, vel ob corollarum defectum, vel ob specimina manca determinare nequeo; forte una vel altera hybrida proles specierum superius enumeratarum.

CCCCXXII. SCROFULARIA TOURN. — ENDL. Gen. n.° 3883.

**1518.** Scrofularia canina L. Sp. p. 863. WILLD. Sp. 3. p. 277. TURIO *Pl. clavar. p.* 19. — S. Chrysanthemifolia M. B. — WILLD. Pl. H. Berol. p. 468. ex KOCH Syn. p. 516.

Ic. S. tenuifolia Ruta canina quibusdam CHABR. Sciagr. p. 472. — Ruta canina LOB. Icon. 2. p. 55.

In sterilibus saxosisve collium, ad muros, in ruderatis vulgaris. ♃

Planta admodum versatilis: ludit foliis pinnatifidis vel bipinnatifidis, segmentis eorundem forma equidem variis, cymis lateralibus thyrsi bifidis, vel dichotomis. In omnibus varietatibus flores breviter pedicellati, squama sub labio inferiori corollae minuta linearis.

Scrofularia lucida quod sciam neque apud nos neque in agro nicaeensi occurrit; exculta in horto botanico, ab omnibus varietatibus S. caninae prima fronte distinguitur corollis multo maioribus puniceis, labiò superiore appendicula transverse oblonga praedito, capsulis pergrandibus etc. (Cf. etiam SAVI Observ. p. 28).

In litore a *Noli* ad Savonam legi Scrofulariam quamdam hanc inter et sequentem fere intermediam; nempe huic affinis ob caulem ramosissimum, ramos suberectos racemosos, pedunculos uni aut plerumque bifloros, caninae vero ob foliorum divisionem, dimensiones et formam, sed corollas non vidi, et pro tempore inter species denuo examinandas relinquo.

**1519.** Scrofularia ramosissima LOIS. Fl. gall. ed. 1. p. 381. et ed. 2. 2. p. 36. MORIS El. Stirp. sard. 2. p. 7. REICHB. *Fl. excurs. p.* 367. — S. frutescens DC. (excl. Syn.).

In litore nicaeensi versus flumen Varum cl. CESATI. ♃

Forte nil aliud quam varietas praecedentis e loco sterilissimo.

**1320.** Scrofularia nodosa L. Sp. p. 863. WILLD. Sp. 3. p. 270. TURIO *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. Engl. bot. tab. 1544.

In montanis sylvaticis valde frequens. ♃

**1321.** Scrofularia Balbisii HORN. — SPRENG. Pugill. 2. p. 7. KOCK Syn. p. 515. — S. auriculata ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 69. non L. ex BOISS. Voyag. Esp. p. 445. — S. betonicifolia ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 69? — S. aquatica TURIO *Pl. clavar. p.* 19.

Ad rivulos, fossas, in locis humidis vulgatissima, sed non deest in locis siccis, v. gr. in alveo torrentium etc. ♃

Variat 1.° ad fossas, rivulosque, maior, glabra, caule tetragono angulis alato, foliis maximis cordato-ovatis, cordatove oblongis, crenatis vel bicrenatis, auriculis foliorum inferiorum maximis.

2.° In locis humentibus tantum vel siccis, glabra, statura minore, caule tetragono vix inferiori parte alato, foliis ovato-oblongis, oblongisve plerumque exauriculatis, margine dentatis.

3.° Foliis petiolisque pubescentibus cordato-ovatis, oblongisve auriculatis vel non (in Liguria occidentali et agro nicaeensi).

In omnibus appendix labii superioris corollae squama subrotunda integra: ceterum foliorum forma in iisdem speciminibus, vel in diversis at eodem loco crescentibus individuis, admodum varia.

Charactere adducto nempe squamis sub labio superiore subrotundis integris a S. aquatica, cum qua coniungitur a cl. Prof. Equit. CAIET. SAVI (cf. *Osserv. sopra diverse piante p.* 16) differre videtur.

**1322.** Scrofularia peregrina L. ex Cod. Linn. n.° 4494. WILLD. Sp. 3. p. 279. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 69. TURIO *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. S. peregrina CAMER. Hort. tab. 43.

In ruderatis ad Portum Mauritium M. D. BERTI, *alla Bordighiera* in palmetis cl. CESATI, in monte *di Portofino*, alibique. ☉

**1323.** Scrofularia vernalis L. Sp. p. 864. WILLD. Sp. 3. p. 274. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 69. BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 1. *p.* 301.

Ic. Lamium pannonicum II. exoticum CLUS. Hist. 2. p. 38. satis bona.

In sylvaticis Autolae M. D. BERTI, in Apennino bobbiensi, *Boglelio*, alibique cl. Prof. BALSAMO. ♂

## LXIX. ANTIRRHINEAE Iuss.

### CCCCXXIII. GRATIOLA R. Br. — Endl. Gen. n.° 3946.

**1524.** Gratiola officinalis L. Sp. p. 24. R. et S. Syst. 1. p. 129. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 112. Turio *Pl. clavar. p.* 5.

Ic. Gratiola Dod. Purg. p. 120.

In palustribus planitiei albingaunensis, in locis hyeme inundatis, pluribus locis, *Arenzano*, *Sassello*, *Sestri Levante* etc. copiose. ♃

### CCCCXXIV. DIGITALIS Tourn. — Endl. Gen. n.° 3915.

**1525.** Digitalis lutea L. Sp. p. 867. Willd. Sp. 3. p. 285. Koch Syn. p. 519. Bertol. *Disqu. p.* 9. Turio *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 280.

In sylvaticis montanis vulgaris. ♂

Variat floribus, in racemum secundum dispositis, plus minusve numerosis. Corolla in nostra extus sparse glandulifera nec tota glabra, caeterum non differt a specie Kochii.

**1526.** Digitalis grandiflora Koch Syn. p. 518. α. β. — D. ochroleuca Iacqu. — D. ambigua Murr. — Willd. Sp. 3. p. 285.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 189. 190.

In sylvaticis Apennini centralis et in alpibus maritimis Berti, Savignone, Traverso. ♃

### CCCCXXV. ANTIRRHINUM Iuss. — Endl. Gen. n.° 3892.

**1527.** Antirrhinum maius β. L. Sp. p. 859. Willd. Sp. 3. p. 257.

Ic. A. vulgo Caput canis Lob. Icon. p. 404.

Ad muros vetustos urbis, in tectis, ad muros hortorum vulgare. ♃. ♂

Variat floribus lacte purpureis vel albis.

**1528.** Antirrhinum latifolium Mill. — Reichb. Fl. excurs. p. 376. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 300. — A. maius α. L. Sp. p. 859.

Ic. A. latifolium pallido amplo flore Bocc. Mus. 2. tab. 41.

In sterilibus saxosisve Apennini ligustici, bobbiensis etc., in collibus regionis olivetorum ad muros, locis aridioribus frequens. ♂ subinde ♃

Flores maiores quam in praecedente, sed valde ludibundum, vel herba

calycibusque undique dense pubescenti-viscidis, vel foliis cauleque glabris, vel demum foliis ovatis, oblongis, oblongo-lanceolatis, obtusis, acutisve.

**1529. Antirrhinum Orontium** L. Sp. p. 860. Willd. Sp. 3. p. 258. Turio *Pl. clavar. p.* 20.

Ic. A. **minimum** Lob. Icon. p. 405.

In arvis, pascuis sterilibus, ad muros, ubique. ①

Variat simplex vel virgato-ramosum, spithameum, pedale, et paullo ultra, caule superne glanduloso vel glabro. — Folia inferiora opposita subinde terna, superiora alterna, approximata vel dissita, laciniae calycis corolla longitudine aequales, vel longiores, basi villosae, caetera parte glabrae, vel pilis glanduliferis ciliolatae. Capsulae hirsutae aut glabrae.

### CCCCXXVI. LINARIA Tourn. — Endl. Gen. n.° 3891.

**1530. Linaria Cymbalaria** Mill. — Koch Syn. p. 520. — **Antirrhinum Cymbalaria** L. Sp. p. 851. Willd. Sp. 3. p. 232.

Ic. **Cymbalaria italica folio hederaceo** Lob. Icon. p. 615.

Ad muros vulgatissima. ♃

**1531. Linaria Elatine** Mill. — Koch Syn. p. 521. — **Antirrhinum Elatine** L. Sp. p. 821. Willd. Sp. 3. p. 234. Turio *Pl. clavar. p.* 16.

Ic. Engl. bot. tab. 692.

In arvis, vineis, olivetis, et secus litora in Liguria, prae caeteris, orientali vulgatissima. ①

In arenosis litoreis tenuissima, caulibus filiformibus valde elongatis, foliis parvis, fere ut in L. **cirrhosa**.

**1532. Linaria commutata** Bernh. — Koch Syn. p. 251.

Ic. Reichb. Pl. crit.

In olivetis, vineis, in aridis secus litora valde frequens. ①

**1533. Linaria spuria** Mill. — Koch Syn. p. 521. Bertol. *Pl. genuens. p.* 161. — **Antirrhinum spurium** L. Sp. p. 851. Turio *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. Engl. bot. tab. 691.

In arvis, pascuis sterilibus, olivetis in omni Liguria. ①

L. **Elatine**, **commutata**, et **spuria**, quamquam inter se affines, optimis notis distinguuntur. L. **spuria** facile pedunculis villosis ab **Elatine** et a **commutata** distinguitur; haec vero a L. **Elatine** recedit corollarum

maiorum calcare uncinato, et seminibus granulatis, quae in A. Elatiore anfractuoso-insculpta.

**1554.** Linaria origanifolia DC. et DUBY Bot. gall. p. 343. — Antirrhinum origanifolium L. Sp. p. 852. ALL. *Auct. p.* 5.

Ic. Orontium saxatile alsines folio etc. BARREL. Icon. tab. 1102.

Ex colle *di Braus* in comitatu nicaeensi dedit Rev. MONTOLIVO. ♃

**1555.** Linaria minor DESF. Fl. atl. 2. p. 46. KOCH Syn. p. 521. — Antirrhinum minus L. Sp. p. 852. WILLD. Sp. 3. p. 251. TURIO *Pl. clavar. p.* 20.

Ic. A. alterum minimum repens LOB. Icon. p. 406.

In locis sterilioribus, in alveo torrentium passim. ①

**1556.** Linaria alpina MILL. — KOCH Syn. p. 521. — Antirrhinum alpinum L. Sp. p. 856. WILLD. Sp. 3. p. 248.

Ic. Linaria III. stiriaca CLUS. Hist. 1. p. 322.

In saxosis glareosisve summarum alpium maritimarum. ♃

**1557.** Linaria purpurea WILLD. En. Pl. H. Berolin. p. 639. BERTOL. Mant. Fl. alp. apuan. p. 41. — Antirrhinum purpureum L. Sp. p. 853.

Ic. L. altera purpurea DOD. Pempt. p. 183.

In agro nicaeensi Rev. MONTOLIVO. ♃

Icon DODONAEI habitum plantae nostrae satis apte exprimit, sed caulis in unico specimine a Rev. MONTOLIVO sub nomine Linariae striatae benevole misso, simplex, superne longe racemosus. — Caeterum a L. striata non solum floribus purpureis, sed corollis calcare longo deorsum curvato, corollam aequante, foliisque glaberrimis differt.

**1558.** Linaria Pelisseriana MILL. — KOCH Syn. p. 522. — Antirrhinum Pelisserianum L. Sp. p. 855. WILLD. Sp. 3. p. 244. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 66.

Ic. L. coerulea calcaribus longis CHABR. Sciagr. p. 482. rudior, sed non peior Icone BARRELIERI 1162.

In pascuis circa Albingaunum ex herb. VIVIANI. ①

**1559.** Linaria simplex DC. — DUBY Bot. gall. p. 345. KOCH Syn. p. 522. — Antirrhinum simplex WILLD. Sp. 3. p. 243. — A. arvense β. L. Sp. p. 855. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 63? forte ex parte tantum.

Ic. A. parviflorum Jacqu. Rar. tab. 499.

In arvis Nicaeae, *Caprazoppa* Ill. Carrega, cl. Cesati, *Spotorno*, *Serravalle* Cambiaggi. ①

Semina late alata, centro punctis elevatis scabra, qua nota praecipue differt ab arvensi, quae semina laevia profert.

**1540.** Linaria striata DC. et Duby Bot. gall. p. 346. Koch Syn. p. 522. — Antirrhinum repens et monspessulanum L. Sp. p. 854. Willd Sp. p. 3. 240. Smith Engl. Fl. 3. p. 133. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 65.

Ic. L. odorata monspeliensium Chabr. Sciagr. p. 481.

In sterilibus collium et montium nicaeensium, uneliensium, albingaunensium, frequentissima. ♃

Quod ad staturam et caulium divisionem non parum variat, sed laeviter a congeneribus dignoscitur, foliis angustis linearibus, sub vitro margine scabriusculis, confertis, calycis segmentis lanceolatis acutis, calcare brevi obtusiusculo, seminibus profunde rugosis, cingulo brevi marginatis.

**1541.** Linaria chalepensis Mill. — Koch Syn. p. 523. — Antirrhinum chalepense L. Sp. p. 859.

Ic. A. Osyris Cyrill. Pl. neap. 2. tab. 9.

In arvis prope Nicaeam Varigotti, Cesati, supra *Sestri di Ponente* Rosellini, Chiappori. ① .

**1542.** Linaria supina Desf. — DC. et Duby Bot. gall. p. 345. — Antirrhinum supinum L. Sp. p. 856.

Ic. L. hispanica V. Clus. Hist. 1. p. 321. — L. pyrenaica DC. Pl. gall. rar. tab. 11. — L. maritima DC. l. c. tab. 12.

In sterilibus montium et collium nicaeensium Rev. Montolivo, Prof. Gherardi, in Apennino clavarensi Turio ex herb. Viviani. ①

Specimina e montibus Tendae ad unguem respondent L. pyrenaicae DC. secundum exemplaria quae e pyrenaeis obtinui a cl. Aunier, nempe foliis glaucis carnosulis, inferioribus verticillatis, caule diffuso, superne, pedunculis calycibusque pubescenti-glandulosis, magnitudine florum, quorum calcar rectum vel leniter curvatum. In nonnullis vero ex iisdem montibus, herba tota glabra, penitus ut in Linaria maritima DC., nisi quod in nostra, folia superiora sparsa nec omnia verticillata. Quae tandem observavi ex apennino clavarensi, sistunt plantam omnibus partibus graciliorem, sed huic quoque sunt semina scutellata margine scarioso cincta ut in reliquis.

**1543.** Linaria vulgaris Mill. — Willd. En. pl. H. Berol. p. 641. Bertol. *Pl. genuens. p.* 161. — Antirrhinum Linaria L. Sp. p. 858. Turio *Pl. clavar. p.* 20.

Ic. L. prima Dod. Pempt. p. 183.

Ad muros, in locis neglectis, in vineis, vulgaris in omni Liguria. ♃

CCCCXXVII. ANARRHINUM Desf. — Endl. Gen. n.° 3890.

**1544.** Anarrhinum bellidifolium Desf. Fl. atl. 2. p. 52. Willd. Sp. 3. p. 261.

Ic. Linaria odorata Clus. Hist. 1. p. 320. mediocris.

In arvis et pascuis aridioribus Liguriae novensis, speciatim circa *Gavi* Rev. De Negri. ♃

CCCCXXVIII. ERINUS L. — Endl. Gen. n.° 3928.

**1545.** Erinus alpinus L. Sp. p. 478. Willd. Sp. 3. p. 332. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 72.

Ic. Ageratum purpureum Dalechampii Chabr. Sciagr. p. 367.

In alpibus nicaeensibus Rev. Montolivo, D. Piccaroli, et ex herb. H. bot. taurinensis. ♃

CCCCXXIX. VERONICA L. — Endl. Gen. n.° 3979.

**1546.** Veronica anagallis L. Sp. p. 16. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 71. α. β. Turio *Pl. clavar. p.* 5. Balb. *Misc. alt. p.* 5.

Ic. Engl. bot. tab. 721.

* Anomala, minor, foliis inferioribus e basi valde attenuata subpetiolatis obovatis ellipticisve, supremis sessilibus semiamplexicaulibus ovatis oblongisve, acutis integris vel crenulatis, racemis subinde alternis, caule fistulosa.

Ad rivulos et in fossis sequente frequentior; varietas in pratis spongiosis extra Genuam. ♃

**1547.** Veronica Beccabunga L. Sp. p. 16. R. et S. Syst. 1. p. 105. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 69.

Ic. Anagallis aquatica Lob. Icon. p. 466.

Ad rivulos et in fossis hinc inde, Genuae, *Sestri*, *Albenga*, *Sarzana* etc. ♃

**1548.** Veronica urticaefolia L. Fil. suppl. p. 83. R. et S. Syst. 1. p. 118. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 82. Turio *Pl. clavar. p.* 5. — V. latifolia Viv. *Fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 137. non L.

Ic. Chamaedrys spuria maxima Chabr. Sciagr. p. 418. rudis.

In sylvaticis umbrosisve montanis vulgo. ♃

**1549.** Veronica Chamaedrys L. Sp. p. 17. R. et S. Syst. 1. p. 116. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 80.

Ic. Chamaedrys quorundam sylvestris Clus. Hist. 1. p. 352.

In pascuis sylvaticis, collinis, montanisque frequens. ♃

Folia apud nos plerumque brevissime petiolata.

**1550.** Veronica montana L. Sp. p. 17. R. et S. Syst. 1. p. 118. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 75.

Ic. Engl bot. tab. 766.

In montibus albingaumensibus, in Apennino super *Torriglia*, et in monte *di Portofino* Chiappori, Traverso. ♃

**1551.** Veronica officinalis L. Sp. p. 14. R. et S. Syst. 1. p. 110. α. β. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 65. Turio *Pl clavar. p.* 5.

Ic. Engl. bot. tab. 765.

In pascuis sylvaticis collium et montium vulgaris. ♃

In locis maxime opacis humentibusque montanis laxior evadit, foliis solito grandioribus tenuioribusque, racemis laxiusculis, segmentis calycis capsulam fere aequantibus.

**1552.** Veronica Allionii Vill. Fl. dauph. 2. p. 8. R et S. Syst. 1. p. 110. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 67. — V. pyrenaica All.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 782.

In pascuis summarum alpium comitatus nicaeensis Rev. Montolivo. ♃

**1553.** Veronica aphylla L. Sp. p. 14. R. et S. Syst. 1. p. 104. α. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 68.

Ic. V. alpina, pumila, caule aphyllo Bocc. Mus. tab. 9.

In pascuis alpium nicaeensium editarum Rev. Montolivo, in alpibus ditionis albingaumensis Traverso. ♃

**1554.** Veronica prostrata L. Sp. p. 17. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 76.

Ic. Teucrium V. Clus. Hist. 1. p. 350. bona. — Puccinell. Stirp. lucens. tab 2.

In pascuis collinis, olivetisque Liguriae occidentalis Cesati, Berti, Traverso. ♃

**1555.** Veronica latifolia L. Sp. p. 18. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 79.
Ic. Teucrium IV. Clus. Hist. 1. p. 349.
In pascuis montium supra Tendam cl. Cesati. ♃

**1556.** Veronica spicata L. Sp. p. 14. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 62. α. — V. spicata R. et S. Syst. 1. p. 93.
Ic. V. spicata minor Vaill. Bot. paris. tab. 33. fig. 4.
In pascuis montanis comitatus nicaeensis Rev. Montolivo. ♃

**1557.** Veronica bellidioides L. Sp. p. 15. R. et S. Syst. 1. p. 99. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 84.
Ic. V. caule simplici etc. Hall. Hist. tab. 15. fig. 1.
In pascuis alpium nicaeensium Rev. Montolivo, in alpibus ditionis albingaunensis editioribus Traverso. ♃

**1558.** Veronica fruticulosa L. Sp. p. 15. Koch Syn. p. 529. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 85.
Ic. Engl. bot. tab. 1028.
In pascuis montium supra Tendam cl. Cesati, in alpibus Liguriae occiduae ex herb. Viviani. ♄

**1559.** Veronica saxatilis L. fil. suppl. p. 83. Koch Syn. p. 529. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 86.
Ic. Veronica III. fruticans Clus. Hist. 1. p. 347.
In pascuis editis montium nicaeensium Rev. Montolivo, cl. Cesati, in alpibus albingaunensibus vulgatissima Traverso, nec non in apenninis Liguriae orientalis. ♄

**1560.** Veronica serpyllifolia L. Sp. p. 15. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 89. Turio *Pl. clavar. p.* 5.
In arvis, hortis, locis humidis etiam montanis frequens. ♃

**1561.** Veronica acinifolia L. Sp. p. 19. R. et S. Syst. 1. p. 124. (excl. V. romana All.) Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 94.
Ic. V. minima etc. Vaill. Bot. paris. tab. 33. fig. 3. bona.
In arvis sarzanensibus Bertoloni, *Loano* Viviani ex eiusd. herb. ①

**1362.** Veronica arvensis L. Sp. p. 18. R. et S. Syst. 1. p. 127. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 92.

Ic. Alyssum Dioscoridis Columm. Phytob. ed. neap. p. 28. bona.

In arvis, pascuis sterilibus, ad muros, tum in litoreis, cum in collinis montanisque totius Liguriae. (1)

Variat pumila vix bipollicaris.

**1363.** Veronica triphyllos L. Sp. p. 19. R. et S. Syst. 1. p. 120. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 96. (excl. V. romana All. ex cl. Moris in act. Acad. taur. vol. 2. ser. 2)

Ic. Engl. bot. tab. 29.

In arvis Liguriae novensis circa *Serravalle* Cambiaggi. (1)

**1364.** Veronica Buxbaumi Ten. Fl. neap. Syll. p. 14. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 103. — V. persica R. et S. Syst. 1. p. 126. — V. filiformis Auct. quorund. — V. agrestis Turio *Pl. clavar. p.* 5. verosimiliter sequent. quoque amplect.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 268.

In pascuis, arvis, in campestribus vulgatissima. (1)

**1365.** Veronica didyma Tenor. Fl. neap. Syll. p. 13. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 101. — V. polita Fries Nov. Fl. suec. p. 1. ed. 2. — V. agrestis Sm. Engl. Fl. 1. p. 24. non L.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 246.

In arvis, pascuis, ad vias, murosque cum praecedente. (1)

Variat pro loco omnium partium magnitudine maiore vel minore. Flores subinde primo vere minutissimi.

**1366.** Veronica hederifolia L. Sp. p. 19. R. et S. Syst. 1. p. 121. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 104. et *Pl. genuens. p.* 104. Turio *Pl. clavar. p.* 5. Viv. *fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 136. et *fragm. ed.* 2. *p.* 15.

Ic. Viv. l. c. tab. 16. fig. 2.

In arvis, hortis hinc inde. (1)

**1367.** Veronica cymbalaria Bertol. *Pl. genuens. p.* 104. et *Fl. ital.* 1. *p.* 105. R. et S. Syst. 1. p. 121. — V. cymbalariaefolia Vahl. — Viv. *fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 135. et *fragm. ed.* 2. *p.* 14. Turio *Pl. clavar. p.* 5.

Ic. Viv. l. c. tab. 16. — Puccinell. Stirp. lucens. tab. 1.

In arvis, hortis, ad vias, muros ubique. (1)

# LXX. OROBANCHEAE Iuss.

## CCCCXXX. LATHRAEA L. — Endl. Gen. n.° 4188.

**1368.** Lathraea squamaria L. Sp. p. 884. Willd. Sp. 3. p. 201.
Ic. Dentaria Lob. Icon. 2. p. 270.

In sylvis opacis montium *d'Acqua Fredda* supra Genuam, ad radices Aceris Pseudoplatani, aliarumque. ♃

Corolla rosea, labium inferius crenulatum vel breviter bifidum.

## CCCCXXXI. OROBANCHE — Endl. Gen. n.° 4185.

**1369.** Orobanche Rapum Thuill. — Koch Orobanch. in Ann. scient. naturell. 4. (1834) p. 372.
Ic. Reichb. Pl. crit. fig. 900.

Parasitica ad radices Sarothamni scoparii in montanis supra Genuam. ♃

**1370.** Orobanche **Satyrus**, superne densissime hirsuta, bracteis longe ovato-acuminatis corollam duplo fere superantibus, summis comantibus, sepalis bifidis, segmentis subulatis longis corollam subaequantibus; corollae intus glabrae tubo basi ventricoso subglabro campanulato, labio superiore curvato breviter bilobo, denticulato, inferiore trilobo subappresso superiorem aequante, lobis lateralibus ovato-acutis, utrinque dente auctis, subcomplicatis, undulatisque, medio maiore basi constricto, complicatoque undulato, ovato-acuto; staminum filamentis, basi corollae insertis, inferne glabris, superne ovarioque basi tristrumoso, styloque arcuato glanduloso pubescentibus, stigmate bilobo luteo, subexserto, lobis hemisphaericis divaricatis, antheris vix apice glanduliferis.

In sylvaticis montanis supra Genuam legerunt Hortulani H. R. botanici genuensis. ♃

Pedalis, caulis angulatus inferne glabratus dilute violaceus, squamis magnis sparsis vestitus: superne, squamae, calyx, corollaeque limbus, dense hirsutissima, villo longo luride cinerascente, deflexo, glandulifero; corolla dilute intus violacea, venosa.

Proxima praecedenti, sed differt hirsutie, longitudine bractearum, sepalorumque, labiis corollae subaequalibus conniventibus, stigmate dimidio ac in illa minore.

1371. Orobanche caudata. Calyce trisepalo, sepalo posteriore (in axilla floris), lineari dorso corollae appresso, corollae tubum aequante vel dimidio breviore.

Ad radices Peucedani Cervariae in collibus supra *Sestri di Ponente.* ♃

Caulis spithameus, pedalisve, adscendens vel erectus, basi squamis tectus, sed parum incrassatus, leviter sulcatus, coloris subcarnei sub lente minute puberulus, praesertim in parte superiore. Squamae inferiores triangulo-acutae, subacuminataeve, laxe imbricatae ferrugineae, apicem versus nigrescentes, fragiles, fere exsuccae. Superiores remotiores oblongae, obtusinsculae, extus hirsutulae, siccando multinerviae. Flores in spicam laxinsculam vix palmarem dispositi, bracteae ovato-attenuatae obtusinsculae, apice plerumque reflexae, corollae labium inferiorem aequantes vel paullulum superantes, ceterum squamis caulinis prorsus similes. Sepala profunde bifida, segmentis subparalellis, superiore corollae dimidiae longitudinis, antico paullulum breviore, rudimentum tertii sepali pone corollam et inter sepala lateralia lineare, parte dorsali corollae tubi adpressum, in floribus inferioribus corollae tubum dimidium aequans vel tubum integrum superans. Corolla extus villosa glanduliferaque tubuloso-campanulata, tubo supra basim curvato-subgeniculato, limbo porrecto, labio superiore late bilobo, inferioris trilobi lobis patenti-depressis divaricatisve, undulato-sulcatis, irregulariter denticulatis, ad basim canaliculato-constrictis. Filamenta ad basim fere corollae inserta, cum basi corollae ipsius hirsutulae, reliqua parte glabra. Ovarium in parte superiore, stylusque sparse piloso-glanduligera. Stigma vitellinum bilobum, lobis parum divaricatis subreniformibus, idest sinu latere interno excisis. — Corolla dilute subviolacea, livida, lineis saturatioribus paucis exarata, pili eius e tuberculo minutissimo oriri videntur, praesertim in sicco.

1372. Orobanche maior Duby Bot. Gall. p. 349.

Ad radices Ulicis europaei in montibus *di Torriglia.* ♃

Nostra ad Orobanchem Rapum, facie et in primis ovario basi tristrumoso accedit, sed tum statione, cum characteribus congruit cum planta a cl. Dubyo hoc nomine indicata.

1373. Orobanche cruenta Bertol. *Pl. rar. dec. III. in Amoen. p.* 89. Koch Orobanch. l. c. p. 365. — O. caryophyllacea Viv. *Ann. bot.* 2. *p.* 175. non Smith secund. Bertol. Turio *Pl. clavar. p.* 19.

ic. Reichb. Pl. crit. tab. 896. 898. 899.

In dumetosis collium Liguriae australioris ad radices Genistae pilosae, Cytisorum, Dorycniorum etc. ♃

**1574.** Orobanche pruinosa Kock Orobanch. l. c. vol. 5. p. 35. Duby Bot. Gall. p. 349.

In agro albingaunensi, tum in cultis ad Viciam Fabam, cum in pascuis. ♃

Caulis pedalis, brachyalis basi valde incrassatus bulbiformis, bulbo subrotundo, depresso vel subturbinato e basi subinde prolifero, inferiore parte nudo, superiore squamis nonnullis distantibus, coriaceis, fuscis, glabriusculis, triangulo-acuminatis vel subrhombeis instructo, in varietatibus vero vix bulbosis caulis basi squamis imbricatis tectus, fistulosus, erectus, superne obtuse angulatus, fusco-purpurascens, villo plus minus copioso, crispo, glanduligero vestitus, farina veluti conspersus. Squamae caulinae remotae, triangulo-lanceolatae angustae, vel ovato-lanceolatae, saepe in parte superiore caulis deficientes. Flores in spicam palmarem, spithameamve dispositi, laxiusculi, bracteis ovato-acuminatis, membranaceis, concavis, hirtis, in vivo basi expallentibus, lutescentibusque, labium inferius corollae aequantibus. Sepala ovata saturate purpurea, subaequaliter bifida, segmentis vix divergentibus acuminato-subulatis corollae tubum aequantibus vel paullo brevioribus, interdum indivisa, antice dente instructa. Corolla 20-25-millimetra longa tubuloso-campanulata laeviter curvata, ex ochroleuco vel albo violascens, venis saturatioribus superne ramosis picta, antice a basi usque ad staminum insertionem constricta, dorso gibbosa, et supra gibbositatem obtuse carinata, extus villis longis, sparsis, glanduliferis villosula, intus glabra. Labia denticulato-fimbriata longitudine subaequalia, superius late bilobum, lobis superpositis leniter deflexis, intus venis saturate violaceis pictum, inferius amplum, primum superiori adpositum, dein patens, lobis omnibus basi constricto-complicatis, medio lateralibus maiore, flabellatim venosis. Stamina supra vel vix supra basim corollae inserta, adscendentia, filamentis compresso-subulatis, inferne et parte anteriori sulco exaratis, villoso glanduliferis, superne undique villosis, glandulosisque, dorso ad insertionem calloso-glandulosis, calloceraceo-luteum. Ovarium glandula magna ceraceo-vitellina cinctum, apice styloque sparse glanduloso-pilosum. Stigma magnum lobis hemisphaericis, latere interno utrinque impressis, dilute violaceum vel cinnamomeum.

Planta Lapeyrousii, ex descriptione ab eodem data ( Abreg. suppl. p. 87 ) discrepat pluribus momentis a nostra, v. gr. labio superiore integro, bracteis setaceis etc. — Pariter planta a Reichb. in pl. crit. depicta recedit a nostra venis corollae fundo prorsus albae coeruleis.

**1575.** Orobanche Hederae Vauch — Duby Bot. gall. p. 350. — O. barbata Reichb. Fl. excurs. p. 353.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 881. 882.

Ad radices Hederae Helicis passim. ♃

**1576.** Orobanche minor Sutt. — Reichb. Fl. excurs. p. 353.

Ic. Reichb. Pl. crit. fig. 876. 877. 879. 880.

In dumetosis collium hinc inde ad radices Genistae pilosae, Trifolii pratensis. ♃

**1577.** Orobanche ramosa L. Sp. p. 882. Koch Syn. p. 539. Bertol. *Lucubr. p.* 16.

Ic. Reichb. Pl. crit. fig. 933. 934.

* tenella, caule simplici, dentibus calycis valde attenuatis, corolla dense villosa, labiis margine eleganter ciliatis.

In arvis Cannab. satis in planitie albingaunensi et sarzanensi nimis copiosa: var. in pascuis montanis hinc inde. ♃

Plures huiusce generis species, vel aptius formae in herbario meo extant, ulterius inquirendae. Adsunt lectae in Crithmo maritimo, in Dauco Carota, et in aliis permultis, quae ab analogis ab auctoribus descriptis valde differunt, sed species vere distinctas nequaquam constituere censeo. Eveniet brevi de hoc genere id quod de Uredinibus et Pucciniis factum est, in quibus praecipua distinctionis nota saepissime a planta, in qua reperiuntur, sumitur. Sed adhuc probandum restat, num unaquaeque Orobancheos species constanter definitae speciei parasitica sit, de quo valdopere dubitare licet, vel contra indiscriminatim plures et quidem diversae familiae plantas adgredi possit. Species ligusticae superius memoratae, characteribus potioribus, ratione crescendi et sede cum homonymis auctorum convenire videntur, ast identicae dici nequeunt, quod clarius elucebit ex comparatione exempli gratia O. nostrae pruinosae cum homonyma Kochii, Dubyi, Lapeyrousii, et sic de reliquis. — Monendum denique O. Hederae vix differre a specie quae in Crithmo provenit, adesse in Euphorbia spinosa speciem O. minori simillimam; O. cruentam vigere in plerisque leguminosis suffruticulosis, etc. etc.

## LXXI. RHINANTHACEAE DC.

### CCCCXXXII. MELAMPYRUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 4018.

**1578.** Melampyrum arvense L. Sp. p. 842. Willd. Sp. 3. p. 198. Turio *Pl. clavar. p.* 20.

Ic. Parietaria sylvestris III. Clus. Hist. 2. p. 45. mediocris.

In arvis montanis convallium apenninorum frequens: unica vice legi in alveo torrentis *Sturla* supra Genuam. (1)

**1579.** Melampyrum cristatum L. Sp. p. 842. Willd. Sp. 3. p. 197.

Ic. Engl. bot. tab. 41.

In sylvaticis prope Serravalle ad Scriviam Cambiaggi. (1)

**1580.** Melampyrum nemorosum L. Sp. p. 843. Willd. Sp. 3. p. 198.

Ic. M. luteum coma coerulea Barrel. Icon. tab. 769. fig. 1. — M. affinis Parietaria coerulea Chabr. Sciagr. p. 477.

* angustifolium, foliis lanceolatis, lanceolatove linearibus, bracteis longe acuminatis. — M. nemorosum δ. Bertol. *Mant. Fl. alp. apuan. p.* 41.

** giganteum, pedale vel bipedale, bracteis inferioribus late hastato-acuminatis, lobis baseos 2-3-4-grandidentatis, superioribus hastatis basi inciso-pluridentatis, summis coloratis.

In sylvaticis montanis supra *Dolcedo* Berti; variet. angustifolia in sylvis collinis et montanis Apennini genuensis; var. gigantea in sylvis di *Rezzo* et in montibus albingaunensibus Berti, Traverso. (1)

Bracteae ut plurimum subtus nigro punctatae ut in arvensi, sed parcius, capsulae reticulatae.

**1581.** Melampyrum pratense L. Sp. p. 843. Willd. Sp. 3. p. 199. Turio *Pl. clavar. p.* 20.

Ic. Parietaria sylvestris II. Clus. Hist. 2. p. 44.

In sylvis montanis Apennini frequens. (1)

### CCCCXXXIII. PEDICULARIS Tourn. — Endl. Gen. n.° 4015.

**1582.** Pedicularis fasciculata Bellard. — Willd. Sp. 3. p. 218. Koch Syn. p. 541. — P. gyroflexa Willd. l. c. ex Avé Lallem. *de quibusd. pl. ital. p.* 15.

In pascuis montium editiorum Tendae Cesati, Montolivo, Boissier, et in alpibus maritimis Liguriae occidentalis. ♃

Maxime memorabilis est forma huiusce speciei in alpibus *di Frontero* collecta, in qua caulis plusquam pedalis, robustus, longius floriger, folia quidem multo maiora, pinnis eorundem confluentibus, rostrum galeae quidquam longius, sed adsunt formae omnino intermediae quae cum specie coniungunt.

**1583.** Pedicularis tuberosa L. Sp. p. 847. Willd. Sp. 3. p. 217. Koch Syn. p. 541. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 269.

Ic. P. caule simplici etc. Hall. Hist. tab. 10.

In pascuis montanis editis Apennini bobbiensis et genuensis haud rara M. D. Berti, Traverso. ♃

In iisdem speciminibus calyces observavi cum segmentis vel omnibus inciso-dentatis, vel simul inciso-dentatis, et integris, vel demum omnibus integerrimis, ex quo specimina quae segmentis calycinis integris gaudent separari nequeunt. In hoc statu accedit ad P. Barrelieri Reichb., sed nostra tota villoso-puberula.

**1584.** Pedicularis incarnata Iacqu. — Willd. Sp. 3. p. 213. Koch Syn. p. 541.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 3. fig. 2.

In pascuis editis alpium nicaensium cl. Cesati, Rev. Montolivo. ♃

**1585.** Pedicularis comosa L. Sp. p. 847. Willd. Sp. 3. p. 220. Koch Syn. p. 542. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 296.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 4. fig. 1.

In pascuis Apennini genuensis, bobbiensis, savonensis, et in alpibus maritimis vulgatissima. ♃

Flores ochroleuci, galea obtusa, bidentata, dentibus acuminatis; radix fasciculata, fibris fusiformi-elongatis.

**1586.** Pedicularis foliosa L. Mant. — Cod. Linn. n.° 4410. Willd. Sp. 3. p. 211.

Ic. Alectorolophus alpina I. Clus. Hist. 2. p. 210.

In pascuis montium Tendae cl. Cesati, in Apennino ad Antolam ex herb. Viv., in alpibus *di Frontero*, *Triora* legit Traverso. ♃

## CCCCXXXIV. RHINANTHUS L. gen. ed. Schreb. p. 401.

**1587.** Rhinanthus maior Ehrh. — Koch Syn. p. 544. — R. Crista galli β. L. Sp. p. 840. — Alectorolophus maior Reichb. Fl. excurs. p. 358. — R. Crista galli Turio *Pl. clavar. p.* 20.

Ic. Reichb. Pl. crit. fig. 975.

In pascuis collinis montanisque passim. ①

Variat calyce glabro vel villoso, foliis plus minus velatis, caule simplici, ramosove.

**1588.** Rhinanthus minor Ehrh — Koch Syn. p. 544. — R. Crista galli α. L. Sp. p. 840. ex Koch — Alectorolophus minor Reichb. Fl. exc. p. 358.

Ic. Reichb. Pl. crit. fig. 974.

In pascuis montanis Apennini genuensis. ①

## CCCCXXXV. BARTSIA Duby Bot. gall. p. 353.

**1589.** Bartsia alpina L. Sp. p. 839. Willd. Sp. 3. p. 187.

Ic. Clinopodium alpinum Pon. apud Clus. Hist. 2. p. 343.

In pascuis alpium maritimarum valde frequens Rev. Montolivo, Traverso. ♃

**1590.** Bartsia Trixago, versicolor Ten. Fl. neap. Syll. p. 300. Moris et DNtrs. Fl. capr. n.° 290. — B. versicolor DC. — Duby Bot. gall. p 354. — Bellardia Trixago All. *Fl. ped.* 1. *p.* 61 ??

Ic. B. Bicolor DC. Pl. gall. rar. tab. 10.

In agro nicaeensi Rev. Montolivo. ♃

Variat simplex vel ramosa, foliis superioribus plus minusve angustis.

Bellardia Trixago All. ex synonymis in Fl. ped. adductis ad hanc speciem pertinere videretur, sed Bartsiis sane non est calyx bilabiatus, labio superiore semibifido, segmentis trifidis vel bidentatis, inferiore lanceolato-concavo.

**1591.** Bartsia viscosa L. Sp. p. 839. Willd. Sp. 3. p. 186. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 61. Balb. *Addit. n.°* 28.

Ic. Alectorolophus italica luteo-pallida Barrel. Icon. tab. 665.

In pascuis humidis secus litora Nicaeae, Uneliae, Albingaumi, ad Lunae portum frequentissima. ①

40

**1592.** Bartsia purpurea Duby Bot. gall. p. 354. — Euphrasia latifolia L. Sp. p. 841. Willd. Sp. 3. p. 192. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 59.

Ic. Euphrasia III. latifolia atropurpurea Barrel. Icon. tab. 276. haud bona.

In pascuis collinis apricis, Genuae, *Sestri di Ponente* Rosellini, in collibus Liguriae novensis Cambiaggi, frequens. (1)

Iam monui in Indice semin. H. bot. genuensis ann. 1840, Parentucelliam floribundam Vivianii (Fl. lyb. spec. p. 32. tab. 21. fig. 2.) ab hac specie longe distare, tum calycis forma, cum florum magnitudine etc.

CCCCXXXVI. EUPHRASIA L. — Duby Bot. gall. p. 354.

**1593.** Euphrasia officinalis L. Sp. p. 841. Willd. Sp. 3. p. 193. Bertol. *Pl. genuens. p.* 161. Turio *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. Euphrasia, sive Euphrosine Lob. Icon. p. 496. Planta luxurians.

In pascuis ubique. (1)

Polymorpha: foliorum dentes 3-4-5 inferiorum saepe obtusi, superiorum vel omnes cuspidati. Ludit porro foliis pubescentibus vel glabris, planis vel lineatis. Capsula, in omnibus observatis apud nos varietatibus, truncato-emarginata cum mucronulo.

**1594.** Euphrasia serotina Lamck — Koch Syn. p. 547. — E. Odontites β. L. Sp. p. 842. Turio *Pl. clavar. p.* 19? — Bartsia serotina Bertol. *Observ. in Amoen. p.* 33.

Ic. E. sylvestris maior purpurea Barrel. Icon. tab. 276. fig. 2.

In pascuis agri sarzanensis, aliisque locis in Liguria orientali, in agro nicaeensi Piccaroli, in collibus Liguriae novensis Rosellini, Savignone, Cambiaggi. (1)

Bracteis flore brevioribus ab insequente prima fronte distinguitur.

**1595.** Euphrasia verna Bellard — Duby Bot. gall. p. 355. — E. Odontites α. L. Sp. p. 841. — Bartsia Odontites Bertol. *Observ. l. c. p.* 32.

Ic. E. II. Dodonaei Lob. Icon. p. 496.

In arvis nicaeensibus Rev. Montolivo, in montanis Apenninis, *Torriglia*, *Sassello*, *Montobbio* etc. vulgatissima. (1)

**1596.** Euphrasia lutea L. Sp. p. 842. Willd. Sp. 3. p. 195. Bertol. *Pl. genuens. p.* 161. Turio *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. Sideritis pratensis lutea Hist. Pl. lugd. 2. p. 1121.

In sylvaticis aridisve collinis ubique frequens. (1)

**1397.** Euphrasia viscosa L. Mant. I. — Cod. Linn. n.° 4385. Willd. Sp. 3. p. 195. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 61.

Ic. Pedicularis annua lutea tenuifolia viscosa etc. Garid. Aix tab. 78. mala.

In collibus nicaeensibus ex exemplaribus H. R. bot. taurin. ①

Corollis glabris, pubescentia glandulifera a praecedente facile differt.

---

## LXXII. LABIATAE Iuss.

### I. *OCYMOIDEAE* Benth. Lab. p. lii.

### CCCCXXXVII. LAVANDULA L. — Benth. Lab. p. lv. et 146.

**1398.** Lavandula Spica DC. — Benth. p. 149. — L. Spica β. latifolia L. Sp. p. 800. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 24. partim.

Ic. Nardus italica etc. Lob. Icon. p. 431.

Ad rupes in collibus aridioribus secus litora Liguriae occidentalis, *Capo delle Mele*, *Porto Maurizio* etc. ♄

**1399.** Lavandula vera, ligustica, ramis superne nudis tetragonis, angulis prorsus glabris, foliis iunioribus ob margines insigniter revolutos linearibus, tomento stellato, flocculoso, parce conspersis, adultis lanceolatis, obverseve oblongo-lanceolatis obtusis, vix margine revolutos subglabris, viridibus, bracteis inferioribus late uniformibus, superioribusque ovatis, breviter acuminatis nervosis, senio fere glabratis, verticillis 6-12-floris, sursum valde approximatis, calycibus, sulcis valde extantibus, 13-nerviis, obsolete eroso 4-dentatis, appendicula ovato-subrotunda concava, iunioribus tomento stellato superne denso coeruleoque vestitis, demum parce canescentibus.

In collibus aridis *di Bavari* et sub *il forte di Rati*, in Liguria occidua circa *Dolcedo* Berti. ♄

A L. vera ex agro lugdunensi a cl. et amicissimo Aunier benevole communicata nostra pluribus differt; in illa enim partes omnes magis magisque canescentes, calyces vix striati, densius tomentosi, villosive, bracteae angustiores.

1400. Lavandula Stoechas L. Sp. p. 800. Benth. Lab. p. 147. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 25. Turio *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. Stoechas etc. Lob. Icon. p. 429.

In aridioribus, calidioribusque collium regionis olivetorum in Liguria occidua copiose. ♄

II. *MENTHOIDEAE* Benth. Lab. p. lv.

CCCCXXXVIII. MENTHA L. — Benth. l. c. et p. 168.

1401. Mentha sylvestris L. Sp. p. 804. Benth. p. 171. Kock Syn. p. 550. α. A. B. C. — M. sylvestris Turio *Pl. clavar. p.* 18. — M. sylvestris δ Bertol. *Pl. genuens. p.* 158.

Ic. Menthastrum Lob. Icon. p. 509. et M. vulgata Lob. l. c. p. 506.

In pascuis humidis, secus viarum, fossarumque latera, ad rivulos in montanis vulgaris. ♃

Differt a sequente foliis brevissime petiolatis haud rugosis, serratis, caeterum polymorpha ludit foliis oblongis acuminatis, vel acutis tantum, ovato-oblongis, ovatisve acutis, utraque pagina plus minusve canescentibus, vel pagina superiore subglabris, inferiore mollissime tomentosa.

1402. Mentha rotundifolia L. Sp. p. 805. Benth. Lab. p. 173. Koch Syn. p. 559. Turio *Pl. clavar. p.* 18.

Ic. Menthastrum, folio rugoso, rotundiore, etc. Chabr. Sciagr. p. 414. M. niveum anglicum Lob. Icon. p. 510.

Iisdem locis ac praecedens. ♃

Variat quamplurimum, more praecedentis, statura, indumento, foliorum forma, quae vero in hac sessilia, plerumque latiora, et breviora, apice rotundata, crenata, rugosa.

1403. Mentha aquatica Benth. Lab. p. 176. Koch Syn. p. 551. α. β. — M. aquatica L. Sp. p. 805. Turio *Pl. clavar. p.* 18. — M. hirsuta L. Mant. — Cod. Linn. n.° 4204. α. Bertol. *Pl. genuens. p.* 159.

Ic. Aquatica sive sisymbrica Mentha etc. Lob. Icon. p. 505. — M. aquatica hirsuta Chabr. Sciagr. p. 415.

Secus rivulos tum in litoreis, cum in collinis montanisque. ♃

1404. Mentha Pulegium L. Sp. p. 807. Benth. Lab. p. 182. Turio *Pl. clavar. p.* 18.

Ic. Pulegium Mas Plinii Chabr. Sciagr. p. 420. rudis at melior ac Ic. Lobelii p. 420. fig. 2.

β. Caule foliisque dense villosis Benth. l. c.

In humidis secus litora hinc inde copiosa. ♃

Variat caule foliisque glabriusculis et plus minusve dense pubescentibus, subinde foliis glandulis nigrescentibus punctatis.

CCCCXXXIX. LYCOPUS L. — Benth. Lab. p. lv. et 184.

**1405.** Lycopus europaeus L. Sp. p. 30. Benth. p. 186. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 129.

Ic. Siderite prima Matth.

Frequens in humidis secus torrentium alveum et ad rivulos, etiam in montibus. ♃

Folia inferiora subinde profunde ad basim dentato-pinnatifida.

III. *MONARDEAE* Benth. Lab. lvi.

CCCCXL. ROSMARINUS L. — Benth. p. lvii. et 314.

**1406.** Rosmarinus officinalis L. Sp. p. 33. Benth. p. 315. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 134. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 15.

Ic. Rosmarinum coronarium Lob. Icon. p. 429.

In collibus aridioribus calidioribusque Liguriae oleiferae, Nicaeae, *Capo di Noli*, *Sestri Ponente*, *Palmaria* etc. ♄

CCCCXLI. SALVIA L. — Benth. Lab. p. lvi. et 190.

**1407.** Salvia officinalis L. Sp. p. 34. Benth. Lab. p. 208. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 136. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 12.

Ic. Salvia maggiore Matth.

Ad rupes et saxosis in collibus nicaeensibus Rev. Montolivo. ♄

**1408.** Salvia viridis L. Sp. p. 34 Benth. p. 220. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 138. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 13.

Ic. Horminum subrotundo folio etc. Barrel. Icon. tab. 200.

In Liguria occidua ex herb. Viviani, Nicaeae ex herb. cl. Cesati. ①

**1409.** Salvia sylvestris L. Sp. p. 34. Benth. Lab. p. 237.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 527.

In alveo torrentis *Sturla* prope Genuam, unice et unicum exemplar legi iunio 1843. ♃

A S. pratensi statim distinguitur bracteis coloratis, ante anthesim imbricatis. Dubia civis.

**1410.** Salvia pratensis L. Sp. p. 35. Benth. p. 233. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 145. Turio *Pl. clavar. p.* 5.

Ic. Engl. bot. tab. 153.

In pascuis vulgatissima. ♃

**1411.** Salvia clandestina Benth. Lab. p. 240. — S. Verbenaca Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 146. (quod ad plant. ligust.) et *Pl. genuens. p.* 104. Turio *Pl. clavar. p.* 5. — S. clandestina Bertol. *Pl. Rar. dec. III. in Amoen. p.* 74. — S. multifida S. et Sm. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 149.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 523. 522. 524. 719.

In pascuis apricis vulgatissima. ♃

Individua primo vere florentia, saltem apud nos, pumila vix spithamea, foliis plus minusve profunde inciso-pinnatifidis, rugosissimis, corollis calyce vix vel duplo longioribus passim ludunt, serius cum fructus ad maturitatem producuntur, omnibus partibus ampliantur, foliaque minus rugosa exhibent, et saepe in parte superiore in ramos abeunt. — Extant porro formae, serius florentes, planta vernali statura multo maiores, quae foliis latioribus, laevioribusque minus incisis, corollis parvis, S. verbenacam (in Ital. austr. haud provenientem cf. Benth. l. c.) aemulantur. Sed quod ad corollas attinet, calyce vix vel duplo maiores etiam in planta pumila reperiuntur, et quod ad rugositatem foliorum facile explicari potest, quo pacto in eadem planta rugosa vel laevia, diversis temporibus, vel eodem etiam tempore esse possunt. — Addendum folia in planta nostra non semper glaberrima, at occurrere subinde in utraque pagina ad costam villosa. Ceterum planta adhuc dum intricata, et difficulter a S. verbenaca distinguenda. Cl. Bentham tribuit S. verbenacae corollam magnitud. S. Hormini, at S. Hormini specimina ex Oriente, Dalmatia, ad manus sunt quae corollam calyce plus duplo longiorem exhibent, quod forte iterum iterumque comprobat characterem e magnitudine corollae in hisce speciebus nullius momenti esse.

**1412.** Salvia verticillata L. Sp. p. 37. Benth. Lab. p. 311. α. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 154. — S. napifolia Bergam. *Git. apenn. in Giorn. Pav.* 1824 *p.* 214. excl. Syn.

Ic. Horminum sylvestre III. Clus. Hist. 2. p. 29.

In pascuis montanis Apennini et alpium maritimarum copiose, descendit saepe hinc ad limina maris, illinc ad planitiem circumpadanam. ♃

**1413.** Salvia glutinosa L. Sp. p. 37. Benth. p. 218. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 155. et *Pl. genuens. p.* 104. Turio *Pl. clavar. p.* 5.

Ic. Colus Iovis Lob. Icon. p. 557.

In sylvaticis opacis, praesertim montanis. ♃

**1414.** Salvia Sclarea L. Sp. p. 38. Benth. p. 224. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 156. *α.* All. *Fl. ped.* 1. *p.* 15.

Ic. Sclarea etc. Lob. Icon. p. 556.

In ruderatis, sterilibusque secus litora Liguriae occidentalis ab agro albingaumensi ad Nicaeam usque frequens: in Liguriae novensis collinis Rev. De Negri, Cambiaggi. ♂

## IV. *SATUREINEAE* Benth. Lab. p. lvii.

### CCCCXLII. ORIGANUM Benth. p. lviii. et 334.

**1415.** Origanum vulgare L. Sp. p. 824. Benth. Lab. p. 335. *α.* Bertol. *Pl. genuens. p.* 159. Turio *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. Agrioriganum Lob. Icon. p. 492.

In pascuis aridis, dumetosis vulgatissimum. ♃

Planta omnibus nota, in deliciis apud Ligures, vulgo *Cornabugia.*

### CCCCXLIII. THYMUS Benth. Lab. p. lviii. et 340.

**1416.** Thymus vulgaris L. Sp. p. 825. Benth. p. 342. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 20. Turio *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. T. durius Plinii Lob. Icon. p. 425.

* hybridus, caule diffuso ramis adscendentibus filiformibus vix tetragonis, pube densa cinereis, foliis ovatis, obtusis, basi in petiolum attenuatis planis, facie sub lente acriori minutissime puberulis, viridi-cinereis, dorso canescentibus, floribus in apice ramorum axillaribus, solitariis, ternisve, corolla dentes calycinos inferiores paullo superante vix glandulosa, staminibus inclusis.

In saxosis, aridioribus collium Liguriae australioris passim, varietatem in agro clavarensi legit Stoll. ♄

Folia in specie subinde omnia prorsus linearia; varietas valde recedit a specie caulibus ramisque debilibus diffusis, ut in Serpyllo, et forte speciem distinctam constituere debebit.

**1417.** Thymus Serpyllum L. Sp. p. 285. Benth. p. 343.
α. vulgaris Benth. l. c. — T. Serpyllum Fries Nov. Fl. suec. ed. 2. p. 195.
Ic. Serpyllum vulgare Dod. Pempt. p. 277. — S. saxatile Vaill. Bot. Paris. tab. 31. fig. 40. 41.
β. montanus Benth. l. c. — T. Chamaedrys Fries l. c. p. 197.
Ic. Serpyllum alterum Dod. l. c. — S. vulgare Vaill. Bot. Paris. tab. 32. fig. 7. 8. 9.

Vulgatissimus in collibus sterilioribus, β. in pascuis fertilioribus, sylvaticisque plerumque montanis. ♃

Nec pubescentia caulis, nec odor citratus, fortis vel debilissimus, nec foliorum forma sufficiunt ad distinguendos T. serpyllum et T. Chamaedrys; caulis in α. et β. quadrifariam vel bifariam pilosellus, nonnisi rarissime in α. totus puberulus. Folia in α. utplurimum angustiora et eximie venosa, sed non raro in iisdem speciminibus observantur folia ovata, rotundata ut in β. quamvis dimensione minora.

**1418.** Thymus pannonicus All. *Fl. ped.* 1. *p.* 20. Benth. Lab. p. 345.
Ic. Serpyllum pannonicum III. Clus. Hist. p. 360. mala.

In pascuis montanis aridis, ab *Antola* ad montem *Gottro* in Lig. orientali hinc inde. ♃

Affinis varietati angustifoliae T. serpylli, differt foliorum, calycum, cauliumque hirsutie, foliis magis elongatis.

## CCCCXLIV. SATUREIA Benth. Lab. p. LVIII. et 351.

**1419.** Satureia montana L. Sp. p. 794. Benth. Lab. p. 353. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 23. Bertol. *Pl. genuens. p.* 158. Turio *Pl. clavar. p.* 18. — S. hyssopifolia Bertol. *Ann. Stor. natur.* 1829. (cf. Visiani Lett. in memor. medic. contemp. 5. fasc. 1. 1841.) — S. variegata Host. — Reichb. Fl. excurs. p. 859. sub Micromeria.

In saxosis collium et in Apennino utriusque Liguriae vulgatissima. ♄

Habitu mire variat pro aetate: primum contracta, ramis subinde valde confertis, dein rami elongantur et ramosi evadunt. — Occurrit in Liguria occidentali varietas minor (ex exempl. a D. Berti), quae distinguitur a

specie ramis gracilioribus erectiusculis, simplicibus, foliis lineari-lanceolatis subcomplicatis, pedunculis nonnullis unifloris, calycibus purpureis, corollis paullo minoribus.

**1420.** Satureia hortensis L. Sp. p. 795. Benth. Lab. p. 352. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 23.

Ic. S. Lob. Icon. p. 426.

In hortis genuensibus sponte exit frequentissime, in locis incultis agri novensis Rosellini. ①

## CCCCXLV. HYSSOPUS Benth. Lab. p. 356.

**1421.** Hyssopus officinalis L. Sp. p. 796. Benth. Lab. p. 356. β. γ. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 22.

Ic. Iacqu. Austr. tab. 502.

In alveo torrentium et locis sterilioribus saxosis in Liguria novensi Rev. De Negri, Cambiaggi. ♄

Occurrit glaber et totus, foliis caulequc, pilis minutis conspersus, foliis plus minusve angustis.

## V. *MELISSINEAE* Benth. Lab. p. lix.

## CCCCXLVI. MICROMERIA Benth. Lab. l. c. et p. 368.

**1422.** Micromeria graeca Benth. l. c. — Satureia graeca L. Sp. p. 794. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 23.

Ic. Tenor. Fl. Napol. tab. 151. fig. 1.

Ad muros, tecta, et secus litora ad rupes, et in saxosis collium vulgatissima. ♃

Variat foliis fere omnibus linearibus elongatis et cymis pauci vel multifloris, non tamen compactis nec fastigiatis ut in S. iuliana quae mihi in Liguria nondum obviam venit.

**1423.** Micromeria thymoides. — Caespitosa, ramis filiformibus ascendentibus, pilis sub lente deflexis, minutissimis, pubescentibus, foliis margine revolutis, vix nervosis, dorso vix ad costam hirtellis, imis ovatis pagina inferiore purpureis, caeteris linearibus basi angustata sessilibus obtusiusculis, facie pilis incurvis minutissimis pubescentibus, cymis axillaribus breve pedunculatis, inferioribus 1-2-floris remotis, superioribus confertissimis subsecundis 3-4-floris, foliis duplo brevioribus, pedicellis

bracteola lineari aequalibus, calyce plus triplo brevioribus, calycibus ovato subventricosis 13-nerviis, nervis, dentibusque superioribus 3-triangularibus patenti-recurvis, inferioribus subulatis longioribus patenter hispidulis, vix fauce intus villosis.

In glareis secus amnem Uneliae legit amicissimus M. D. Berti. ♄

Planta nitidula vix palmaris, radix tortuosa, dura, penetrans ad collum ramosissima; folia ima vix duo millimetra ad summum longa, suprema sensim sensimque minora: cymae ad apicem caulis confertae axillares, patentiusculae, subsecundae: calyx primum purpurascens, dein senescendo stramineo-fuscus.

A M. graeca, iuliana, nervosa, approximata, parviflora, omnino diversa et forma foliorum et calyce breviore ovato subbilabiato; calycis vero ovata forma aliisque notis accedere videtur ad Micromeriam microphyllam (Benth. Lab. p. 377); sed ex descriptione huiusce speciei in qua nulla est mentio de dispositione et forma dentium calycis more Thymi, quo nostra insignis, ab ea separandam esse censeo.

**1424.** Micromeria Piperella Benth. l. c. p. 379. — Thymus Piperella All. *Fl. ped.* 1. *p.* 21. non L.

Ic. All. l. c. tab. 37. fig. 3. exhib. plantam praeter naturam auctam, incorrecte foliis petiolat. depict.

Ad rupes in montibus nicaeensibus, uneliensibus, albingaunensibus frequens. ♄

CCCCXLVII. MELISSA Benth. Lab. p. LIX. et 383.

**1425.** Melissa Clinopodium Benth. p. 392. — Clinopodium vulgare L. Sp. p. 821. Bertol. *Pl. genuens. p.* 159. Turio *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. Acinos Lob. Icon. p. 504.

In dumetosis collinis, montanisque asperis frequens. ♃

**1426.** Melissa officinalis L. Sp. p. 827. Benth. p. 393. Turio *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. Apiastrum Lob. Icon. p. 514.

In locis umbrosis, ad sepes, viarum margines, vulgaris. ♃

Variat latitudine foliorum, pubescentia plus minusve copiosa.

**1427.** Melissa grandiflora L. Sp. p. 827. Benth. p. 394. — Thymus grandiflorus Scopol. — Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 288.

Ic. Calamintha montana praestantior Lob. Icon. p. 512.

In sylvaticis montanis Apennini et alpium maritimarum valde frequens. ♃

1428. Melissa Calamintha L. Sp. p. 827. Benth. p. 388. α. Turio *Pl. clavar. p.* 19. — Thymus Calamintha Scopol.

Ic. C. montana vulgaris Lob. Icon. p. 513.

In dumetosis sylvaticisque collinis montanisque frequens. ♃

Planta apud nos plerumque valde villosa.

1429. Melissa Nepeta L. Sp. p. 828. Benth. Lab. p. 387. Turio *Pl. clavar. p.* 19. — Thymus Nepeta Willd. — Bertol. *Pl. genuens. p.* 160.

Ic. C. pulegii odore etc. Zannich. Hist. tab. 187.

In pascuis aridis, locis sterilioribus vulgatissima. ♃

Species pro loco, vel aetate, vel singulis annis valde polymorpha. — Occurrit foliis villosis vel appresse puberulis, cymis axillaribus paucifloris, contractis, vel laxiusculis dichotomis, dentibus calycis subaequalibus vel inferioribus longioribus, corolla calyce dimidio, duplove longior, sed prae caeteris attentione et ulteriori examine digna videtur varietas quaedam in alveo torrentis supra *Porto Maurizio* collecta a M. D. Berti: haec recedit a vulgatioribus, cymis pluries dichotomis, in paniculam amplam dispositis, corollis subinde calyce triplo longioribus, sed hic character magnitudinis corollae haud constans esse videtur, nam in exemplaribus, diversis annis collectis, corolla nunc duplo, nunc triplo calyce longior.

1430. Melissa Acinos Benth. Lab. p. 389. — Thymus Acinos L. Sp. p. 826.

Ic. Clinopodium vulgare Lob. Icon. p. 506. rudis.

In collibus agri novensis, in montanis Apennini genuensis, savonensis, bobbiensis vulgaris. ①

Corolla parva, multo minor quam in sequente, calycis faux nuda.

1431. Melissa alpina Benth. Lab. p. 390. — Thymus alpinus L. Sp. p. 390. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 21.

Ic. Acini pulchra species Chabr. Sciagr. p. 421. rudis, sed melior ac Icon Clusii.

In pascuis montanis Apennini vulgatissima, saepe per alveum torrentium usque ad litora descendens. ♃

Corollis calyce duplo maioribus, calyce fauce pilis clausa, dentibus

eiusdem patentibus a M. Acino, ut et radice perenni, foliis crassiusculis, inferioribus obtusiusculis distinguitur. Th. Acinos Bertol. *Fl. alp. apuan. p.* 379. *in Amoen.* secundum specimen e Sagro in herb. Viviani huc omnino spectat.

## VI. *SCUTELLARINEAE* Benth. p. lx.

### CCCCXLVIII. PRUNELLA L. — Benth. l. c. et p. 416.

**1432.** Prunella vulgaris Benth. p. 417.

β. vulgaris Benth. l. c. — Prunella vulgaris α. L. Sp. p. 837. Turio *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. Prunella Dod. Pempt. p. 136.

ζ. laciniata Benth. l. c. — P. laciniata L. Sp. p. 837.

Ic. Prunella Verbenae foliis Vaill. Bot. Paris. tab. 5. fig. 1.

In pascuis sylvaticis praesertim montanis, variet. iisdem in locis, sed frequentius in humilioribus et in aridis. ♃

**1433.** Prunella grandiflora Moench. — Benth. Lab. p. 417. Bertol. *Pl. genuens. p.* 160. *α. β.*

Ic. P. I. Clus. Hist. 2. p. 43.

In pascuis collinis montanisque passim. ♃

Quod ad foliorum formam et staturam valde variabilis.

**1434.** Prunella hyssopifolia L. Sp. p. 837. Benth. Lab. l. c. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 35.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 243.

In pascuis collinis montanisque agri nicaeensis, supra *Porto Maurizio* M. D. Berti, in montibus savonensibus Conti. ♃

### CCCCXLIX. SCUTELLARIA L. — Benth. Lab. p. lxi. et 419.

**1435.** Scutellaria alpina L. Sp. p. 834. Benth. p. 425.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 26. fig. 3.

In summis iugis montium Tendae et alpium Liguriae occidentalis finitimarum. ♃

**1436.** Scutellaria Columnae All. *Fl. ped.* 1. *p.* 40. Benth. Lab. p. 430.

Ic. All. l. c. tab. 84. fig. 2. bona.

In sylvaticis Apennini ligustici herb. Viv. in apenninis bobbiensibus Prof. Balsamo, M. D. Berti. ♃

**1437.** Scutellaria galericulata L. Sp. p. 835. Benth. p. 437.
Ic. Lysimachia galericulata Lob. Icon. p. 344.
Ad fossas in agro albingaumensi ex herb. Viviani, Nicaeae cl. Cesati. ♃

VII. *NEPETEAE* Benth. l. c. p. lxii.

CCCCL. NEPETA Benth. l. c. et p. 464.

**1438.** Nepeta italica L. Sp. p. 798. Benth. Lab. p. 474.
Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 483.
In montibus *S. Spirito* secundum specimen unicum in herb. Viv. ♃

**1439.** Nepeta Nepetella Benth. Lab. p. 477. α. β. γ. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 37. — N. graveolens Vill. — Bertol. *Lucubr. p.* 22.
Ic. All. *Fl. ped.* tab. 2. fig. 1. mala. — Reichb. Pl. crit. tab. 261. 586.
In praeruptis alpium maritimarum, et secus torrentes, ad imas convalles descendens. ♃

Variat, elatior, statura bi-tripedali, et humilior vix pedalis, foliis cordato-ovatis, dentato-serratis, pollice longioribus, glabris, vel oblongis pollice dimidio vix longioribus, grosse dentatis, sub lente pilis incurvis, sparsis, pubescentibus, vel anguste cordato-subacuminatis subtus dense canescentibus, vel denique foliis semipollicaribus subcomplicatis, reflexis; cymis pauci-vel multifloris, calycibus dense villosis vel pubescentibus; corolla calyce duplo triplove longiore. Fructus in omnibus variationibus tuberculato-scabri.

**1440.** Nepeta Cataria L. Sp. p. 796. Benth. Lab. p. 477.
Ic. Gattaria Matth.
In incultis collium Liguriae novensis frequens Rosellini, Savignone, in apenninis clavarensibus ad *S. Stefano d'Aveto* Traverso. ♃

**1441.** Nepeta Glechoma Benth. Lab. p. 485. — Glechoma hederacea L. Sp. p. 807. Turio *Pl. clavar. p.* 18.
Ic. Hedera terrestris Dod. Purg. p. 215. — Chamaecissus Chabr. Sciagr. p. 649. — Chamaeclena Vaill. Bot. Paris. tab. 6. fig. 4. 5. 6. α. β.
In umbrosis sylvaticis et ad sepes, frequens. ♃

## VIII. *STACHYDEAE* Benth. p. lxiii.

### CCCCLI. MELITTIS L. — Benth. l. c. et p. 503.

**1442.** Melittis Melissophyllum L. Sp. p. 832. Benth. l. c. p. 503. — Turio *Pl. clavar. p.* 19.
Ic. Melissa Fuchsii Lob. Icon. p. 515.
Vulgatissima in sylvis collinis montanisque. ♃
Ludit passim floribus purpureis vel albis.

### CCCCLII. LAMIUM Benth. l. c. et p. 507.

**1443.** Lamium amplexicaule L. Sp. p. 809. Benth. Lab. p. 511. Turio *Pl. clavar. p.* 19.
Ic. Morsus gallinae etc. Lob. Icon. p. 463.
β. clandestinum Benth. l. c.
Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 708.
In pascuis, in hortis, ad muros frequens. ⓵
In locis pinguioribus pedalem staturam nonnumquam adipiscitur, flaccidum, ramosum evadit, ramis erectis, foliis valde ampliatis, in aridissimis vero, pumilum, rigidulum, diffusum, foliis multo minoribus.

**1444.** Lamium purpureum L. Sp. p. 809. Benth. p. 512.
Ic. Urtica non mordax etc. Lob. Icon. p. 520.
In pascuis supra Genuam Chiappori: in pascuis transapenninis novensibus Rosellini, Cambiaggi. ♃
Iisdem variationibus ac praecedens obnoxium.

**1445.** Lamium maculatum Koch Syn. p. 564. — L. maculatum L. Sp. p. 809. Turio *Pl. clavar. p.* 19. — L. vulgatum α. rubrum Benth. Lab. p. 514.
Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 361. et 363.
In umbrosis sylvaticis collium supra Genuam vulgare. ♃
Folia fascia alba longitudinali picta vel concoloria; ceterum statura et magnitudine foliorum pro loco, ut praecedentes variat.
L. album L. inter fines florae nostrae nondum observavi.

**1446.** Lamium pedemontanum REICHB. fl. excurs. p. 322. — L. garganicum ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 28? saltem ex parte.
In pascuis alpium maritimarum valde frequens. ♃

**1447.** Lamium Galeobdolon CRANTZ Stirp. austr. fasc. 4. p. 262. BENTH. Lab. p. 516. — Galeopsis Galeobdolon L. Sp. p. 810. — Galeobdolon luteum HUDS — BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 1. *p.* 280.
Ic. L. luteum LOB. Icon. p. 521.
In sylvaticis apenninorum centralium, in umbrosis neglectis ad pagos montanos Prof. BALSAMO, BERTI, TRAVERSO. ♃

CCCCLIII. LEONURUS L. — BENTH. l. c. et p. 517.

**1448.** Leonurus Cardiaca L. Sp. p. 817. BENTH. Lab. p. 518. *α.*
Ic. Cardiaca LOB. Icon. p. 516. rudis.
In sterilibus, neglectisve apennini clavarensis TRAVERSO. ♃

CCCCLIV. GALEOPSIS L. — BENTH. p. LXIV. et 522.

**1449.** Galeopsis Ladanum L. Sp. p. 810. BENTH. p. 523. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 159. TURIO *Pl. clavar. p.* 18. — G. canescens SCHULTZ — REICHB. fl. excurs. p. 322.
Ic. Engl. bot. tab. 884.
In pascuis aridis, arvis, in alveo torrentium passim. ①
Species maxime polymorpha!

**1450.** Galeopsis versicolor KOCH Syn. p. 567. — G. Tetrahit *β.* L. Sp. p. 810. — G. Tetrahit *γ.* BENTH. Lab. p. 524. — G. cannabina ROTH — TURIO *Pl. clavar. p.* 18. BALB. *Misc. p.* 29.
Ic. Cannabis spuria etc. BARREL. Icon. tab. 1158.
In alveo torrentis supra *Porto Maurizio* M. D. BERTI. ①

**1451.** Galeopsis Tetrahit WILLD. Sp. 3. p. 92. TURIO *Pl. clavar. p.* 18. — G. Tetrahit *α.* L. Sp. p. 810. BENTH. Lab. p. 524.
Ic. Urtica iners quarta DOD. Pempt. p. 153.
In saxosis, sterilibusque praesertim montanis. ①
Variat corollis purpureis albisve; a G. versicolore distinguitur corollae tub. calycem aequante.

## CCCCLV. STACHYS Benth. Lab. l. c. et p. 524.

**1452.** Stachys densiflora Benth. p. 532. — Betonica hirsuta L. Mant. II. — Cod. Linn. n.° 4231. Koch Syn. p. 570.

Ic. Betonica alpina incana etc. Barrel. Icon. tab. 340.

In collibus ad promontorium *Noli* Viv. herb. — in agro nicaeensi Rev. Montolivo. ♃

Specimen a Rev. Montolivo missum, differt a citato herb. Viviani; statura brevi vix palmari, foliis breve petiolatis, sed calyces eximie reticulatos praebet, corollas hirtas, omnino ut in β. hirsuta.

**1453.** Stachys Betonica Benth. p. 532. — Betonica officinalis L. Sp. p. 810. — Turio *Pl. clavar. p.* 18. — B. stricta Ait.

Ic. Betonica Lob. Icon. p. 532.

In pascuis apricis, sylvaticisve passim. ♃

Planta pro loco valde ludibunda.

**1454.** Stachys italica Mill. — Benth. p. 536. α.

Ic. S. salviaefolia Ten. fl. neap. tab. 53.

In olivetis supra *Portofino* et in agro sarzanensi. ♃

Planta tota tomento copioso albicans, quo ut et foliis oblongis, statura minore etc. a S. germanica merito distinguitur.

**1455.** Stachys germanica L. Sp. p. 812. Benth. p. 536.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 950.

In incultis, et ad vias in Liguria novensi Rosellini. ♃

**1456.** Stachys Heraclea Benth. Lab. p. 534. α. — S. Heraclea All. *Fl. ped.* 1. *p.* 31. — S. Heraclea et S. n. Sp. Viv. herb.

Ic. All. l. c. tab. 84. fig. 1. mala.

Vulgatissima in collibus et montibus Liguriae occidentalis ab agro nicaeensi usque ad savonensem. — In Lig. orientalis monte *di Portofino* Viv. herb. ♃

Simplex vel multicaulis, ramis adscendentibus, simplicibus, iunioribus praesertim dense floccoso-lanatis. Folia ima caulinaque inferiora petiolata, oblonga, obtusa, crenata, rugosa, basi rotundata vel subangustata, utrinque sparse lanosa, viridia, floralia e basi angustata late ovato-subacuminata, acutave, integra, verticillos multifloros demum discretos aequantia,

vel superantia. Bracteae exteriores lanceolatae, interiores subulatae calyce minores. Calyx prismatico-campanulatus, leviter curvatus, limbo ampliato, subbilabiato, 5-dentato, dentibus ovato-triangulis, carinatis, mucronato-spinosis, basi densius lanatus. Corolla calyce duplo longior, limbo extus lanato-hirsutissimo, galea labio inferiori longitudine subaequali, tubo extus subglabro, intus supra basim annulato, sparseque villoso. Nuculae magnae laeves. — Planta iunior densius, fructifera laxius lanata, primum vix spithamea, demum pedalis; verticillis discretis.

**1457.** Stachys alpina L. Sp. p. 812. Benth. Lab. p. 537. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 281.

Ic. Lapeyr. pyr. 1. tab. 8. mihi haud cognita.

In pascuis Apennini bobbiensis Berti, in Apenninis clavarensibus legit Traverso. ♃

**1458.** Stachys sylvatica L. Sp. p. 811. Benth. p. 542.

Ic. Galeopsis legitima Dioscoridis Clus. Hist. 2. p. 36.

In umbrosis sylvaticis communis. ♃

**1459.** Stachys palustris L. Sp. p. 811. Benth. Lab. p. 542. α.

In Liguria Viviani herb. ♃

Specimen unicum in Viviani herbario exstans, nomine Stach. Alopecurus inscriptum est, cum hac nota: « Foliis accedit S. palustri, at in » hac crenato-serrata, in nostra obsolete crenata, in nostra flores in spi- » cam foliosam congesti. Ubi legerim haud memini, certe ligustica. » Specimen de quo sermo est, revera folia floralia quidquam longiora ac illa St. palustris helveticae et insubricae exhibet, sed thyrsus nondum evolutus; in reliquis cum St. palustri citata apprime congruit.

**1460.** Stachys ambigua Sm. Engl. fl. 3. p. 99. — S. palustris γ. hybrida Benth. p. 542. — S. palustris Turio *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. Engl. bot. tab. 2089.

In paludosis ad Spediam, in agro clavarensi et albingaunensi vulgaris. ♃

**1461.** Stachys arvensis L. Sp. p. 814. Benth. Lab. p. 550. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 32.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 967.

In arvis collinis regionis olivetorum vulgaris. ①

**1462.** Stachys hirta L. Sp. p. 813. Benth. Lab. p. 533. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 31. Turio *Pl. clavar. p.* 19. — S. divaricata Viv. *in Fl. cors. app. p.* 3.
Ic. All. *Fl. ped.* tab. 2. fig. 3. mala.
In cultis regionis olivetorum vulgatissima. ①
Icon Allionii praebet figuram speciei a nostra valde recedentis, calycis segmentis obtusis nec subulatis, corollae labio superiore brevius inciso.

**1463.** Stachys annua L. Sp. p. 813. Benth. p. 554. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 31.
Ic. Sideritis vulgaris I. Clus. Hist. 2. p. 39. rudis.
In pascuis sterilibus et in arvis regionis olivetorum. ①
Pedalis et ramosissima quandoque reperitur.

**1464.** Stachys maritima L. Mant. I. — Cod. Linn. n.° 4212. Benth. Lab. p. 554. Reichb. *Fl. excurs. p.* 319.
Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 484.
In arenosis secus litora copiosissima. ♃

**1465.** Stachys recta L. Mant. I. — Cod. Linn. n.° 2425. Benth. p. 556. Turio *Pl. clavar. p.* 19.
Ic. Jacqu. Fl. austr. tab. 359.
In pascuis collinis Liguriae australis passim. ♃

CCCCLVI. SIDERITIS L. — Benth. Lab. p. lxv. et 570.

**1466.** Sideritis romana L. Sp. p. 802. Benth. l. c. p. 582. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 26. Turio *Pl. clavar. p.* 18.
Ic. Sideritis genus spinosis verticillis Chabr. Sciagr. p. 473. rudis.
In pascuis aridis et secus litora ubique. ①

**1467.** Sideritis scordioides L. Sp. p. 803. Benth. p. 578. β. γ. — S. hirsuta All. *Fl. ped.* 1. *p.* 26.
In aridis secus litora Liguriae occidentalis, Nicaeae Rev. Montolivo, Ill. Carrega, in montanis nicaeensibus Boissier, in agro albingaunensi Viv. herb. ♄
S. hirsuta Allionii huc spectare mihi videtur, quae enim sub hoc nomine ex agro nicaeensi pluries obtinui a S. hirsuta Linnaei, secundum exemplaria hispanica a cl. Boissier benevole communicata, omnino recedit, et nulla nota differt a scordioide. Icones veterum omnes malae.

CCCCLVII. MARRUBIUM L. — BENTH. l. c. et p. 585.

1468. Marrubium vulgare L. Sp. p. 816. BENTH. p. 591. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 27. TURIO *Pl. clavar. p.* 19.
Ic. Marrubio MATTH.
β. lanatum BENTH. l. c. — M. apulum TEN. Fl. neap. Syll p. 292.
In saxosis et ruderatis hinc inde, β. praesertim in litoreis. ♃

1469. Marrubium Alysson L. Sp. p. 815. BENTH. p. 587.
Ic. Alyssum Galeni LOB. Icon. p. 524.
Circa Genuam VIVIANI, ex exemplari in herbario cl. Prof. BALSAMO. ♃
Hucusque non vidi in litorali ligustico, mihi civis suspecta.

CCCCLVIII. BALLOTA BENTH. l. c. et p. 592.

1470. Ballota spinosa LINK. — BENTH. p. 598. — Molucella frutescens L. Sp. p. 821. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 33. — Beringeria frutescens RCHB.
Ic. ALL. l. c. tab. 2. fig. 2.
Ad rupes in collibus et montibus nicaeensibus et Liguriae finitimis. ♄

1471. Ballota nigra L. Sp. p. 814. BENTH. p. 597. — B. foetida LAMCK.
Ic. REICHB. Pl. crit. tab. 773. 775.
In ruderatis, ad sepes vulgo, etiam in montanis. ♃

CCCCLIX. PHLOMIS BENTH. Lab. p. LXVI. et 620.

1472. Phlomis Lychnitis L. Sp. p. 819. BENTH. p. 623. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 33.
Ic. Verbascum sylvestre etc. LOB. Icon. p. 558.
In aridis secus litora nicaeensia ex herb. H. R. bot. taurinensis. ♄

IX. *AIUGOIDEAE* BENTH. Lab. p. LXVII.

CCCCLX. TEUCRIUM BENTH. l. c. et p. 660.

1473. Teucrium fruticans L. Sp. p. 787. BENTH. p. 665.
Ic. T. fruticans boeticum CLUS. Hist. 1. p. 348. potius mala.
Ad rupes in promontorio *delle Mele* Lig. occid. cl. CESATI, M. D. BERTI. ♄
Frutex humilis, tortuosus, durus, in horto translatus altitudinem orgyalem adeptus est.

1474. Teucrium Scorodonia L. Sp. p. 789. BENTH. p. 676. TURIO *Pl. clavar. p.* 18.

Ic. Scordion alterum primum LOB. Icon. p. 497.

In sylvaticis siccioribus passim. ♃

1475. Teucrium Botrys L. Sp. p. 786. BENTH. p. 679.

Ic. Chamaedrys laciniatis foliis LOB. Icon. p. 385.

In aridioribus regionis olivetorum, in glareis torrentium vulgatissimum, frequens pariter in arvis montanis. ①

1476. Teucrium scordioides SCHREB. — BENTH. Lab. p. 679.

Ic. T. Scordium Engl. Bot. tab. 828. non L.

In humentibus Nicaeae, Albingaumi, ad Spediam, vulgare. ①

1477. Teucrium lucidum L. Sp. p. 790. BENTH. Lab. p. 680. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 42. VIV. *Fl. lyb. spec. p.* 29.

Ad rupes in montibus nicaeensibus vulgare, in montibus albingaumensibus et savonensibus. ♃

1478. Teucrium Chamaedrys L. Sp. p. 790. BENTH. Lab. p. 680. TURIO *Pl. clavar. p.* 18.

Ic. Chamaedrys etc. LOB. Icon. p. 491.

In pascuis aridis collium ubique. ♃. ♄

1479. Teucrium flavum L. Sp. p. 791. BENTH. Lab. p. 681. α. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 43.

Ic. T. vulgare fruticans I. CLUS. Hist. 1. p. 348. mala, habit. huiusce speciei nullimod. referens.

Ad rupes et in saxosis collium calidiorum secus litora frequens in utraque Liguria. ♄

1480. Teucrium Polium BENTH. p. 685.

α. flavescens BENTH. — T. Polium α. L. Sp. p. 792. — T. flavicans LAMCK. — T. tomentosum VILL. Fl. dauph. 2. p. 352. BELLARD. *App. p.* 237.

γ. vulgare BENTH. — T. Polium β. L. Sp. p. 792. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 44.

δ. angustifolium BENTH. — T. capitatum L. Sp. p. 792. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 44.

Ic. Polium. Polium tenuius, Polium repens Dod. Pempt. p. 283.

In saxosis, pascuis aridissimis, in collibus regionis olivetorum frequens. ♄

**1481.** Teucrium montanum L. Sp. p. 791. Benth. p. 687. Turio *Pl. clavar. p.* 18.

Ic. Polium montanum etc. Lob. Icon. p. 480.

In collibus montibusque aridioribus frequens. ♄

CCCCLXI. AIUGA Benth. l. c. et p. 690.

**1482.** Aiuga pyramidalis L. Sp. p. 785. Benth. p. 693. Turio *Pl. clavar. p.* 19?

Ic. Engl. Bot. tab. 1270.

In pascuis montanis apennini genuensis D. Chiappori, in apennino savonensi Traverso. ♃

Bracteae superiores verticillis duplo longiores.

**1483.** Aiuga genevensis L. Sp. p. 785. Benth. Lab. p. 694. — A. alpina L. ex Benth.

Ic. Consolida media genevensis Chabr. Sciagr. p. 474.

In pascuis montium albingaunensium. ♃

**1484.** Aiuga reptans L. Sp. p. 785. Benth. p. 692.

Ic. Bugula Dod. Pempt. p. 135. estolonosa.

In pascuis passim. ♃

**1485.** Aiuga Iva Schreb. — Benth. Lab. p. 698. α. — Teucrium Iva L. Sp. p. 787. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 41.

In arvis et pascuis regionis olivetorum in Liguria occidentali frequens. ♄

**1486.** Aiuga Chamaepitys Schreb. — Benth. p. 699. — Teucrium Camaepitys L. Sp. p. 787. Turio *Pl. clavar. p.* 18.

Ic. Aiuga sive Chamaepitys Lob. Icon. p. 382.

In arvis vulgo. ①

Variat foliis verticillisque distantibus et confertissimis, in hac folia floralia superiora subinde vix corollas aequantia, quare accedit ad A. chiam. Variat porro plus minusve hirsuta.

## LXXIII. VERBENACEAE Juss.

### CCCCLXII. VITEX L. — Endl. Gen. n.° 3700.

**1487.** Vitex Agnus castus L. Sp. p. 890. Willd. Sp. 3. p. 391. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 124. Turio *Pl. clavar. p.* 18.

Ic. Eleagnon Theophrasti etc. Lob. Icon. 2. p. 138. et Vitex latiore serrato folio p. 139.

In dumetosis collinis regionis olivetorum, utplurimum ad torrentes. ♄ Variat foliis integerrimis vel subinde dentatis.

### CCCCLXIII. VERBENA Pers. Syn. 2. p. 138.

**1488.** Verbena officinalis L. Sp. p. 29. Pers. Syn. l. c. Turio *Pl. clavar. p.* 5. Bertol. *Pl. genuens. p.* 104.

Ic. Communis Verbena Lob. Icon. p. 534.

In pascuis sterilibus, ruderatis, ad vias passim. ♃

### CCCCLXIV. ZAPANIA Pers. Syn. 2. p. 140.

**1489.** Zapania repens Bertol. *Pl. rar. dec. II. in Amoen. p.* 73. — Verbena repens Bertol. *dec. II. ed. I. p.* 27.

Ic. V. nodiflora, capite oblongo etc. Barrel. Icon. tab. 855.

In palustribus agri sarzanensis ex specimine a cl. inventore. ♃

---

## LXXIV. LENTIBULARIEAE Rich.

### CCCCLXV. PINGUICULA Tourn. — Endl. Gen. n.° 4195.

**1490.** Pinguicula vulgaris L. Sp. p. 25. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 115. *α. β.*

Ic. P. Gesneri Chabr. Sciagr. p. 410. rudis.

In spongiosis apennini ligustici, et alpium maritimarum hinc inde copiose. ♃

**1491.** Pinguicula grandiflora Willd. Sp. 1. p. 110. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 117.

Ic. Engl. Bot. tab. 2184.

In spongiosis alpium nicaeensium et albingaumensium vulgaris. ♃

### CCCCLXVI. UTRICULARIA L. — Endl. Gen. n.° 4193.

**1492.** Utricularia vulgaris L. Sp. p. 26. Willd. Sp. 1. p. 112. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 120.

Ic. Millefolium aquaticum flore luteo galericulato Lob. Icon. p. 791.

In paludibus agri sarzanensis legit Hortulanus H. Bot. iannensis. ♃

---

## LXXV. PRIMULACEAE Vent.

### CCCCLXVII. CORIS Tourn. — Endl. Gen. n.° 4211.

**1493.** Coris monspeliensis L. Sp. p. 252. Willd. Sp. 1. p. 1000. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 568. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 57.

Ic. C. monspeliaca Lob. Icon. p. 402.

In pascuis aridis et ad rupes secus litora Liguriae occidentalis a *Varazze* ad Nicaeam usque vulgaris. ♂

### CCCCLXVIII. LYSIMACHIA L. gen. ed. Schreb. p. 109.

**1494.** Lysimachia vulgaris L. Sp. p. 209. Willd. Sp. 1. p. 816. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 414.

Ic. L. lutea etc. Lob. Icon. p. 342.

Secus rivulos et in humentibus frequens, in litoreis pariter ac in convallibus apennini. ♃

Folia opposita et terna variant, et basi angustata vel rotundata.

**1495.** Lysimachia punctata L. Sp. p. 210. Willd. Sp. 1. p. 819. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 416.

Ic. L. Lutea II. Clus. Hist. 2. p. 52.

In montibus supra Savonam et in collibus Liguriae transapenninae frequens Rosellini, Traverso in apennino clavarensi. ♃

**1496.** Lysimachia nemorum L. Sp. p. 211. Willd. Sp. 1. p. 820. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 418.

Ic. Anagallis lutea Lob. Icon. p. 466.

In sylvaticis montanis supra *Voltri* et ad rivulos copiose. ♃

**1497.** Lysimachia nummularia L. Sp. p. 211. WILLD. Sp. 1. p. 821. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 419.

Ic. Nummularia etc. LOB. Icon. p. 474.

Ad rivulos in Liguria novensi ROSELLINI, Rev. DENEGRI. ♃

**1498.** Lysimachia Linum stellatum L. Sp. p. 211. WILLD. Sp. 1. p. 820. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 417. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 94. — Asterolinum stellatum LINK.

Ic. L. minimum stellatum MAGN. Bot. monsp. p. 162.

In pascuis ad promontorium *di Noli*, et in agro nicaeensi. ①

CCCCLXIX. ANAGALLIS L. — ENDL. Gen. n.° 4213.

**1499.** Anagallis phoenicea ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 87. — A. arvensis L. Sp. p. 211. WILLD. Sp. 1. p. 820. β. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 422. et *Pl. genuens.* *p.* 131. α. TURIO *Pl. clavar.* *p.* 9. ex parte?

Ic. Anagallis mas DOD. Pempt. p. 32.

In arvis, pascuis vulgaris. ①

**1500.** Anagallis coerulea SCHREB. Spicil. p. 5. n.° 893. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 424. — A. arvensis α. WILLD. Sp. 1. p. 821. BERTOL. *Pl. genuens.* *p.* 131. γ. — A. arvensis TURIO *Pl. clavar.* *p.* 9. ex parte?

Ic. Anagallis foemina DOD. Pempt. p. 32.

* foliis ovatis, pedunculisque ternis.

** flore roseo minimo.

Iisdem in locis ac praecedens, varietas flore roseo minore in pascuis secus litora. ①

**1501.** Anagallis tenella L. Syst. ed. XIII. p. 165. WILLD. Sp. 1. p. 823. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 427. — Lysimachia tenella L. Sp. p. 211. ALL. *Fl. ped.* 1. *p.* 95.

Ic. Engl. Bot. tab. 530.

In locis spongiosis, ad rivulorum margines tum in litoreis cum in collinis, montanisque ubique. ①

CCCCLXX. CENTUNCULUS L. — ENDL. Gen. n.° 4212.

**1502.** Centunculus minimus L. Sp. p. 169. WILLD. Sp. 1. p. 653. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 184.

Ic. Anagallidastrum exiguum etc. Mich. Nov. pl. gen. tab. 18.
In graminosis humidis supra *Arenzano* Lig. occid. ①

CCCCLXXI. VITALIANA Sesl. in Donat. Stor. natur. marin. dell'Adriat. (1750) p. 75. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 368.

**1503.** Vitaliana primulaeflora Bertol. l. c. — Primula Vitaliana L. Sp. p. 206. — Aretia Vitaliana L. Syst. — Willd. Sp. 1. p. 796. — Gregoria Vitaliana Duby Bot. gall. p. 383.
Ic. Vitaliana Sesl. l. c. tab. 10. bona.
In editioribus alpibus albingaumensibus *Gallè*, *Viossene* Traverso. ♃

CCCCLXXII. ANDROSACE Tourn. — Endl. Gen. n.° 4197.

**1504.** Androsace villosa L. Sp. p. 203. Willd. Sp. 1. p. 798. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 362.
Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 580.
In alpibus nicaeensibus ex herb. H. bot. taurin. ♃

**1505.** Androsace obtusifolia All. *Fl. ped.* 1. *p.* 90. Willd. Sp. 1. p. 799. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 364.
Ic. All. *Fl. ped.* tab. 46. fig. 1. rudis. — Reichb. Pl. crit. tab. 579.
In editioribus alpibus albingaumensis ditionis Traverso. ♃
Extat in herb. Viv. e loco cit. adducta commixta cum sequente.

**1506.** Androsace carnea L. Sp. p. 204. (excl. syn. Columm.) Willd. Sp. 1. p. 800. (excl. eod. syn. ad Andr. lacteam spectante ex cl. Bertol.) Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 365.
Ic. All. *Fl. ped.* tab. 5. fig. 2. — Reichb. Pl. crit. tab. 579.
In alpibus Tendae ex herb. H. R. bot. taurin. — In editioribus alpium albingaumensium copiosissima Traverso. ♃
Folia glabra vel sub lente pilis minutissimis furcatis puberula.

CCCCLXXIII. PRIMULA L. — Endl. Gen. n.° 4199.

**1507.** Primula elatior Iacqu. — Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 372. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 94? — P. elongata Viv. herb.
Ic. Fior di primavera H. Matth.
In pascuis montanis Apennini bobbiensis cl. Prof. Balsamo, in alpibus Tendae cl. Webb ex herb. Viv. ♃

**1508.** Primula suaveolens BERTOL. *Pl. rar. dec. IV. in amoen. p.* 95. et *Pl. genuens. p.* 131. *Fl. ital.* 2. *p.* 375. R. et S. Syst. 4. p. 133. — P. elatior BERTOL. *Pl. genuens. ed. I. p.* 36. non IACQU. — TURIO *Pl. clavar. p.* 9. — P. Columnae TEN. Fl. neap. Syll. p. 88. BERGAM. *Git. apenn. l. c. p.* 220.

Ic. P. rotundifolia montana COLUMN. Ecphr. n.° 256.

In pascuis collinis montanisque vulgatissima. ♃

**1509.** Primula acaulis IACQU. R. et S. Syst. 4. p. 135. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 370. — P. veris TURIO *Pl. clavar. p.* 9?

Ic. Alisma sylvarum COLUMN. Phytob. ed. neap. p. 21.

Ad oras sylvarum et in umbrosis acclivibus agri genuensis et Liguriae transapenninae vulgaris. ♃

**1510.** Primula latifolia LAPEYR. Abreg. p. 97. KOCH Syn. p. 588. — P. villosa ϰ. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 380.

Ic. REICHB. Pl. crit. tab. 858.

In editioribus alpibus maritimis Tendae, *Triora*, *Gallè*, *Viossene* etc. vulgaris. ♃

Cum exemplaribus P. latifoliae e Canigou a cl. AUNIER missis nostra exacte convenit, et multo magis differt a P. villosa quam P. suaveolens a P. officinali. Ceterum species ex descriptionibus auctorum saepe contradictoriis non satis clara.

**1511.** Primula villosa IACQU. — WILLD. Sp. 1. p. 803. KOCH Syn. p. 588. — P. villosa α. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 380. excl. plur. syn.

Ic. REICHB. Pl. crit. tab. 855.

In alpibus Tendae ex herb. VIV. ♃

**1512.** Primula Allionii LOIS. Not. p. 38. R. et S. 4. p. 149. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 383. — P. glutinosa ALL. *Auct. p.* 6.

Ic. LOIS. l. c. tab. 3. fig. 1.

In alpibus nicaeensibus *della Madonna delle Finestre* ex specim. herb. H. R. bot. taurin. a cl. Equit. MORISIO amice impertitis. ♃

**1513.** Primula marginata CURT. — WILLD. Sp. 1. p. 804. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 386. BALB. *Misc. alt. p.* 9. — P. latifolia VIV. herb.

Ic. REICHB. Pl. crit. tab. 637.

Ad rupes et in pascuis alpium maritimarum omnium vulgatissima. ♃

**1514.** Primula farinosa L. Sp. p. 205. Willd. Sp. 1. p. 804. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 377.

Ic. P. veris rubro flore et albo flore Clus. Hist. 1. p. 300. utraque rudis.

In alpibus ditionis nicaeensis Ill. Carrega. ♃

CCCCLXXIV. SOLDANELLA Tourn. — Endl. Gen. n.° 4203.

**1515.** Soldanella alpina L. Sp. p. 206. Koch Syn. p. 591. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 397. ex parte.

Ic. S. alpina minor Clus. Hist. 1. p. 309.

In pascuis alpium maritimarum Prof. Gherardi ex herb. Savignone, Traverso, in apennino savonensi Traverso. ♃

Pedicelli glanduloso-scabriusculi.

CCCCLXXV. CYCLAMEN Tourn. — Endl. Gen. n.° 4201.

**1516.** Cyclamen hederaefolium Willd. Sp. 1. p. 810. (excl. syn. ad C. vernum spectant.) Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 403. et *Obs. in amoen. p.* 18. β. — C. europaeum Turio *Pl. clavar. p.* 9?

Ic. C. folio Hederae Lob. Icon. p. 605.

In collibus sarzanensibus Rosellini. ♃

CCCCLXXVI. SAMOLUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 4215.

**1517.** Samolus Valerandi L. Sp. p. 243. Willd. Sp. 1. p. 927. α. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 551. et *Pl. genuens. p.* 133. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 89. Turio *Pl. clavar. p.* 10.

Ic. Anagallis aquatica Lob. Icon. p. 467.

Ad rupes stillicidio madidas, ad rivulorum margines in Liguria oleifera passim. ♃

---

## LXXVI. GLOBULARIEAE DC.

CCCCLXXVII. GLOBULARIA L. — Endl. Gen. n.° 3725.

**1518.** Globularia Alypum L. Sp. p. 139. Willd. Sp. 1. p. 540. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 4. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 142.

Ic. G. fruticosa Myrti folio etc. Garid. Aix. tab. 42. vel 44. si mavis.

Ad rupes et in saxosis secus litora nicaeensia D. Piccaroli, in agro oneliensi Berti. ♄

**1519.** Globularia vulgaris L. Sp. p. 139. Willd. Sp. 1. p. 540. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 5. et *Pl. genuens. p.* 124.

Ic. Bellis coerulea etc. Lob. Icon. p. 478.

In pascuis collinis montanisque vulgo. ♃

**1520.** Globularia nudicaulis L. Sp. p. 140. Willd. Sp. 1. p. 542. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 11. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 141.

Ic. Iacqu. Austr. tab. 230.

In montibus nicaeensibus ex herb. H. R. bot. taurin. et cl. Cesati. ♃

**1521.** Globularia cordifolia L. Sp. p. 139. Willd. Sp. 1. p. 541. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 8. Avé Lallem. *de quibusd. plant. ital. p.* 7. *α. β.* — G. nana Lamck.

Ic. G. nana DC. Icon. rar. Gall. tab. 3.

Ad rupes in editioribus alpibus maritimis vulgatissima. ♄

---

## LXXVII. PLUMBAGINEAE Iuss.

### CCCCLXXVIII. PLUMBAGO Tourn. — Endl. Gen. n.° 2174.

**1522.** Plumbago europaea L. Sp. p. 215. Willd. Sp. 1. p. 837. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 43. et *Pl. genuens. p.* 131. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 86.

Ic. Dentaria sive Dentillaria etc. Lob. Icon. p. 321.

In pascuis et secus vias, secus litora frequens. ♃

### CCCCLXXIX. STATICE L. Gen. ed. Schreb. p. 205.

**1523.** Statice vulgaris Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 508. — Armeria vulgaris Willd. En. pl. h. berol. p. 333.

β. foliis latiuscule linearibus Bertol. l. c. — Armeria scorzoneraefolia Balb. et Nocc.

Ic. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. tab. 6.

In pascuis montanis supra Genuam, in alpibus maritimis, in apennino Lig. oriental. Bertucci. ♃

**1524.** Statice denticulata Bertol. *Pl. rar. dec. II. p.* 34. ex *Fl. ital.* 3. *p.* 512. — Armeria denticulata Bertol. *Amoen. p.* 77.

In montibus sarzanensibus Bertoloni ex herb. Vivianii. ♃

1525. Statice Limonium L. Sp. p. 394. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 514. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 90.
Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 751.
* foliis lanceolatis, oblongo-lanceolatis, obverseve oblongis, acutis, ex apice cuspidatis, muticisve, squama exteriore integra.
In litore sarzanensi, varietas in litore albingaumensi Traverso. ♃

1526. Statice pubescens DC. Fl. fr. — DC. et Duby Bot. gall. p. 388. R. et S. Syst. 6. p. 797. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 527. — S. cordata All. *Fl. ped.* 1. *p.* 90.
Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 326.
Ad rupes maritimas a Savona ad Nicaeam vulgatissima, in monte *di Portofino* Casaretto ex herb. Vivianii. ♄

Synonymon Allionii huc verosimiliter spectat; nil enim in rupibus maritimis Liguriae occidentalis et agri nicaeensis vulgatius quam species haec. — Planta ex monte *di Portofino* recedit ab illa Liguriae occidentalis, statura maiore, foliis etiam maioribus obverse oblongo-cuneatis, sed in caeteris, saltem e sicco, haud differre mihi videtur.

Statice speciosa All. Auct. p. 29.
Vintimiliae Allioni ex l. c. ♄. v. s. in herb. All.

Hanc speciem anno 1838 in herbario Allionii apud Equitem Bonafous Taurini adservato, cum cl. Prof. Equit. Morisio observavi, et quamvis hodierna die, cuinam specierum cognitarum subducenda sit statuere nequeam, tamen asserere possum, hanc ab omnibus Statices speciebus ad litora nostra obviis insigniter recedere, statura elatiori, foliis latis, caule non solum ancipiti, sed, ni fallor, alato, floribus magnis fastigiatis, nec ullo pacto cum Statice echioide comparandam esse, uti videtur contigisse cl. Avé Lallemant in Elencho quodam plantarum nicaeensium mihi proh dolor! minime noto. (cf. Reichb. Fl. excurs.)

## LXXVIII. PLANTAGINEAE Juss.

### CCCCLXXX. PLANTAGO L. — Endl. Gen. n.° 2170.

**1527.** Plantago maior L. Sp. p. 163. Willd. Sp. 1. p. 641. α. β. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 154. Turio *Pl. clavar. p.* 8.
Ic. Arnoglossa Lob. Icon. p. 303.
In locis graminosis haud rara. ♃
Variat pro loco pingui vel arido, statura a digito ad pedem et ultra. Semina ovato-compressa oblique truncata, umbilico punctiformi impresso.

**1528.** Plantago media L. Sp. p. 163. Willd. Sp. 1. p. 642. α. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 156.
Ic. Piantaggine maggiore Matth.
In pascuis collium vulgatissima. ♃

**1529.** Plantago lanceolata L. Sp. p. 163. Willd. Sp. 1. p. 643. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 158. et *Pl. genuens. p.* 128. Turio *Pl. clavar. p.* 8. — P. altissima All. *Fl. ped.* 1. *p.* 81.
Ic. P. quinquenervia etc. Lob. Icon. p. 305.
In pascuis vulgo. ♃
Planta summopere ludens pro loco, statura palmari, spithamea, pedali, bipedali, foliis magnitudine quidem variis subinde amplissimis fere latitudinis Plantaginis maioris, glabris vel pubescentibus, spica simplici vel basi ramosa plus minusve crassa. — Semina oblongo-subovata laevia, cornea, facie late excavata.

**1530.** Plantago Lagopus L. Sp. p. 165. Willd. Sp. 1. p. 644. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 164. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 81.
Ic. P. eriostachya Tenor. Fl. neap. tab. 112. fig. 2.
In pascuis sterilibus secus litora Liguriae occiduae ab agro albingaunensi ad Nicaeam hinc inde cl. Cesati, Viv. herb. ①
Semina oblonga nitidissima pellucido-cornea sulco impressa, fere ut in Plantagine lanceolata.

**1531.** Plantago victorialis Poir. — R. et S. Syst. 3. p. 126. — Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 161. — P. argentea Vill. Hist. dauph. 2. p. 302.
Ic. P. foliis linearibus etc. Gerard. Fl. gall. pr. tab. 12. p. 333.

In pascuis montanis apennini genuensis *alla Scaggia*, *alle Capanne*, et in apennino savonensi, — in monte *Carmo* Lig. occid. Viv. herb. copiosissima. ♃

**1532.** Plantago albicans L. Sp. 1. p. 645. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 166. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 81.

Ic. Holosteum salmanticense maius Clus. Hist. 2. p. 110.

In agro albingaumensi *al Ceriale* Prof. Sassi ex herb. Vivianii. ♃

**1533.** Plantago montana Lamck. — Koch Syn. p. 598. Reichb. Fl. excurs. p. 395. — P. alpina Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 163. non L. — P. atrata Hoppe.

Ic. P. alpina Iacqu. Hort. Vind. tab. 125.

In pascuis alpium maritimarum *Triora*, *Frontero* etc. vulgaris. ♃

Planta nostra omnino eadem ac P. atrata Hoppii e Monte Baldo, ubi ipse legi anno 1834, et ex alpibus helveticis, secundum specimen a cl. Monnard; differre tamen videtur a P. alpina L. foliis haudquaquam subtus convexis, nec stricto sensu linearibus, sed lanceolatis, cf. Auct. cit.

**1534.** Plantago alpina. — Rhizomate apice ramoso, ramis brevibus, crassis, caespitosis, squamatis, squamis imbricatis magnis ovato-acuminatis, glabris, inferioribus marcescentibus; foliis anguste linearibus utrinque angustatis, apice subcallosis, siccitate planis, vix trinerviis, glabris, vel utrinque sub lente sparse pubescentibus, caeterum nudis, pedunculis teretibus, adpresse puberulis dimidio brevioribus; spica cylindrica brevi, floribus approximatis, bracteis ovatis, concavis, obtusiusculis, subacutisve, margine membranaceis glabris, calycem paullo superantibus, segmentis calycinis ovatis glabris, corollae tubo calyce vix maiore, limbi segmentis ovato-acutis.

P. alpina L. Sp. p. 165. Koch Syn. p. 598. Duby Bot. gall. p. 931. excl. Syn. Iacqu. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 217??

In pascuis alpium maritimarum *di Frontero*, ex iisdem alpibus in herb. Viv. a Prof. Gherardi. ♃

Planta vix palmaris, flaccida, siccando fuscescens; notis nonnullis ut flacciditate, colore fuscescente, caulibus apice squamatis ad P. montanam accedens, sed ab ea satis distincta. Cum speciminibus P. alpinae helveticae a cell. Naglli et Regel benevole missis, nostra omnibus partibus convenit.

**1535.** Plantago maritima L. Sp. p. 165. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 168. et *Pl. genuens. p.* 128. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 82. — P. serpentina Bertol. *Pl. genuens. ed.* 1. *p.* 33. ex eodem auctore.

Ic. P. marina Lob. Icon. p. 306. — Serpentina omnium minima Lob. l. c. p. 439.

In pascuis collinis montanisque aridis et ad rupes ubique frequens. ♃. ♄

A varietate pumila prout in Lob. Icon. p. 439. ad varietates elatiores, foliis palmaribus et ultra, scapo spithameo pedalive instructas, gradus esse et sensu cl. Bertolonii accipiendas, saltem quod ad ligusticas, omnino persuasum habeo.

**1536.** Plantago Bellardi All. *Fl. ped.* 1. *p.* 85. Willd. Sp. 1. p. 646. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 166.

Ic. All. l. c. tab. 85. fig. 3.

In pascuis et in alveo torrentis circa Albingaunum frequentissima cl. Cesati, Traverso. (I)

Semina minutissime impresso-punctata, elliptico-ovata sulco impressa.

**1537.** Plantago Weldenii Reichb. Fl. excurs. p. 396.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 806.

In pascuis circa *Porto Maurizio* M. D. Berti. (I)

Congruit omnino cum descriptione et icone citata. Semina elliptico-subcompressa, margine cartilagineo cincta, umbilico punctiformi impresse excentrico.

**1538.** Plantago Coronopus L. Sp. p. 166. Willd. Sp. 1. p. 648. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 174. et *Pl. genuens. p.* 129. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 82. Turio *Pl. clavar. p.* 8.

Ic. Cornu cervinum Lob. Icon. p. 437.

In pascuis aridis, ad muros, rupes secus litora passim. (I)

Semina umbilico punctiformi, sulco nullo. Maxime polymorpha species, ut recte cl. Bertol. in l. c. facilius esse numerare arenas maris quam huiusce stirpis lusus.

**1539.** Plantago Cynops L. Sp. p. 167. Willd. Sp. 1. p. 651. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 181.

Ic. Psyllium Chabr. Sciagr. p. 501.

In glareosis secus torrentes, et in sterilioribus litoreis vulgatissima. ♄

Semina fere ut in P. arenaria.

**1540.** Plantago Psyllium L. Sp. p. 167. Willd. Sp. 1. p. 650. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 178. et *Pl. genuens. p.* 129. Turio *Pl. clavar. p.* 8?

Ic. Psyllium laciniatis foliis Bocc. Sic. tab. 4.

In moeniis urbis *allo Zerbino* alibique copiosissima, et in pascuis litoreis Liguriae occidentalis ad Nicaeam usque vulgaris. ①

**1541.** Plantago arenaria W. et K. — Willd. En. pl. H. Berol. p. 162. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 180. — P. Psyllium All. *Fl. ped.* 1. *p.* 82. ex Bertol.

Ic. Psyllio Matth.

In arenosis litoreis vulgatissima. ①

Semina semiteretia nitida, sulco profunde exarata, fere ut in Psyllio, a qua facile differt bracteis ad spicae basim in cuspidem attenuatis, spicam ovatam ovatove-oblongam subaequantibus vel minoribus.

---

SUBCLASSIS IV.

# MONOCHLAMYDES

## LXXIX. AMARANTHACEAE Juss.

### CCCCLXXXI. AMARANTHUS L. — Endl. Gen. n.° 1972.

**1542.** Amaranthus retroflexus L. Sp. p. 1407. Reichb. Fl. excurs. p. 585.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 668.

In arvis hinc inde. ①

Distinctus videtur ab insequente, quocum ab auctoribus nonnullis coniungitur, sepalis obtusis emarginatis, cum vel absque mucronulo in incisurae sinu.

**1543.** Amaranthus spicatus Lamck. — Reichb. Fl. excurs. p. 585.

Iisdem in locis ac praecedens. ①

**1544.** Amaranthus Blitum L. Sp. p. 1405. Willd. Sp. 4. p. 387. Koch Syn. p. 601. — A. adscendens Lois. Not. p. 141. et Fl. gall. ed. 2. 2. p. 320. Turio *Pl. clavar. p.* 28??

Ic. Blitum rubrum supinum Lob. Icon. p. 250. — Reichb. Pl. crit. tab. 663. 664. 665.

In locis neglectis, in pinguibus, ad latera viarum frequens. (1)

**1515.** **Amaranthus prostratus** Bellard. — ex Balb. Misc. bot. 1. p. 44. Willd. Sp. 4. p. 387. Bertol. *Pl. genuens. p.* 208. — **Chenopodium polyspermum** Bertol. *Pl. genuens. ed. I. ex ipso.*

Ic. Balb. l. c. tab. 10.

Ad vias tum urbanas, cum campestres ubique. (1)

**1516.** **Amaranthus sylvestris** Desf. — Koch Syn. p. 617. — A. viridis Turio *Pl. clavar. p.* 28??

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 667.

In neglectis secus litora frequens. (1)

Synonyma allata Turii probabiliter A. spicatum, retroflexum et prostratum etiam complectuntur.

**1517.** **Amaranthus albus** L. Sp. p. 1404. Willd. Sp. 4. p. 482. — Lois. *Not. p.* 140.

Ic. Willd. Amaranth. tab. 1. fig. 2.

In sterilibus ad litora sarzanensia, savonensia, albingaunensia frequens. (1)

CCCCLXXXII. POLYCNEMUM L. — Endl. Gen. n.° 1960.

**1518.** **Polycnemum arvense** L. Sp. p. 51. Willd. Sp. p. 192. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 200. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Iacqu. Fl. austr. tab. 365.

* **roseolum**, caule ramosissimo diffuso, ramis filiformibus ramellosis triquetris, glabriusculis, vix sub lente tuberculatis, foliis, e basi parum dilatata margine membranacea, triquetro-subulatis, inferioribus erecto-patulis, distantibus, caeteris superiora versus decrescentibus, floralibus ramellorum approximatis, lanceolatis, flore vix duplo longioribus, bracteis, e basi ovato-acuminata, aristatis, calycem aequantibus.

In glareis torrentium frequens, in aridioribus collium transapenninorum Rosellini, varietas in agris circa *Gavi* Savignone. (1)

Sepala in varietate colore roseo suffusa. An species distincta?

## LXXX. PHYTOLACCEAE R. Br.

### CCCCLXXXIII. PHYTOLACCA Tourn. — Endl. Gen. n.° 5262.

1549. Phytolacca decandra L. Sp. p. 631. Willd. Sp. 2. p. 822. Turio *Pl. clavar. p.* 15.

Ic. P. vulgaris Dill. Elth. tab. 239. fig. 309.

In umbrosis incultis, tum cum ad vias freqnens. ♃

Planta originis exoticae, sed nunc in omni Italia superiore sponte crescens.

---

## LXXXI. CHENOPODEAE Moqu-Tand.

### CCCCLXXXIV. BETA Tourn. — Moqu-Tand. Chenopod. p. 12.

1550. Beta vulgaris Moqu-Tand. l. c. p. 14. — β. maritima et δ. Cicla. — B. vulgaris L. Sp. p. 322. — B. maritima L. l. c. — All. *Fl. ped.* 2. *p.* 195. — B. Sicla et maritima Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 42. et 45.

Ic. B. alba Lob. Icon. p. 247.

In ruderatis, ad muros, in reiectamentis hortorum, subinde in arvis et in aridis secus litora. ♂ vel ♃

Variet. maritim. auctorum differre a var. δ. cum Moqu-Tand. l. c. haud censeo: observavi revera et in priore folia inferiora cordato-ovata, eaque per gradus in δ. abeuntia.

### CCCCLXXXV. TELOXYS Moqu-Tand. in Ann. scienc. naturell. 1. p. 289. tab. 10. A. et Chenopod. p. 16.

1551. Teloxys aristata Moqu-Tand. l. c. p. 290. et Chen. p. 17. — Chenopodium aristatum L. Sp. p. 321. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 42. — Ch. secundiflorum Viv. *Nov. spec. diagn. in App. ad Fl. lib. p.* 67.

Ad scaturiginem Trebbiae in apennino bobbiensi secund. exempl. herb. Viviani. ①

### CCCCLXXXVI. CHENOPODIUM Moqu-Tand. l. c. p. 20.

1552. Chenopodium polyspermum L. Sp. p. 321. Moqu-Tand. l. c. p. 21. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 40. — C. acutifolium Sm.

Ic. Polyspermum Cassini etc. Lob. Icon. p. 256.
In cultis, hortis, frequens. ①

1553. Chenopodium glaucum L. Sp. p. 320. Moqu-Tand. p. 30. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 38.
Ic. Atriplex sylvestris angustifolia laciniata minor Chabr. Sciagr. p. 305. rudis.
In ruderatis *Porto Maurizio* M. D. Berti. ①

1554. Chenopodium album L. Sp. p. 319. Sm. Engl. Fl. 1. p. 13. α. γ. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 30. α. γ. Turio *Pl. clavar. p.* 10. — C. album Moqu-Tand. p. 29. α. β. γ. δ. — C. viride L. Sp. p. 319. ex Sm.
Ic. Atriplex sylvestris Chabr. Sciagr. p. 305. rudis.
In arvis valde frequens et ad vias. ①

A C. opulifolio cui affine differt foliis e basi cuneata ovatis, magis longis quam latis, dentibus inferioribus eorumdem saepe productioribus, sed occurrit foliis omnibus integris, superioribus lanceolatis, subinde dense farinosum et demum spicis lateralibus sessilibus vel inferioribus longiuscule pedunculatis. An huc C. pedunculare Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 32.

1555. Chenopodium opulifolium Schrad. — R. et S. Syst. 6. p. 258. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 33. — C. viride Moqu-Tand. Chenopod. p. 28. ex parte et excl. Syn. nonnull.
Ic. Blitum sylvestre opulifolio Vaill. Bot. par. tab. 7. fig. 1.
In ruderatis, secus vias, vulgare. ①

1556. Chenopodium urbicum L. Sp. p. 318. Moqu-Tand. Chenopod. p. 31. α. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 26.
Ic. Engl. bot. tab. 717.
Prope *Lerma* lectum a D. Repetto ex herb. Viviani. ①

1557. Chenopodium murale L. Sp. p. 318. Moqu-Tand. Chenopod. p. 32. α. β. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 29. Turio *Pl. clavar. p.* 10. — C. rubrum Bertol. *Pl. genuens. p.* 41. *ed. I.* Turio *Pl. clavar. p.* 10. — C. urbicum Bertol. *Pl. genuens. ed. II. p.* 134.
Ic. Atriplice salvatico III. Matth.
Ad viarum latera, ad domos, in ruderatis passim. ①

Planta foliorum forma, divisione caulis, statura non parum varians, sed florum dispositione facile dignoscenda.

**1558.** Chenopodium Vulvaria L. Sp. p. 321. Moqu-Tand. Chenopod. p. 23. Turio *Pl. clavar. p.* 10. — C. olidum Sm. Engl. Fl. 2. p. 14. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 39.

Ic. Atriplex olida, pusilla etc. Lob. Icon. p. 255.

Vulgare ad muros secus vias. ①

CCCCLXXXVII. AMBRINA Moqu-Tand. Chenopod. p. 36.

**1559.** Ambrina Botrys Moqu-Tand. l. c. p. 37. — Chenopodium Botrys L. Sp. p. 320. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 35.

Ic. Botrys Lob. Icon. p. 228. rudis.

In glareosis, aridisve agri sarzanensis, albingaunensis, nicaeensis et in Liguria transapennina Cesati, Rosellini. ①

**1560.** Ambrina ambrosioides Spach Hist. végét. phanér. 5. p. 297. Moqu-Tand. p. 39. — Chenopodium ambrosioides L. Sp. p. 320. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 36.

Ic. Botrys boëtica Atriplicis sylvestris facie etc. Barrel. Icon. tab. 1185. — Botri americano Zann. ed. Mont. tab. 150.

In ruderatis hortorum Genuae, in cultis ad Spediam Rosellini. ①

CCCCLXXXVIII. BLITUM Moqu-Tand. Chenopod. p. 43.

**1561.** Blitum Bonus Henricus C. A. Meyer. — Moqu-Tand. p. 46. — Chenopodium Bonus Henricus L. Sp. p. 318. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 24. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 119.

Ic. Tota bona Lob. Icon. p. 256.

In apenninis centralibus et alpibus maritimis ad mapalias vulgatissimum. ♃

CCCCLXXXIX. ATRIPLEX L. — Endl. Gen. n.° 1912.

**1562.** Atriplex Halimus L. Sp. p. 1492. Moqu-Tand. Chenopod. p. 63. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 199.

Ic. Halimus Lob. Icon. p. 393.

Ad sepes et in sterilibus secus litora nicaeensia et Liguriae finitimae. ♄

**1563.** Atriplex portulacoides L. Sp. p. 1493. Capell. *Stirp. Fl. ped. addend. in Catal. H. R. Taur. p.* 61. — Obrine portulacoides Moqu-Tand. Chenopod. p. 75.

Ic. Portulaca marina etc. Lob. Icon. p. 392.

In litore ad rupem *di S. Andrea* prope *Sestri di Ponente*. ♄

1564. Atriplex hortensis L. Sp. p. 1493. Moqu-Tand. Chenopod. p. 52. α.

Ic. Atriplice hortense Matth. Valgr.

In agri sarzanensis locis neglectis, ruderatis. (1)

Folia in speciminibus eodem loco lectis concoloria, vel subtus glauco albicantia.

1565. Atriplex rosea L. Sp. p. 1493. Moqu-Tand. p. 57. α. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 198. Bertol. *Pl. rar. dec. I. in Amoen. p.* 70. et *Pl. genuens. p.* 212.

Ic. A. alba Scopol. Delic. tab. 8.

In agro nicaeensi cl. Cesati, Ill. Carrega. (1)

1566. Atriplex latifolia Koch Syn. p. 610. α. β. γ. — A. patula Moqu-Tand. p. 53.

α. vulgaris. A. patula Sm. Engl. Fl. 4. p. 257. — A. hastata All. *Auct. p.* 35. Turio *Pl. clavar. p.* 30?

Ic. A. marinae species Chabr. Sciagr. p. 306.

β. microcarpa. — A. microsperma W. et K.

γ. salina, lepidoto-incana. — A. oppositifolia DC. ex Koch l. c.

* parvifolia. — A. patula parviflora Moqu-Tand. l. c.?

In ruderatis, arenosisve secus litora, frequens. (1)

Species summopere ludibunda, tamen foliis praesertim inferioribus triangulari-sagittatis facile a caeteris distinguitur. Varietas parvifolia in litore nicaeensi a D. Piccaroli lecta, et sub nomine A. portulacoides communicata, recedere videtur a reliquis varietatibus statura multo minore, omnibusque partibus pulverulento-incanis; in hanc ulterius inquirendum.

1567. Atriplex litoralis Moqu-Tand. Chenopod. p. 59. — A. litoralis L. Sp. p. 1494. — A. patula Koch Syn. p. 610. — A. angustifolia Sm. Engl. Fl. 4. p. 258.

Ic. A. vulgaris angustifolia Chabr. Sciagr. p. 306.

In incultis secus litora passim: in agris collinis novensibus Rosellini. (1)

## CCCCXC. KOCHIA Moqu-Tand. Chenopod. p. 90.

1568. Kochia scoparia Schrad. Moqu-Tand. l. c. p. 91. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 48. — Chenopodium Scoparia L. Sp. p. 321. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 198.

Ic. Scoparia et Osyris etc. Lob. Icon. p. 409.

In incultis secus Porciferae alveum raro. ①

CCCCXCI. CAMPHOROSMA L. — Moqu-Tand. l. c. p. 98.

**1569.** Camphorosma monspeliaca L. Sp. p. 178. Moqu-Tand. l. c. p. 99. α. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 203. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 210.

Ic. Camphorata monspeliensium Chabr. Sciagr. p. 454.

Nicaeae ad rupem rubram cl. M. D. Piccaroli, Ill. Carrega. ♃

CCCCXCII. SALICORNIA Moqu-Tand. Chenopod. p. 113.

**1570.** Salicornia herbacea L. Sp. p. 5. Moqu-Tand. l. c. p. 114. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 15. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 192.

Ic. S. sive Kali geniculatum Lob. Icon. p. 395. rudis, articuli breviores ac in nostra.

In litore sarzanensi Traverso, in litore albingaunensi Prof. Sassi ex herb. Viviani. ①

CCCCXCIII. SUAEDA Moqu-Tand. l. c. p. 120.

**1571.** Suaeda fruticosa Forsk. Fl. Ægypt. arab. cent. III. p. 70. Moqu-Tand. l. c. p. 122. — Salsola fruticosa L. Sp. p. 324. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 58. — Chenopodium fruticosum All. *Fl. ped.* 2. *p.* 198.

Ic. Chamaepitys vermiculata Lob. Icon. p. 381. incompleta.

In litore prope *Porto Maurizio* legit Hortulanus H. R. Bot. genuens. ♄

**1572.** Suaeda maritima Moqu-Tand. Chenopod. p. 127. α. β. — Chenopodium maritimum L. Sp. p. 321. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 198. — Salsola maritima Poir. — Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 59.

Ic. Kali minus Lob. Icon. p. 394. rudis.

In litoreis Nicaeae M. D. Piccaroli, Albingauni Prof. Gherardi. ①

CCCCXCIV. SALSOLA Moqu-Tand. Chenopod. p. 134.

**1573.** Salsola Soda L. Sp. p. 323. Moqu-Tand. p. 147. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 54. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 211.

Ic. Kali Matth.

In litore nicaeensi ex herb. H. R. bot. taurin. ①

**1574.** Salsola Tragus L. Sp. p. 322. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 53. et *Pl. ge-*

*nuens. p.* 135. Turio *Pl. clavar. p.* 10. — S. Kali β. glabra Moquin-Tand. Chenopod. p. 136.

Ic. Tragon Matth.

In arenosis litoreis passim, et in alveo torrentis Scriviae Cambiaggi. (1

---

## LXXXII. POLYGONEAE Juss.

### CCCCXCV. POLYGONUM L. — Meisn. Polyg. p. 1.

**1575.** Polygonum Bistorta L. Sp. p. 516. Meisn. Polyg. p. 51. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 364.

Ic. Bistorta Britannica Lob. Icon. p. 292.

In pascuis montanis Apennini et alpium maritimarum vulgatissimum. ♃

**1576.** Polygonum viviparum L. Sp. p. 516. Willd. Sp. 2. p. 44. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 366.

Ic. Bistorta minor Clus. Hist. 2. p. 69.

In pascuis editioribus alpium maritimarum copiosum Traverso. ♃

**1577.** Polygonum amphibium L. Sp. p. 517. Meisn. Polyg. p. 67. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 368.

Ic. Potamogeton sive Stachytes etc. Lob. Icon. p. 307. rudis.

Ad margines rivulorum et in fossis in Liguria orientali *Sestri*, *Sarzana*. ♃

**1578.** Polygonum lapathifolium L. Sp. p. 517. Willd. Sp. 2. p. 442. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 369. — P. persicaria γ. Meisn. Polyg. p. 69.

Ic. P. nodosum Reichb. Pl. crit. tab. 496.

β. incanum, foliis subtus canescentibus. — P. Persicaria γ. L. Sp. p. 518. — P. incanum Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 372.

In pascuis sterilibus secus litora, in collibus Liguriae transapenninae Rosellini. (1)

**1579.** Polygonum Persicaria L. Sp. p. 518. Willd. Sp. 2. p. 446. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 390. Turio *Pl. clavar. p.* 14. — P. Persicaria α. vulgare Meisn. Polyg. p. 68.

Ic. Persicaria Matth.

In humidis, ad fossas, viarum latera, in pascuis, secus torrentes, nec non in litoreis vulgatissimum. (1)

Variat foliis immaculatis.

**1580. Polygonum Hydropiper** L. Sp. p. 517. WILLD. Sp. 2. p. 444. MEISN. *Polyg. p.* 76. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 373. TURIO *Pl. clavar p.* 14.

Ic. REICHB. Pl. crit. tab. 494.

In fossis circa *Gavi* in agro novensi SAVIGNONE. (1

**1581. Polygonum aviculare** L. Sp. p. 519. KOCH Syn. p. 618. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 378. *α.*

Ic. P. mas DOD. Pempt. p. 113.

* **flagellare**, ramis procumbentibus longissimis 2-3-pedalibus, foliis parvis lanceolatis vix floribus triplo longioribus, minoribusve, cito deciduis.

** **litoreum**, maius, diffusum, foliis late ellipticis, ovatisve acutis, obtusisve planis venosis, glaucis, ochreis magnis folia dimidia aequantibus, laciniis acutis.

In pascuis ad vias, et in arvis, ubique: varietas prior in olivetis prope *Sestri Levante*, posterior in arenosis litoreis cum P. **maritimo**. (1)

Varietas litoralis (forte eadem ac P. **litorale** LINK.) speciem propriam verosimiliter sistit, habitu enim toto, foliorum, ochrearum magnitudine a P. **aviculari** recedit, et P. **maritimum** fere aemulat, sed fructuum structura omnino identica cum P. **aviculari**.

**1582. Polygonum Bellardi** ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 207. WILLD. Sp. 2. p. 450.

Ic. ALL. *Fl. ped.* tab. 90. fig. 2. rudis.

In arvis collinis et olivetis. (1)

**1583. Polygonum crassinervium** CESATI Iconogr. stirp. ital. fasc. 2 cum icone analitica eximia!

In litore nicaeensi cl. CESATI. ♃

**1584. Polygonum maritimum** L. Sp. p. 519. MEISN. Polyg. p. 89. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 385. et *Pl. genuens. p.* 148. ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 208. TURIO *Pl. clavar. p.* 13.

Ic. P. **maritimum** maius etc. BARREL. Icon. tab. 560. fig. 1.

In arenosis secus litora ubique. ♄

Planta pro aetate insigniter varians, sed foliis plerumque omnibus,

45

adultis, et iunioribus margine insigniter revolutis, sub lente scabriusculis, ochreis magnis nitentibus, utriculis laevissimis nitidissimisque optime distinguitur.

**1585.** Polygonum Convolvulus L. Sp. p. 522. (excl. Icon. Dod., quae eadem ac Lobelii 624. ad P. Dumetorum spectans) Meisn. Polyg. p. 63. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 388. et *Pl. genuens. p.* 149. Turio *Pl. clavar. p.* 14

Ic. Engl. Bot. tab. 941.

In dumetosis, saxosis, aridisve et ad sepes ubique. ①

**1586.** Polygonum Dumetorum L. Sp. p. 522. Meisn. Polyg. p. 63. Bertol. *Fl. ital.* 4 *p.* 389.

Ic. Helxine Cissampelos altera Lob. Icon. p. 624. — H. semine triangulo Chabr. Sciagr. p. 121. eadem ac Lobelii sed reducta.

In hortis genuensibus vulgare. ①

**1587.** Polygonum alpinum Willd. Sp. 2. p. 451. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 387.

Ic. All. *Fl. ped.* tab. 68. fig. 1.

In pascuis alpium maritimarum Tendae, *Triora*, *Viossene* etc. frequens Traverso. ♃

CCCCXCVI. RUMEX L. — Endl. Gen. n.° 1993

**1588.** Rumex conglomeratus Murr. — Koch Syn. p. 613. — R. acutus Sm. Engl. Fl. 2. p. 192. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 237. an L.? Turio *Pl. clavar. p.* 13.

Ic. R. glomeratus Reichb. Pl. crit. tab. 552.

In pascuis, sylvis, ad vias vulgatissimus, praesertim in agro genuensi. ♃

Variabilis quod ad staturam et habitum, sed facile dignoscendus, sepalis interioribus oblongis, integris granulatis omnibus, grano in omnibus aequali magno, prae sepalorum diametro, vel inaequalibus, ut frequenter in nonnullis huiusce generis speciebus evenit. — R. acutus L. observante cl. Kochio differt ab hac specie sepalis dentatis.

**1589.** Rumex pulcher L. Sp. p. 477. Willd. Sp. 2. p. 254. Bertol. *Fl. ital.* 4. p. 240. α. Turio *Pl. clavar. p.* 13.

Ic. Lapathum pulchrum bononiense Chabr. Sciagr. p. 310. mediocris quoad folia, sed in reliquis mala.

Ad vias, in ruderatis passim. ♃

**1590.** Rumex obtusifolius L. Sp. p. 478. Willd. Sp. 2. p. 254. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 239.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 366.

In pascuis circa Genuam, et in humentibus alpium maritimarum. ♃

A sequente distinguitur sepalis interioribus magnis, apicem versus obtusum integris, inferne utrinque dentatis, dentibus subulatis, unico granifero.

Folia in speciminibus ex alpibus maritimis ampla fere R. alpini; caulis in inferiore parte puberulus. — Circa Genuam forma peculiaris occurrit, in qua granulus lobato-tuberculatus est.

**1591.** Rumex crispus L. Sp. p. 476. Willd. Sp. 2. p. 251. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 237. Turio *Pl. clavar. p.* 13?

In pascuis genuensibus vulgaris. ♃

Sepalis interioribus omnibus aequaliter grosse graniferis raro apud nos observatur, plerumque unico granulo magno oblongo instructo, reliquis minute graniferis: variat porro sepalis integris vel subcrenulatis praesertim ad basim.

**1592.** Rumex nemorosus Schrad. — Willd. En. pl. H. Berolin. p. 397. Reichb. Fl. excurs. p. 570. — R. Nemolapathum α. viridis Koch Syn. p. 613.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 551.

In sylvis montanis supra Clavarum. ♃

Affinis R. conglomerato, distinguitur prae reliquis sepalo unico granifero.

**1593.** Rumex Hydrolapathum Huds. — Willd. Sp. 2. p. 251. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 243.

Ic. Reichb. Pl. crit. p. 370.

In monte *Antola* ex specimine herb. Viviani. ♃. Civis mihi suspecta!

**1594.** Rumex alpinus L. Sp. p. 480. Willd. Sp. 2. p. 259. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 248.

Ic. Lapathum folio rotundo alpinum etc. Chabr. Sciagr. p. 309.

In alpibus maritimis et praesertim *di Frontero* copiosissime Traverso. ♃

**1595.** Rumex scutatus L. Sp. p. 480. Willd. Sp. 2. p. 257. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 249. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 172.

Ic. Acetosa alpina serpeggiante Zann. ed. Mont. tab. 7.

Ad rupes et in saxosis Apennini, et in alpibus maritimis vulgaris cl. Cesati, M. D. Berti, Traverso. ♃

**1596.** Rumex montanus Desf. — Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 255. — R. arifolius All. *Fl. ped.* 2. *p.* 204. non L. f. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 173. excl. Syn. Iacqu.

Ic. Acetosa Ari rotundo folio Bocc. Mus. tab. 125.

In pascuis editis Apennini et alpium maritimarum vulgaris. ♃

**1597.** Rumex Pseudo-Acetosa Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 252. — R. acetosa *Auct. quorund.* ex Bertol. non L.

Ic. Acetosa flagellis non ramosis Bocc. Mus. tab. 126.

In pascuis praesertim montanis. ♃

**1598.** Rumex thyrsoides R. et S. Syst. 7. p. 1452. — R. multifidus All. *Fl. ped.* 2. *p.* 205. — R. intermedius DC. Fl. fr. 5. p. 369.

Nicaeae legi cum cl. Cesati loco dicto *Momboron.* ♃

**1599.** Rumex tuberosus L. Sp. p. 481. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 256. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 205.

Ic. Fl. graec. tab. 348. ex Auct. cit.

Nicaeae ad rupem rubram cl. Cesati. ♃

**1600.** Rumex Acetosella L. Sp. p. 481. Willd. Sp. 2. p. 260. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 258. Turio *Pl. clavar. p.* 13.

Ic. Oxalis tenuifolia etc. Lob. Icon. p. 291.

In pascuis aridis et arvis vulgatissimus. ♃

In montanis occurrit pygmaeus, vix digitalis, omnibus partibus diminutis.

**1601.** Rumex bucephalophorus L. Sp. p. 479. Willd. Sp. 2. p. 255. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 244. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 203.

Ic. Acetosa Ocymi folio neapolitana etc. Columm. Ecphr. p. 150.

In graminosis secus litora utriusque Liguriae frequens. ☉

Cf. quoad variationes sepalorum huiusce speciei Steinheil in Ann. scienc. naturell. vol. 9.

## CCCCXCVII. OXYRIA Hill.

**1602.** Oxyria digyna Campd. — Kock Syn. p. 616. — Rumex digynus L. Sp. p. 480. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 246.

Ic. Rheum digynum Wahlenb. Fl. lapp. tab. 9. fig. 2.

In alpibus nicaeensibus *della Madonna delle Finestre* ex herb. H. R. bot. taurin. ♃

---

## LXXXIII. THYMELEAE Iuss.

### CCCCXCVIII. PASSERINA Endl. Gen. n.° 2095.

**1603.** Passerina annua Wickstr. — Koch Syn. p. 620. — Stellera Passerina L. Sp. p. 512. Willd. Sp. 2. p. 429. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 346.

Ic. Gouan. Fl. monsp. tab. 2.

In cultis agri sarzanensis et in Liguria transapennina vulgaris Rosellini, Savignone. ①

**1604.** Passerina hirsuta L. Sp. p. 513. Willd. Sp. 2. p. 430. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 345. Viv. *Fl. lib. spec. p.* 32.

Ic. Erica alexandrina italorum Lob. Icon. 2. p. 217.

In praeruptis litoreis Liguriae occidentalis inter *Spotorno* et *Vado* frequens. ♃

### CCCCXCIX. DAPHNE L. — Endl. Gen. n.° 2092.

**1605.** Daphne Laureola L. Sp. p. 510. Willd. Sp. 2. p. 418. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 334. Turio *Pl. clavar. p.* 13. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 183. — Thymaelaea Laureola All. *Fl. ped.* 1. *p.* 132.

Ic. Laureola Dod. Purg. p. 133.

In sylvis montanis frequens. ♃

**1606.** Daphne Gnidium L. Sp. p. 511. Willd. Sp. 2. p. 420. Bertol. *Fl. ital.* 4 *p.* 341. — Thymaelaea Gnidium All. *Fl. ped.* 1. *p.* 342.

Ic. Thymelaea Dod. Purg. p. 127.

Secus litora utriusque Liguriae in dumetosis calidioribus vulgatissima. ♃

**1607.** Daphne glandulosa Bertol. *Fl. alp. apuan. in Amoen. p.* 356. et *Fl. ital.* 4. *p.* 337. — D. lucida Lois. Not. p. 17. et Fl. gall. ed. 2. 1. p. 280.

Ic. Lois. l. c. tab. 25.

In apennino Liguriae orientalis Traverso. ♄

**1608.** Daphne alpina L. Sp. p. 510. Willd. Sp. 2. p. 418. Bertol. *Fl. ital.* 4 *p.* 336. — Thymaelaea alpina All. *Fl. ped.* 1. *p.* 132.
Ic. Chamaelaea alpina incana Lob. Icon. p. 370.
In alpibus albingaunensibus Traverso, et nicaeensibus ex herb. H. R. bot. Taurin. ♄

**1609.** Daphne Mezereum L. Sp. p. 509. Willd. Sp. 2. p. 415. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 332.
Ic. Daphnoide Matth.
In sylvis collinis montanisque. ♄

**1610.** Daphne Cneorum L. Sp. p. 511. Willd. Sp. 2. p. 422. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 338. α. Turio *Pl. clavar. p.* 13. — Thymaelaea Cneorum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 133.
Ic. Cneorum Clus. Hist. 1. p. 89.
In dumetosis saxosisve montium genuensium. ♄
Daphne striata probe differt ab hac specie non tantum floribus glabris, grandioribus, sed etiam tubo perigoniali striato. — Forte Icon Clusii, quae cetero habitum plantae nostrae exprimit, spectat ad D. striatam, ex locis natalibus citatis.

## LXXXIV. LAURINEAE DC.

### D. LAURUS L. Gen. ed. Schreb. n.° 688.

**1611.** Laurus nobilis L. Sp. p. 529. Willd. Sp. 2. p. 479. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 399. Turio *Pl. clavar. p.* 14.
Ic. Lauro Matth.
Ad sepes et dumetosis hinc inde, saepissime in hortis culta. ♄

## LXXXV. SANTALACEAE R. Br.

### DI. THESIUM L. — Endl. Gen. n.° 2072.

**1612.** Thesium Linophyllum Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 739. non *Amoen.* Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 117. — T. intermedium Bertol. *l. c.* — T. montanum Ehrh.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 452. 453.

In pascuis collium editiorum montiumque vulgaris. ♃

Polymorphum pro loco, vel pro aetate, vel pro ratione crescendi, dum enim ramos e basi, caule primario sauciato, emittit, faciem alienam exhibet; folia latitudine varia sed apud nos plerumque tantum trinervia; bracteae pariter mire ludunt proportione, subinde altera flore multo longiore, latioreque, interdum omnes subaequales. — Perigonii segmenta intus alba, filamenta anthera multo breviora barbata, fructus subrotundus, ovatusve. — Inter varietates α. et β, Florae italicae, limites haud invenio.

1613. Thesium divaricatum Ian. — Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 272. — T. Linophyllum Bertol. *Pl. genuens. p.* 134. Turio *Pl. clavar. p.* 9.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 456.

In pascuis collium Liguriae oleiferae ubique. ♃

Fructus oblongus, pedicellatus, bracteae omnes flore breviores.

1614. Thesium alpinum L. Sp. p. 301. R. et S. Syst. 3. p. 580. Bertol. *Fl ital.* 2. *p.* 745. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 117.

Ic. T. floribus subsessilibus etc. Gerard. Fl. gallopr. p. 442. tab. 17. fig. 1.

In pascuis apenninorum editiorum, *Lesime*, *Boglelio*, *Antola*, etc. cell. Prof. Balsamo, Cesati. ♃

DII. OSYRIS L. — Endl. Gen. n.° 2078.

1615. Osyris alba L. Sp. p. 1450. Willd. Sp. 4. p. 715. Bertol. *Pl. genuens. p.* 209. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 225. Turio *Pl. clavar. p.* 28.

Ic. Casia poëtica monspeliensium Lob. Icon. p. 433. pl. femin.

In dumetosis collium, ad muros, rupes, locis saxosis in regione olivetorum passim. ♄

---

## LXXXVI. ELAEAGNEAE R. Br.

DIII. HIPPOPHAË Endl. Gen. n.° 2112.

1616. Hippophaë rhamnoides L. Sp. p. 1452. Willd. Sp. 4. p. 743.

Ic. Rhamnus II. Clus. Hist. p. 110.

Secus torrentes in Liguria transapennina ad Scriviam, Straforam etc. cl. Cesati. ♄

## LXXXVII. CYTINEAE Brongn.

### DIV. CYTINUS L. — Endl. Gen. n.° 723.

**1617.** Cytinus Hypocistis L. — Cod. Linn. n.° 6975. Willd. Sp. 4. p. 589. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 214.

Ic. Hypocistis Clus. Hist. p. 68. fig. infer.

Ad radices Cisti salvifolii in collibus supra Genuam copiose. ♃

Tota planta pilis brevibus articulatis hirtula, squamae obovatae obtusae, superiores bracteaeque sensim longiores, angustioresque, laete rubrae, concavae, carnosulae, margine minute eleganterque denticulatae, ad perigonii basim unica, vel plerumque binae. — Flores monoici, subsessiles, lutei, in femineis, perigonium e basi turgida ovario adnata suburceolato-campanulatum, lobis 4. 5, ovatis subrotundisve, minutissime denticulatis, tubo parte libera intus villoso; stylus crassus columnaris, tetraquetrus, villosulus, basi glandula semilunari lutescente in unaquaque facie. Stigma radiato-7-lobum, ovarium uniloculare, placentis mediastinis 5. 6. — In fl. masculo stamina monodelpho-symphysandra, filamentum crassum, antherae 8-10, arcte contiguae, lineares, vix flexuosae: connectivum supra apicem antherarum ipsarum prominens, papilliforme, luteum, ex quo vertex androphori tuberculato-papillosum.

Variat in eodem loco, totum luteum, sed raro; statura a pollice ad palmum, caulibus solitariis vel aggregatis.

---

## LXXXVIII. ARISTOLOCHIEAE Juss.

### DV. ASARUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 2160.

**1618.** Asarum europaeum L. Sp. p. 633. Willd. Sp. 2. p. 838. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 3. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 212.

Ic. Asarum Dod. Purg. p. 111.

In sylvis montanis opacis Apennini haud rarum. ♃

### DVI. ARISTOLOCHIA Tourn. — Endl. Gen. n.° 2162.

**1619.** Aristolochia Clematitis L. Sp. p. 1364. Willd. Sp. 4. p. 163. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 362. Tuo *Pl. clavar. p.* 27?

Ic. A. sarracenica Dod. Purg. p. 21. bona.

Ad sepes et in locis umbrosis secus litora utriusque Liguriae hic illic frequens. ♃

**1620.** Aristolochia rotunda L. Sp. p. 1364. Willd. Sp. 4. p. 162. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 362?

Ic. Dod. Purg. p. 15.

In pascuis collinis et secus litora ubique. ♃

**1621.** Aristolochia pallida Koch Syn. p. 625.

In pascuis montanis supra Genuam. ♃

An huc A. lutea Desf.? Planta nostra omni parte congruit cum descriptione cl. Kochii l. c. pariter ac cum planta a cl. Bertolonio in *Fl. alp. apuan. p.* 418 descripta, prae ceteris forma, colore, et macula ad Perigonii faucem.

**1622.** Aristolochia longa L. Sp. p. 1364? Koch Syn. p. 625. in Observ. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 362.

In olivetis circa *Porto Maurizio* M. D. Berti. ♃

Flores fere Aristolochiae rotundae, sed folia petiolata, petiolo pedunculum bis superante; labium perigonii in nostra haud acutum sed obtusum vel retusum cum mucronulo; caulis pubescens.

In Icone Clusii a Linnaeo adducta labium perigonii multo brevius quam in nostra, in qua tubum aequat vel paullulum longitudine superat. Pro tempore plura addere nequeo, cum ad manus non sint nisi pauca et non satis perfecta exemplaria.

---

## LXXXIX. EUPHORBIACEAE Juss.

### DVII. BUXUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 5869.

**1623.** Buxus sempervirens L. Sp. p. 1394. Willd. Sp. 4. p. 337. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 220. Turio *Pl. clavar. p.* 28.

Ic. Buxus Lob. Icon. 2. p. 128.

In collibus Liguriae orientalis, *Levanto*, *Moneglia*, ad Spediam, in agro nicaeensi Ill. Carrega ♄

## DVIII. EUPHORBIA L. — Endl. Gen. n.° 5766.

1624. **Euphorbia Preslii** Guss. Fl. sic. Prodr. ex eiusd. Syn. 1. p. 531. — **E. maculata** L. Mant. non Spec. pl. ex Bertol. — **E. trinervis** Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 37.

Ic. **E. maculata** Reichb. Iconogr. fig. 4752. excl. Icon. Perig. et Capsul.

In pascuis circa *Ventimiglia* Panizzi. ①

Nomen a cl. Bertolonio huic speciei impositum recipi nequit, extat enim species hispanica ab hac diversissima, nomine prorsus simili salutata, nempe E. **trinervia** Boiss. in Pl. hisp. exsiccat. et in Elench. p. 82. n.° 175. iam ab anno 1837 evulgata.

1625. **Euphorbia Chamaesyce** Duby Bot. gall. p. 412. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 39.

α. **glabra** Duby l. c. — **E. Chamaesyce** L. Sp. p. 652. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 283. α.

β. **canescens** Duby l. c. — **E. canescens** L. Sp. p. 652. All. *Auct. p.* 19. — **E. massiliensis** DC. Fl. fr.

In areis hortorum et in arenosis secus litora. ①

In varietatis β. specimine ab egregio M. D. Berti circa *Porto Maurizio* collecto, folia crenato-serrata, dentibus subinde mucronulatis, ceterum nulla diversitas.

1626. **Euphorbia Peplis** L. Sp. p. 652. Willd. Sp. 2. p. 889. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 40. et *Pl. genuens. p.* 152. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 283. Turio *Pl. clavar. p.* 16.

Ic. **Peplis** Lob. Icon. p. 363.

In arenosis maritimis passim. ①

1627. **Euphorbia Peplus** L. Sp. p. 653. Willd. Sp. 2. p. 903. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 42. Turio *Pl. clavar. p.* 16.

Ic. Reichb. Icon. Fl. germ. fig. 4773.

In hortis, arvis, ubique. ①

1628. **Euphorbia Helioscopia** L. Sp. p. 658. Willd. Sp. 2. p. 914. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 46. Turio *Pl. clavar. p.* 16.

Ic. **Tithymalus Helioscopius** Dod. Purg. p. 145.

In hortis, arvis, locis neglectis ubique. ①

**1629.** Euphorbia falcata L. Sp. p. 654. Willd. Sp. 2. p. 903. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 48. — E. obscura Lois. Fl. gall. ed. 2. 1. p. 339.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4776. — Lois. l. c. tab. 29.

In arvis, pascuis, in arenosis secus litora vulgaris. ①

Planta habitu valde polymorpha.

**1630.** Euphorbia terracina L. Sp. p. 654. Willd. Sp. 2. p. 906. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 50. — E. provincialis Reichb.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4790.

In agro nicaeensi secundum exemplaria herb. H. R. bot. taurinensis a cl. Equit. Prof. Morisio. ♃

**1631.** Euphorbia exigua L. Sp. p. 654. Willd. Sp. 2. p. 903. α. β. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 54. et *Pl. genuens. p.* 152. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 284. Turio *Pl. clavar. p.* 16. — E. retusa Cav.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4777. 4778.

In arvis et pascuis in regione collina ubique. ①

Variat in iisdem locis et saepe in iisdem individuis, foliis acutis, retusisve.

**1632.** Euphorbia spinosa L. Sp. p. 655. Willd. Sp. 2. p. 908. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 56. et *Pl. genuens. p.* 152. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 284. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 7. addend.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4766.

In aridioribus collium Liguriae australioris frequentissima. ♄

Planta valde ludibunda.

**1633.** Euphorbia pinea L. Syst. XII. — Cod. Linn. n.° 3538. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 64. Avé-Lallem. *de quibusd. pl. Ital. p.* 13.

Ic. Tithymalus linifolius maior italicus Barrel. Icon. tab. 821. rudis.

In insula Palmaria ad Spediae sinus Bertoloni, in peninsula *di Sestri a Levante* et prope *Spotorno* in Lig. occid. ♂

**1634.** Euphorbia flavicoma Duby Bot. gall. p. 413. — E. verrucosa Koch Syn. p. 628. — E. epithymioides Bertol. *Pl. genuens. p.* 153. Turio *Pl. clavar. p.* 16. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 285. — E. dulcis Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 60. non L.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4764.

In pascuis collinis, montanisque, praesertim in agro genuensi vulgatissima. ♃

Involucris, involucellisque iunioribus laete flavicantibus insignis.

**1655.** Euphorbia purpurata Thuil. — Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 62. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 298. — E. dulcis Koch Syn. p. 628.
Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4759.
In sylvaticis collinis montanisque vulgaris. ♃

**1656.** Euphorbia segetalis L. Sp. p. 657. Willd. Sp. 3. p. 913. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 66. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 286. Turio *Pl. clavar. p.* 16?
Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4780.
In arvis regionis olivetorum ubique. ①

**1657.** Euphorbia biumbellata Poir. — Pers. Syn. 2. p. 17. Duby Bot. gall. p. 415. Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 539.
In pascuis, ad vias circa *Sestri di Levante* frequens. ♃

A varietate β. luxuriante E. Cyparissias (Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 12), ad quam ex Bertol. ipso E. biumbellata Desf. (Fl. atl. 1. p. 387) pertinet, nostra toto coelo differt, cornubus glandularum lunatarum, reliquis omissis, apice incrassato-clavulatis, capsulis glabris, seminibus verrucosis, verrucis eorumdem in series, sublongitudinales dispositis, ramis lateralibus conferte foliosis ut in Cyparissia nullis!

**1658.** Euphorbia Pithyusa L. Sp. p. 656. Willd. Sp. 2. p. 911. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 67. (et forte *Pl. genuens.* saltem quod ad plantam *della foce* prope Genuam).
Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4788.
Ad rupes et in pascuis in litore orientali prope Genuam nil frequentius. ♄

E. Paralias proxima, et praesertim varietates ex solo arenoso, quibus in locis planta haec luxuriat statura maiore, foliis magis elongatis, laxioribusque, sed facile ab insequenti dignoscitur foliis superne margine involutis, acutioribus, inferioribus ramorum minoribus reflexis, foliis involucri involucellorumque ovatis, ovatove-subrotundis in cuspidem brevem desinentibus, nec late cordatis nec reniformibus, capsulis laevibus, ad dorsum carpellorum haud rugosis, seminibusque minoribus.

**1639.** Euphorbia Paralias L. Sp. p. 657. Willd. Sp. 2. p. 912. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 68. et *Pl. genuens. p.* 153? All. *Fl. ped.* 1. *p.* 286. Turio *Pl. clavar. p.* 16.

Ic. Tithymalus Paralias Dod. Purg. p. 144.

In arenosis secus litora frequens. ♄

**1640.** Euphorbia Cyparissias L. Sp. p. 651. Willd. Sp. 2. p. 920. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 81. *α.* et *Pl. genuens. p.* 153. Turio *Pl. clavar. p.* 16.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4793.

In pascuis collinis montanisque ad viarum margines valde frequens in omni Liguria. ♃

**1641.** Euphorbia dendroides L. Sp. p. 662. Willd. Sp. 2. p. 924. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 73. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 289. Viv. *Fl. lib. spec. p.* 26. — E. laeta Avé-Lallem. *de quibusd. pl. Ital. p.* 13.

Ic. Tithymalus dendroides maius et verior ital. Barrel. Icon. tab. 910.

In aridis collium maritimorum calidiorum frequens, *Portofino, Levante, Palmaria, Capo di Noli*, ad Nicaeam usque. ♄

**1642.** Euphorbia nicaeensis All. *Fl. ped.* 1. *p.* 285. Willd. Sp. 2. p. 921. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 77. *α. γ. δ.* — E. Baselicis Tenor. Fl. neap. Syll. p. 237.

Ic. All. l. c. tab. 69. fig. 1. — Reichb. Iconograph. fig. 4795. 4786.

In collibus agri nicaeensis Berti, Carrega in montanis supra *Levanto*, ad promontorium *di Noli* alibique in Liguria occidua. ♃

Varietas *δ.* Fl. ital. sive E. Baselicis Tenor. super. citat. prima fronte insigniter recedit a reliquis varietatibus, foliis inferioribus obovatis, superioribus latioribus cordato-ovatis ex apice obtuso-mucronulatis, involucellis amplioribus, capsulis subinde sparse punctatis, sed evidenter pertinet ad hanc speciem.

**1643.** Euphorbia aleppica L. Sp. p. 657. Willd. Sp. 2. p. 913. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 80. — E. pinea All. *Fl. ped.* 1. *p.* 286.

Ic. Tithymalus Cyparissias Alp. Exot. p. 64. rudis. — Reichb. Iconogr. fig. 4781.

In cultis circa *Porto Maurizio* copiosissime. ①

**1644.** Euphorbia serrata L. Sp. p. 658. Willd. Sp. 2. p. 915. α. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 85. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 287.

Ic. Tithymalus Characias Dod. Purg. p. 142.

In pascuis et olivetis collium Liguriae occidentalis a Savona ad Nicaeam frequens. ♃

Pulcherrima species!

**1645.** Euphorbia hyberna L. Sp. p. 662. Willd. Sp. 2. p. 923. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 88.

Ic. Tithymalus platyphyllos Dod. Purg. p. 147.

In montanis supra Genuam versus *le Capanne di Marcarnolo* copiose Traverso. ♃

**1646.** Euphorbia pilosa L. Sp. p. 659. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 90. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 288? — E. pubescens Desf. Fl. atl. 1. p. 386.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4769. 4770.

In pascuis, arvis, locis sterilioribus, in glareis torrentium secus litora vulgatissima. ♃

Planta polymorpha, statura, pubescentia plus minusve copiosa, sed facile a sequente, ad quam proxime accedit, dignoscitur, capsulis verrucosis pilosis, seminibusque scabridis.

**1647.** Euphorbia platyphylla L. Sp. p. 660. Koch Syn. p. 627. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 92. (excl. E. stricta et syn. ad eand. spectant.)

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4757.

Ad rivulorum margines et in glareis torrentium prope Genuam frequens. ♃

Differt ab E. pilosa capsulis minute verruculosis, seminibus laevissimis etc., sed variat singulis annis nunc capsulis glabris, nunc pilosis in iisdem locis!

**1648.** Euphorbia stricta L. Syst. ex Sm. Engl. Fl. 4. p. 64. Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 541. Koch Syn. p. 627. — E. platyphylla Bertol. *Fl. ital.* ex parte.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4757.

In locis incultis, et in arvis apenninorum centralium M. D. Berti. ①

**1649.** Euphorbia Lathyris L. Sp. p. 655. Willd. Sp. 2. p. 906. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 95.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4783.

In cultis ad pagos apennini genuensis et clavarensis. ♂

**1650.** Euphorbia amygdaloides L. Sp. p. 662. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 97. Koch Syn. p. 630. — E. sylvatica L. Sp. p. 463. — E. myrsinites Viv. herb. Pl. ex agro clavarensi.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4799.

In dumetosis, sylvaticisve collinis vulgo. ♄

Planta mire apud nos varians, foliis ramorum annotinorum plus vel minus confertis concoloribus, vel subtus glaucis, parce vel dense pubescentibus, magnitudine admodum variis, subinde illa E. Characias fere aequantibus, a qua vero prae omnibus facile dignoscitur glandulis lunato-bicornibus, involucellorumque forma.

**1651.** Euphorbia Characias L. Sp. p. 662. Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 100. et *Pl. genuens. p.* 154. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 289. Turio *Pl. clavar. p.* 16.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4800.

Ad rupes et in aridioribus secus litora, in utraque Liguria vulgaris. ♄

In ipso eodemque loco *della Cava* ubi a cl. Bertolonio iamdudum observata est, ludit pro annis, involucellis solito maioribus omnino ut in E. melapetala, quam possideo e Sicilia, sed in nostra folia in pagina superiore opaca, sparsim breviterque pubescentia, subtus glauca, longiuscule villosa, capsulae villosissimae.

## DIX. MERCURIALIS L. — Endl. Gen. n.° 5786.

**1652.** Mercurialis perennis L. Sp. p. 1465. Willd. Sp. 4. p. 809. Turio *Pl. clavar. p.* 29.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4804.

In sylvaticis collinis, montanisque etiam editis frequens. ♃

In planta iuniore folia praesertim inferiora ovata, sed in adulta ovato-oblonga.

**1653.** Mercurialis annua L. Sp. p. 1465. Willd. Sp. 4. p. 810. Turio *Pl. clavar. p.* 19.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4801.

In cultis, hortis, ad muros ubique. ①

**1654.** Mercurialis ambigua L. f. — Willd. Sp. 4. p. 810.

Ic. Reichb. Iconograph. fig. 4802.

In olivetis supra *Varigotti* in Lig. occid. ①

DX. CROZOPHORA Neck. — Endl. Gen. n.° 5829.

**1655.** Crozophora tinctoria A. Iuss. — Croton tinctorium L. Sp. p. 1425. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 47.

Ic. Heliotropium parvum etc. Lob. Icon. p. 261. satis bona.

In sterilibus ad litora Liguriae occiduae, *Porto Maurizio*, Uneliae, Nicaeae etc. cl. Cesati, M. D. Berti. ①

---

## XC. CYNOCRAMBEAE Endl. Gen. p. 285.

DXI. THELIGONUM L. — Endl. l. c. n.° 1888.

**1656.** Theligonum Cynocrambe L. Sp. p. 1411. Willd. Sp. 4. p. 420. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 218. Turio *Pl. clavar. p.* 28.

Ic. Cynocrambe alsinefolia Barrel. Icon. tab. 335. rudis, et mala, sed melior Ic. Columm. in Phytob. ed. neap. 2. p. 30.

In saxosis et ad muros in regione Oleae vulgatissimum. ①

---

## XCI. URTICEAE Koch.

DXII. URTICA Tourn. — Endl. Gen. n.° 1879.

**1657.** Urtica urens L. Sp. p. 1396. Willd. Sp. 4. p. 352. Turio *Pl. clavar. p.* 28.

Ic. U. minor acrior Lob. Icon. p. 522.

In ruderatis, ad muros, ad domos, secus vias, frequens. ①

**1658.** Urtica membranacea Poir. — Willd. Sp. 4. p. 353.

In ruderatis, locis neglectis, Genuae *al Lazzaretto*, *Sestri di Levante*, *Arenzano* etc. alibique. ♃

**1659.** Urtica dioica L. Sp. p. 1396. Willd. Sp. 4. p. 352. Turio *Pl. clavar. p.* 28.

Ic. U. sylvestris asperior etc. Lob. Icon. p. 521.

In ruderatis vulgo. ♃

### DXIII. PARIETARIA Tourn. — Endl. Gen. n.° 1885.

**1660.** Parietaria officinalis L. Sp. p. 1492. Reichb. Fl. excurs. p. 181. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 212. ex parte et excl. pl. syn. — P. erecta Koch Syn. p. 635.

In convallibus Apennini, locis opacis, incultis, ad sepes. ♃

A sequente pluribus differre mihi videtur, et primum statura proceriore, caule magis crasso, erecto, simplici, foliis maioribus oblongo-lanceolatis, rugosis, vix lucidis: 2.° cymis axillaribus geminatis, compactis quidem, sed dichotomis, denseque multifloris: 3.° florum hermaphroditorum perigonio campanulato, albicante.

Characteres e forma bractearum minoris momenti esse videntur, nam in utraque specie sessiles tantum reperi.

**1661.** Parietaria diffusa Koch Syn. p. 636. Reichb. Fl. excurs. p. 181. — P. officinalis Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 212. ex parte. Turio *Pl. clavar. p.* 30?

Ad muros, rupes, sepes, in ruderatis, in regione collium passim. ♃

Differt a priore caulibus a basi ramosis, passim colore roseolo suffusis, foliis superne nitidulis, glomerulis sub 3-floris, perigonii florum hermaphroditorum tubo urceolato, limbo 4-fido. De reliquo valde polymorpha, nam si in locis soli expositis provenit, caulem habet diffusum, folia ovata utrinque acuta: in umbrosis erectior, maior evadit, foliis longioribus, latioribusque. Notatu digna insuper est forma quaedam pusilla, rupes apricas maritimas inhabitans, quae statura vix digitali, foliis parvis, ovatis, obtusiusculis, accedit quodammodo ad P. lusitanicam. — Culta ab annis in horto genuensi, haec species in praecedentem non mutata est.

### DXIV. HUMULUS L. — Endl. Gen. n.° 1891.

**1662.** Humulus Lupulus L. Sp. p. 1116. Willd. Sp. 4. p. 796. Turio *Pl. clavar. p.* 29.

Ic. L. salictarius spontaneus etc. Lob. Icon. p. 629.

Ad sepes, et in dumetosis haud rarus, necnon in sylvaticis montanis. ♃

### DXV. MORUS L.

**1663.** Morus nigra L. Sp. p. 1398. Willd. Sp. 4. p. 368.

Ic. Lamck. Ill. tab. 762. fig. 1.

Provenit in alpibus maritimis *di Frontero* et *Triora* ad mapalias. ♄
Olim forte culta, sed nunc spontanea.

### DXVI. FICUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 1859.

**1664.** Ficus Carica L. Sp. p. 1513. Willd. Sp. 4. p. 1131.
Ic. Ficus Lob. Icon. 2. p. 197.
Ad muros vetustos, rupes, in dumetosis sterilibus, montanisque Liguriae australioris. 5
Colitur ubique in hortis.

### DXVII. CELTIS Tourn. — Endl. Gen. n.° 1851.

**1665.** Celtis australis L. Sp. p. 1478. Willd. Sp. 4. p. 993.
Ic. Lotus arbor Lob. Icon. p. 186.
Ad muros vetustos et ad sepes frequens occurrit, sed vix arbuscula et plerumque sterilis. ♄

### DXVIII. ULMUS L. — Endl. Gen. n.° 1850.

**1666.** Ulmus campestris L. Sp. p. 327. Koch Syn. p. 637. Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 63. Turio *Pl. clavar. p.* 10.
Ic. Lob. Icon. 1. p. 188.
Frequens in dumetosis collinis, ad sepes, et in sylvaticis secus litora. 5. ♄
Saepius culta ad ambulacra. In dumetosis sterilibus humillima, caespitosa. Variat quoque ramis suberoso-alatis.

---

## XCII. CUPULIFERAE Rich.

### DXIX. FAGUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 1847.

**1667.** Fagus sylvatica L. Sp. p. 1416. Willd. Sp. 4. p. 459 Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 191. Turio *Pl. clavar. p.* 28.
Ic. Fagus Lob. Icon. 2. p. 160.
In Apennino et in alpibus maritimis densissimas sylvas saepe efficiens: in humilioribus nana, caespitosa, sterilis. 5. ♄

### DXX. CASTANEA Tourn. — Endl. Gen. n.° 1848.

**1668.** Castanea vesca Willd. Sp. 4. p. 460. — Fagus Castanea L. Sp. p. 1416. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 190.
Ic. Castanea Lob. Icon. 2. p. 160.

In sylvaticis collium editiorum etiam in australiori Liguria et in montibus vulgatissima. ♄

DXXI. QUERCUS L. — Endl. Gen. n.° 1845.

**1669.** Quercus Ilex L. Sp. p. 1412. Willd. Sp. 4. p. 433. α. β. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 188. Turio *Pl. clavar. p.* 28. — Q. Gramuntia L.

Ic. Ilex arbor Lob. Icon. p. 154.

In sylvis collinis Liguriae australioris vulgaris. ♄

Variat mirum in modum, foliis ovatis, obovatis, obovato-oblongis, ellipticis, integris vel remote serratis, dentibus mucronatis.

**1670.** Quercus sessiliflora Sm. Engl. Fl. 4. p. 150. α. Koch Syn. p. 639. — Q. Robur Willd. Sp. 4. p. 450. Turio *Pl. clavar. p.* 28?

Ic. Engl. bot. tab. 1845.

In sylvis. ♄

Folia glabra, pedunculi breves petiolum aequantes vel longitudine minores.

**1671.** Quercus apennina Lamck. — Lois. Fl. gall. ed. 2. 2. p. 326.

Ic. Lois. Nouv. Duham. tab. 53.

In sylvis montium Liguriae occiduae supra *Dolcedo* M. D. Berti. ♄

Similis sequenti, differt foliis sinuato-pinnatifidis, lobis eorundem angulatis, obtusis, retusisve.

**1672.** Quercus pubescens Willd. Sp. 4. p. 450. Koch Syn. p. 639.

In sylvis collium montiumque vulgatissima. ♄

Huc probabiliter, ex parte, Q. Robur Turio *Pl. clavar. p.* 28.

**1673.** Quercus Cerris L. Sp. p. 1415. Willd. Sp. 4. p. 454. Koch Syn. p. 640. Turio *Pl. clavar. p.* 28. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 190. — Q. Ægylops All. *Fl. ped.* 2. *p.* 90.

Ic. Cerris Clus. Hist. p. 20.

In sylvis montanis Apennini frequens. ♄

Q. austriaca monente cl. Koch vix varietas Q. Cerris, cum in eadem arbore ex ipso Kochio folia occurrant pinnatifida et sinuata.

DXXII. CORYLUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 1844.

**1674.** Corylus Avellana L. Sp. p. 1417. Willd. Sp. 4. p. 470. α. β. γ. Turio *Pl. clavar. p.* 28.

Ic. C. sylvestris Lob. Icon. 2. p. 192.

In dumetosis et sylvis collinis montanisque vulgaris. 5

Variat involucro nuce breviore vel nucem superante, nuce ovata brevi, vel oblongo-obovata.

### DXXIII. CARPINUS Mich. — Endl. Gen. n.° 1843.

**1675.** Carpinus Betulus L. Sp. p. 1417. Willd. Sp. 4. p. 468. — C. Betulus odontoloba Spach. in Ann. Scienc. naturell. 16. p. 254.

Ic. Betulus Lob. Icon. 2. p. 190.

In sylvis apenninorum centralium Traverso. 5

### DXXIV. OSTRYA Mich. — Endl. Gen. n.° 1842.

**1676.** Ostrya vulgaris Willd. Sp. 4. p. 469. — Carpinus Ostrya L. Sp. p. 1417. Turio *Pl. clavar. p.* 28. Balb. *Misc. bot. p.* 45.

Ic. Ostrya italica etc. Mich. Nov. pl. gen. tab. 104. fig. 1. 2.

In sylvis dumetosisque Liguriae australis, speciatim circa Genuam vulgaris. 5

---

## XCIII. SALICINEAE Rich.

### DXXV. SALIX Tourn. — Endl. Gen. n.° 1993.

**1677.** Salix alba Koch Syn. p. 643.

α. foliis utrinque sericeis Koch l. c. — S. alba L. Sp. p. 1449.

Ic. S. Dioscoridis Lob. Icon. 2. p. 236.

γ. vitellina, ramulis vitellinis vel laete miniatis Koch l. c. — S. vitellina L. Sp. p. 1442.

Ic. Engl. bot. tab. 1389.

Ad rivulos et torrentes, sed saepius culta. 5

**1678.** Salix triandra L. Sp. p. 1443. — S. amygdalina β. concolor Koch Syn. p. 644.

Ic. Engl. bot. tab. 1435.

Ad rivulos, in pratis, secus Varum frequens. 5

Floribus masculis triandris, capsulis glabris, foliisque bene evolutis elliptico-oblongis, ellipticove lanceolatis a congeneribus facile distinguitur.

Varietatem discolorem Koch l. c. (S. amygdalina L.) in Liguria mihi non obtigit.

**1679.** Salix purpurea Koch Syn. p. 646. α. γ. — S. purpurea Sm. Engl. Fl. 4. p. 187. — S. Helix Sm. l. c. p. 188.

Ic. S. monandra Arduin. Memor. tab. 11.

Secus rivulos, torrentesque tum in montanis cum in maritimis frequens. ♄

Variat foliis plus minusve elongatis, saepe in iisdem caespitibus. Folia saepissime gallis rubris onusta.

**1680.** Salix incana Schrank. — Koch Syn. p. 649. — S. riparia Willd. Sp. 4. p. 698.

Ic. S. humilis repens angustifolia Lob. Icon. 2. p. 137. habit. pl. sat. bene, sed amenta nimis brevia, nimis longe pedunculata et rariflora.

Secus torrentium alveum frequens, sed in montanis praecipue vulgatissima et copiose fructifera. ♄

**1681.** Salix cinerea L. Sp. p. 1449. Koch Syn. p. 650. Sm. Engl. Fl. 4. p. 215.

Ic. Engl. bot. tab. 1897.

In agro lunensi legit Hortulanus H. bot. genuensis. ♄

**1682.** Salix nigricans Fries — Koch Syn. p. 650. — S. Phylicifolia Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 198.

In montanis Apennini secus rivulos et in sylvaticis vulgatissima. ♄

Polymorpha.

**1683.** Salix capraea L. Sp. p. 1448. Koch Syn. p. 652. — S. sphacelata Willd. Sp. 4. p. 702.

Ic. S. latifolia inferne hirsuta Chabr. Sciagr. p. 65.

In sylvaticis collinis, montanisque. ♄

**1684.** Salix aurita L. Sp. p. 2446. Koch Syn. p. 652. — S. rugosa Sering. Ess. Sal. p. 18. n.° 6. A.

Ic. S. ulmifolia Vill. Fl. Dauph. tab. 51. fig. 20.

In alpibus *di Garezzo* Lig. occid. M. D. Berti. ♄

**1685.** Salix hastata L. Sp. p. 1443. Koch Syn. p. 654. — S. serrulata Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 199.

In monte Calvo et in alpibus maritimis albingaunensibus Prof. Gherardi ex herb. Viv. in quo sub nomine S. albae! ♄

Planta haec characteribus potioribus congruit cum descriptione Kochii l. c. et omni numero cum descriptione Salicis cerasifoliae apud Sprengel Pugill. 2. p. 88. n.° 168, quae species haud cunctanter a cl. Reichb. S. hastatae subscribitur. Cf. Fl. excurs. n.° 1022. et add.

**1686.** Salix reticulata L. Sp. p. 1446. Willd. Sp. 4. p. 685.

Ic. S. pumila folio rotundo Chabr. Sciagr. p. 66.

In pascuis summarum alpium maritimarum frequens Traverso. ♄

**1687.** Salix serpyllifolia Scopol. Fl. carn. ed. 2. 2. p. 255. Willd. Sp. 4. p. 684. — S. retusa γ. Koch Syn. p. 660.

In pascuis summarum alpium maritimarum Traverso. ♄

## DXXVI. POPULUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 1904.

**1688.** Populus alba L. Sp. p. 1463. Willd. Sp. 4. p. 802. Spach. Revis. Popul. in Ann. scienc. naturell. 16. p. 29.

Ic. P. alba latifolia Lob. Icon. 2. p. 193.

In sylvaticis collium et montium, et in planitiebus secus litora, locis praesertim humidis. ♄

**1689.** Populus tremula L. Sp. p. 1464. Willd. Sp. 4. p. 803. Spach. Revis. Popul. l. c. p. 29.

Ic. P. lybica Lob. Icon. 2. p. 194.

In sylvaticis montanis et in planitiebus cum praecedente. ♄

**1690.** Populus nigra Spach. Revis. Popul. l. c. p. 31. Willd. Sp. 4. p. 804.

Ic. Lob. Icon. 2. p. 194.

β. pyramidalis Spach. l. c. — P. italica Moench. — P. fastigiata Pers. 2. p. 123. Willd. Sp. 4. p. 804.

Ic. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. tab. 17.

In sylvaticis secus amnes, torrentes, fossas Albingaumi, Clavari, ad Spediam, ad Varum et in montanis. ♄

Saepe culta una cum varietate quae speciatim ad ambulacra exornanda inservit.

## XCIV. BETULINEAE Rich.

### DXXVII. BETULA Tourn. — Endl. Gen. n.° 1840.

**1691**. Betula alba L. Sp. p. 1393. Willd. Sp. 4. p. 462.
Ic. Betula Chabr. Sciagr. p. 60.
* apennina, foliis deltoideo-ovatis duplicato-serratis vix acuminatis, petiolisque glabris, dorso punctato-resinosis, squamis amenti foeminei ciliatis 3-lobis, lobis lateralibus oblique ovatis, medioque oblongo, obtusis, ala seminis semine ipso duplo latiore, ramulis fructiferis pubescentibus.
In sylvis montanis Apennini: varietas in montibus ditionis novensis Rosellini. ♄

### DXXVIII. ALNUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 1841.

**1692**. Alnus glutinosa Gaertn. — Willd. Sp. 4. p. 334. α. — Betula Alnus L. Sp. p. 1394. Turio *Pl. clavar. p.* 28.
Ic. Alnus Lob. Icon. 2. p. 191.
Vulgaris in sylvaticis, praesertim ad rivulos et secus torrentes. ♄

**1693**. Alnus incana Willd. Sp. 4. p. 335. α. Spach. Revis. Betul. in Ann. scienc. naturell. 15. p. 206. α. — Betula Alnus β. L. Sp. p. 1394.
In convallibus Apennini et alpium maritimarum vulgatissima. ♄

**1694**. Alnus viridis DC. — Duby Bot. gall. p. 422. — Betula ovata Schrank. — Willd. Sp. 4. p. 465.
Secus torrentes et in convallibus alpium maritimarum magna manu, Berti, Traverso. ♄

---

## XCV. CONIFERAE Iuss.

### DXXIX. EPHEDRA L. — Endl. Gen. n.° 1804.

**1695**. Ephedra distachya L. Sp. p. 1472. Willd. Sp. 4. p. 858. Duby Bot. gall. p. 432. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 177.
Ic. Uva maritima monspeliensium Lob. Icon. p. 796.
In litoribus nicaeensibus ex herb. H. bot. taurinensis. ♄

DXXX. TAXUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 1799.

1696. Taxus baccata L. Sp. p. 1472. Willd. Sp. 4. p. 856.
Ic. Taxus Lob. Icon. 2. p. 232.
In sylvis collium supra *Sestri*. ♄
Vix pro indigena habenda, sed verosimiliter ex hortis circumstantibus migrata, vel forte etiam culta. — In alpibus maritimis forte reperienda.

DXXXI. IUNIPERUS L. — Endl. Gen. n.° 1789.

1697. Iuniperus communis L. Sp. p. 1470. Willd. Sp. 4. p. 853. Koch Syn. p. 665.
Ic. Engl. bot. 16. tab. 1100.
In sylvaticis montanis. ♄

1698. Iuniperus nana Willd. Sp. 4. p. 854. Koch Syn. p. 665. — I. communis γ. montana Spach. Revis. Iunip. in Ann. scienc. naturell. 16. p. 290.
Ic. I. alpina Selago etc. Chabr. Sciagr. p. 72.
In dumetosis editis alpium maritimarum et apennini Liguriae orientalis. ♄

1699. Iuniperus Oxycedrus L. Sp. p. 1470. Spach. Revis. Iunip. l. c. p. 291. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 182.
Ic. I. maior monspeliensium Lob. Icon. 2. p. 233.
* ericoides, ramis erectis subtortuosis, fastigiatisque, inferne denudatis, foliis verticillatis ternis linearibus mucronato-pungentibus, dorso convexis vel vix carinatis esulcatis, facie vix bisulcatis concoloribus pallide viridibus.
In dumetosis collium regionis oleiferae: varietas in collibus supra *Sestri Ponente*. ♄

1700. Iuniperus phoenicea Spach. Revis. Iunip. l. c. p. 302. — I. phoenicea L. Sp. p. 1471. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 182. — I. Lycia L. Sp. p. 1471? All. *Fl. ped. l. c.* Viv. *Ann. bot.* 2. *p.* 187.
Ic. Cedrus phoenicea media Lob. Icon. 2. p. 221.
In alpibus maritimis Tendae, et Liguriae occidentalis Prof. Gherardi, Berti. ♄

**1701.** Iuniperus Sabina L. Sp. p. 1472. Willd. Sp. 4. p. 852.
Ic. Sabina vulgatior Lob. Icon. 2. p. 219.
In montibus Liguriae albingaumensis agro pedemontano conterminis, Traverso. 5

DXXXII. CUPRESSUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 1791.

**1702.** Cupressus sempervirens L. Sp. p. 1422. α. β. Willd. Sp. 4. p. 511. α. β.
Ic. Cupressus Dod. Pempt. p. 856.
In collibus Liguriae australioribus sponte nascitur, sed ubique culta. 5

DXXXIII. PINUS L. — DC. et Duby Bot. gall. p. 433.

**1703.** Pinus uncinata Ramond. — Duby Bot. gall. p. 433.
Ic. P. Mugho Lois. Nouv. Duham. 5. tab. 68.
In editioribus alpibus maritimis et in apenninis Liguriae orientalis Traverso. 5
Strobili ovati, obtusi, sessiles, recti, iuniores rubro-fusci, eorumdem squamae reversae, apice foveolato-impressae, mucrone instructae.

**1704.** Pinus sylvestris Mill. — Willd. Sp. 4. p. 494. α. Duby Bot. gall. p. 433. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p* 195.
Ic. Duham. Arb. 2. tab. 50.
In Apennini et alpium maritimarum sylvaticis. 5

**1705.** Pinus halepensis Ait. — Willd. Sp. 4. p. 496. Bertol. *in Amoen. p.* 50. — P. sylvestris Turio *Pl. clavar. p.* 28? probabiliter.
Ic. P. maritima Theophrasti Lob. Icon. 2. p. 228.
In collibus aridis secus litora totius Liguriae vulgatissima. 5

**1706.** Pinus maritima Lamck. — Duby Bot. gall. p. 433. Turio *Pl. clavar. p.* 28. — P. Pinaster Bertol. *Observ. l. c. p.* 49.
Ic. Duham. Arb. 2. tab. 29. n.° 4.
In collibus Liguriae maritimae frequentissima. 5

**1707.** Pinus Pinea L. Sp. p. 1419. Willd. Sp. 4. p. 497. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 177. Turio *Pl. clavar. p.* 28.
Ic. Duham. Arb. 2. tab. 27. n.° 1.
In pinetis *di Portofino.* 5

**1708**. Pinus Cembra L. Sp. p. 1419. Willd. Sp. 4. p. 500.
Ic. Duham. Arb. 2. tab. 32.
In alpibus nicaeensibus, albingaunensibus. 5

DXXXIV. ABIES Tourn. — Duby Bot. gall. p. 434.

**1709**. Abies pectinata DC. — Duby Bot. gall. l. c. — Pinus Pinea L. Sp. p. 1420. — Willd. Sp. 4. p. 504.
Ic. Richard Conif. tab. 16. fig. 2. ex Duby.
In sylvaticis apenninorum centralium Liguriae orient. legit Traverso. 5

DXXXV. LARIX Tourn. — Duby Bot. gall. p. 434.

**1710**. Larix europaea DC. — Duby Bot. gall. p. 434. — Pinus Larix L. Sp. p. 1428.
Ic. Larix Lob. Icon. 2. p. 230.
In alpibus maritimis nicaeensibus et albingaunensibus M. D. Berti, Traverso. 5

"ne' soltanto monti di Bobbio si trovano i Larici; i Sig. Marchese Andrea Carrega, e Agostino Chiappori ne riportarono esemplari dagli Appenini tra Genova e Savona." De Notaris annot. in de Not. Prospetto della flor. lig. 1846. p. 14.

# REPERTORIUM
# FLORAE LIGUSTICAE

## PARS IV.

## CLASSIS II.
## MONOCOTYLEDONES

### XCVI. HYDROCHARIDEAE DC.

DXXXVI. HYDROCHARIS L. — Endl. Gen. n.° 1216.

**1711.** Hydrocharis Morsus ranae L. Sp. p. 1466. Willd. Sp. 4. p. 812. α.
Ic. Morsus ranae Lob. Icon. p. 596.
In paludibus agri lunensis Traverso. ♃

DXXXVII. VALLISNERIA Michel. — Endl. Gen. n.° 1209.

**1712.** Vallisneria spiralis L. Sp. p. 1441. Willd. Sp. 4. p. 650.
Ic. Vallisneria Mich. Nov. pl. gen. tab. 10. fig. sinistra ♀ et Vallisneroides Mich. ibid. fig. dexter. ♂
In conchis Horti peliensis, olim clarissimae Marchionis Cleliae Grimaldi-Durazzo, sed verosimiliter a perillustri matrona Botanices amantissima ibi culta. — In fossis Liguriae transapenninae Cesati.

### XCVII. ALISMACEAE Iuss.

DXXXVIII. ALISMA L. Gen. ed. Schreb. p. 242.

**1713.** Alisma Plantago L. Sp. p. 486. Willd. Sp. 2. p. 276. Bertol. *Fl. ital.* 4 *p.* 279. α. β. et *Pl. genuens. p.* 146. Turio *Pl. clavar. p.* 13.

Ic. Plantago aquatica foliis Betae aut Plantaginis Lob. Icon. p. 300.
In fossis et aquis stagnantibus passim. ♃
Planta polymorpha.

**1714.** Alisma ranunculoides L. Sp. p. 487. Willd. Sp. 2. p. 279. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 282.
Ic. Plantago aquatica humilis angustifolia etc. Lob. Icon. p. 300.
In paludosis et ad fossas secus litora Liguriae occidentalis, *Val d'Andora*, Nicaeae cl. Cesati, et in agro sarzanensi. ♃

DXXXIX. SAGITTARIA L. — Endl. Gen. n.° 1042.

**1715.** Sagittaria sagittifolia L. Sp. p. 1410. Willd. Sp. 4. p. 408.
Ic. Pistana Magonis etc. Lob. Icon. p. 301.
In fossis et paludibus agri sarzanensis Traverso. ♃

---

## XCVIII. BUTOMEAE Rich.

DXL. BUTOMUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 1044.

**1716.** Butomus umbellatus L. Sp. p. 532. Willd. Sp. 2. p. 491. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 402.
Ic. Iuncus cyperoides floridus etc. Lob. Icon. p. 86.
In paludibus agri sarzanensis Traverso. ♃

---

## XCIX. IUNCAGINEAE Rich.

DXLI. TRIGLOCHIN L. — Endl. Gen. n.° 1039.

**1717.** Triglochin palustre L. Sp. p. 482. Willd. Sp. 2. p. 264. excl. β. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 265.
Ic. Gramen marinum spicatum etc. Lob. Icon. p. 17.
In locis udis Apennini bobbiensis cl. Cesati. ♃

## C. POTAMEAE Iuss.

### DXLII. POTAMOGETON L. — Endl. Gen. n.° 1664.

**1718.** Potamogeton natans Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 223. Turio *Pl. clavar. p.* 9. — P. natans L. Sp. p. 182.

β. foliis natantibus oblongis basi elongato-angustatis Bertol. l. c.

In paludibus, piscinis, frequentissime, β. in paludibus agri albingaumensis. ♃

Quod ad foliorum formam attinet, reperiuntur specimina quae gradus intermedios α. inter et β. sistunt, sed characteres quibus a Kocmo aliisque distinguitur P. fluitans a P. fluitante Linnaei in sicco aestimare nequeo. Desunt mihi insuper specimina fructifera varietatis β. — Folia natantia, coriacea, supra nitida, sub lente minute punctato-pellucida fere ut in P. oblongo, sed cellulae huius iusto minores. Fructus in sicco pentagoni dorso 3-carinati.

**1719.** Potamogeton oblongus Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 162. et *Fl. ital. fragm. ed.* 2. *p.* 1. R. et S. Syst. 3. p. 505. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 225.

Ic. Viv. l. c. tab. 2.

In rivulis Apennini genuensis vulgaris. ♃

Folia lentis ope adversus lucem inspecta minutissime, ob cellulas parenchymatis exiguas, pellucido-punctata adparent. Variat caule, in aqua profundiore, longo fluitante; vel brevissimo radicante, in rivulis subexsiccatis.

**1720.** Potamogeton plantagineus Ducr. — R. et S. Syst. 3. p. 504. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 232.

Ic. Gaud. Fl. helv. 1. tab. 3.

In paludibus et in fossis secus litora Liguriae totius frequentissime. ♃

Pro loco, adspectu valde variat; in aquis purioribus nitidus, foliis tenuioribus; in profundioribus elongatus, in limosis brevior, folia quidem valde ludunt magnitudine et forma, sed prae ceteris distinguitur parenchymate foliorum laxo, grandicelluloso, ex quo sub lente, etiam mediocri, adversus lucem inspecto, cellularum oblongarum, rectangularumve forma facile in conspectum venit.

**1721.** Potamogeton lucens L. Sp. p. 183. Willd. Sp. 1. p. 714. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 229.

Ic. P. altera Dod. Pempt. p. 582.

In fossis agri sarzanensis Traverso. ♃

Folia structura tenuioris fere P. plantaginei, a quo praeter characteres e forma foliorum, spicarum, fructuumque, ab auctoribus satis superque indicatos, differt structura foliorum ipsorum penitiori, quorum parenchyma cellulis minutissimis, sub lente mediocri haud conspicuis, constat.

**1722.** Potamogeton crispus L. Sp. p. 182. Willd. Sp. 1. p. 714. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 233.

Ic. Pusillum fontis Lapathum Lob. Icon. p. 286. rudis.

In paludibus agri sarzanensis Traverso. ♃

**1723.** Potamogeton pusillus L. Sp. p. 184. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 236. — P. compressum Turio *Pl. clavar. p.* 9?

Ic. P. pusillum gramineo folio Vaill. Bot. paris. tab. 32. fig. 4. – Puccin. Syn. pl. lucens. p. 64.

In rivulis et fossis vulgatissimus. ♃

**1724.** Potamogeton pectinatus Sm. Engl. Fl. 1. p. 237. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 237. — P. pectinatum L. Sp. p. 183. — P. marinum L. Sp. p. 184.

Ic. P. ramosum foliis gramineis Vaill. Bot. paris. tab. 32.

In paludibus secus litora utriusque Liguriae vulgaris. ♃

**1725.** Potamogeton densus L. Sp. p. 182. Willd. Sp. 1. p. 714. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 228.

Ic. Tribulus aquaticus minor Clus. Hist. 2. p. 252. mala.

In fossis agri albingaunensis abunde Traverso, *Porto Maurizio* Berti. ♃

## DXLIII. ZANNICHELLIA Mich. — Endl. Gen. n.° 1662.

**1726.** Zannichellia palustris Willd. Sp. 1. p. 181. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 222.

α. maior, caule elongato fluitante.

β. minor, caule ad nodos repente.

Ic. Z. palustris, foliis gramineis, acutis, flore cum apice quadricapsulari, embryonis clypeolis integris, et vasculo non barbato, capsulis seminum ad costam dentatis. Mich. Nov. pl. gen. p. 71. tab. 34. fig. 1.

Frequens α. in rivulis profundioribus, β. in rivulis et stagnulis subexsiccatis. ♃

Antherae quadriloculares. Fructus variat dorso dentatus vel asper, in utraque varietate stylus fructum dimidium longitudine subaequat. — In revisione huiusce generis a cl. Steinheilio edita in Ann. scienc. natur. 9. (1838) p. 94. et seqq. icon Michelii tab. 34. fig. 2. (Z. palustris cum apice bicapsulari, embryonis clypeolis circumcrenatis etc.) quae Z. dentatam exhibet, ad hanc nostram certo pro errore citatur. Verum in planta apud nos frequentissima, ad quam absque ullo dubio, ut mihi videtur, spectant synonyma superius adducta, stylos carpellos longitudine subaequantes hucusque non vidi.

---

## CI. NAIADEAE Link.

### DXLIV. ZOSTERA L.

**1727.** Zostera . . . . . . . . . . . . . . . . . Z. oceanica All. *Fl. ped.* 2. *p.* 222. Ic. Lob. Icon. 2. p. 248.

In fundo maris arenoso ad litora ubique. ♃

Nec flores nec fructus ad hanc usque diem mihi videre licuit.

Ad litora reiecta pluries legi aliam plantam habitu Zosterae, quae a praecedente differt, rhizomate repente denudato, per intervalla nodoso-articulato, crassitiei calami scriptorii, ex unoquoque nodo, fasciculum unum alterumve foliorum emittente; quae fascicula constant foliis 2. 3. anguste linearibus, longitudinis palmaris obtusis, paralelle venosis, superne praesertim remote denticulatis, paullo infra apicem vaginae emarginatae folia interiora amplectentis, insertis. Huius quoque mihi fructificatio latet.

---

## CII. LEMNACEAE Link.

### DXLV. LEMNA L. — Endl. Gen. n.° 1668.

**1728.** Lemna trisulca L. Sp. p. 1376. Willd. Sp. 4. p. 193. Schleid. Mon. Lemn. in Ann. scienc. naturell. 13. p. 147. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 123.

Ic. Lenticularia ramosa, monorhiza etc. Mich. Nov. pl. gen. tab. 11. fig. 5.
In fossis agri sarzanensis Rosellini. ①

**1729.** Lemna minor L. Sp. p. 1376. Willd. Sp. 4. p. 194. Schleid. l. c. p. 147. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 125.
Ic. Lenticula palustris vulgaris Vaill. Bot. paris. tab. 20. fig. 3.
In stagnis, piscinis et rivulis lente fluentibus passim. ①

**1730.** Lemna gibba L. Sp. p. 1377. Willd. Sp. 4. p. 194. A. Rich. Mem. Nayad. in Arch. Bot. 1. p. 200. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 126. — Thelmatophace gibba α. Schleid. l. c. p. 148.
Ic. Rich. l. c. tab. vi.
In paludibus ad Spediam cum Nymphaea, Hydrocharide etc. ①

---

## CIII. TYPHACEAE Iuss.

### DXLVI. TYPHA Tourn. — Endl. Gen. n.° 1709.

**1731.** Typha latifolia L. Sp. p. 1377. Willd. Sp. 4. p. 197. Koch Syn. p. 681. Turio *Pl. clavar. p.* 27.
Ic. Typha Lob. Icon. p. 81. rudis.
In fossis agri clavarensis, albingaunensis, nicaeensis. ♃

**1732.** Typha angustifolia L. Sp. p. 1377. α. Sm. Engl. Fl. 4. p. 72. Koch Syn. p. 681. — T. elatior Bönningh.
Ic. Engl. bot. tab. 1456.
In fossis et stagnis secus litora Liguriae frequens a Nicaea ad Spediam. ♃

**1733.** Typha minima Funck. — Willd. Sp. 4. p. 198. Pollin. *Fl. veron.* 3. *p.* 101.
Ic. Poll. l. c. tab. 1.
In paludosis ad flumen Varum prope Nicaeam. ♃

### DXLVII. SPARGANIUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 1710.

**1734.** Sparganium ramosum Huds. — Willd. Sp. 4. p. 199. — S. erectum α. L. Sp. p. 1378. — S. natans Turio *Pl. clavar. p.* 27? ex loco.

Ic. S. et Butonus Theophrasti Lob. Icon. p. 8.

In fossis et aquis stagnantibus frequens: *Sarzanae, Sestri Levante, Chiavari, Rapallo, Albingaumi* etc., Nicaeae. ♃

---

## CIV. AROIDEAE Iuss.

### DXLVIII. ARUM L. gen. ed. Schreb. p. 613.

**1735.** Arum Arisarum L. Sp. p. 1404. Willd. Sp. 4. p. 484. Turio *Pl. clavar. p.* 27. Bertol. *Fl. alp. apuan. in Amoen. p.* 423. — Arisarum vulgare Targ.

Ic. Arisarum latifolium Dod. Purg. p. 38.

Ad muros, in saxosis, ruderatis, frequentissimum in tota olivetorum regione. ♃

**1736.** Arum maculatum L. Sp. p. 1370. Willd. Sp. 4. p. 483.

Ic. Arum Dod. Purg. p. 27.

In sylvis montanis Apennini genuensis. ♃

**1737.** Arum italicum Lamck. — Willd. Sp. 4. p. 484. — A. maculatum Turio *Pl. clavar. p.* 27.

Ic. Sabb. H. Rom. 2. tab. 75. ex Auct. cit.

Ubique ad viarum latera, in ruderatis, ad sepes, in sylvaticis regionis collinae. ♃

**1738.** Arum Dracunculus L. Sp. p. 1367. Willd. Sp. 4. p. 478.

Ic. Dracontium Dod. Purg. p. 31.

In collibus ad Spediam Rosellini. ♃

---

## CV. PALMAE Iuss.

### CXLIX. CHAMAEROPS L.

**1739.** Chamaerops humilis L. Sp. p. 1657. Willd. Sp. 4. p. 1154. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 363.

Ic. Palmites Lob. Icon. 2. p. 235.

In collibus prope Nicaeam a Montalbano cl. Cesati. ♄

Pluribus Liguriae maritimae locis colitur Phoenix dactylifera, prae caeteris in Liguria occidua ad oppidum *Bordighiera*.

---

## CVI. ORCHIDEAE Iuss.

### DL. ORCHIS Endl. Gen. n.° 507.

**1740.** Orchis fusca Iacqu. — Willd. Sp. 4. p. 23. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 148. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 150.

Ic. Iacqu. Fl. austr. tab. 176. — O. militaris maior Vaill. Bot. paris. tab. 31. fig. 27. 28. flores.

In pascuis collium genuensium raro, in collibus ueliensibus Berti, in Liguria novensi copiose Rosellini, Cambiaggi. ♃

**1741.** Orchis variegata All. *Fl. ped.* 2. *p.* 147. Willd. Sp. 4. p. 21. Bertol. *Pl. genuens. p.* 197.

Ic. O. radicibus subrotundis, spica brevissima, labello laeviter quadrifido, circumserrato, punctato Hall. Icon. Fl. helv. tab. 30.

In pascuis collinis vulgatissima. ♃

**1742.** Orchis ustulata L. Sp. p. 1333. Willd. Sp. 4. p. 20. Bertol. *Pl. genuens. p.* 197. Turio *Pl. clavar. p.* 27. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 148.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 775.

In pascuis valde frequens. ♃

**1743.** Orchis coriophora L. Sp. p. 1332. Willd. Sp. 4. p. 16. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 146.

β. calcare dimidium ovarium longitudine superante Pollin. Fl. veron. 3. p. 7. — O. Polliniana Spreng.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 773.

In collibus regionis olivetorum utriusque Liguriae frequens. ♃

Calcar in iisdem individuis variat longitudine, sepala exteriora subinde, tum in varietate, cum in specie, apice tenuissime bidentata.

**1744.** Orchis longibracteata Biv. — Duby Bot. gall. p. 445. Reichb. *Fl.*

*excurs. p.* 125. Viv. *Fl. lib. spec. p.* 60. — O. Robertiana Loisl. Fl. gall. ed. 1. p. 606. Pers. Syn. 2. p. 504.

Ic. Lois. Fl. gall. ed. I. et II. tab. 21.

In collibus nicaeensibus Ill. Carrega, in pratis albingaunensibus Prof. Sassi ex Viv. l. c. ♃

**1745.** Orchis Morio L. Sp. p. 1333. Willd. Sp. 4. p. 18. Bertol. *Pl. genuens. p.* 197. Turio *Pl. clavar. p.* 27.

Ic. O. Morio foemina Vaill. Bot. Paris. tab. 31. fig. 13. 14. flores.

In pascuis collinis vulgatissima. ♃

Variat raro floribus ex toto albis: insignior est forma elatior, apud nos passim obvia, in qua caulis pedalem altitudinem, crassitiem fere digiti minoris adaequat, bracteae inferiores flores conspicue superantes, calcar magnum apice inflatum.

**1746.** Orchis provincialis Balb. Misc. alt. p. 33. Pers. Syn. 2. p. 503. Bertol. *Pl. genuens. p.* 198. — O. Morio β. Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 185.

Ic. Balb. l. c. tab. 2. mala ob calcar nimium quam par est breve.

In pascuis collinis ubique. ♃

**1747.** Orchis brevicornu Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 184. et *Fl. ital. fragm. ed.* 2. *p.* 12. α. β.

Ic. Viv. l. c. tab. 12. fig. 2. mala.

* fallax, calcare fere duplo longiore tereti, obtuso, ob ovarium apice insigniter curvatum plerumque horizontali, sepalis exterioribus concoloribus, foliis fusco maculatis.

In pascuis collium genuensium frequens. ♃

In varietate α. calcar crassum obtuse conoideum vix ovarium dimidium longitudine adaequans, descendens, sepala lateralia patenti-retroflexa oblique ovata, medioque obtusa, fascia lata olivacea oblonga, purpureo-guttata, facie anteriori picta, labellum porrectum convexum, laeve, purpureo-punctatum, trilobum, lobis contiguis medio obovato-emarginato subbilobo, lateralibus oblique ovatis rotundatis, margine minute denticulatis. Sepala interiora, apice incurvo, alter altero superimpositum, fornicata. Ovarium contortum sigmoideum basi attenuatum gracile. Bracteae lineari-acuminatae purpurascentes, involuto-canaliculatae, ovarium longitudine subaequantes.

In varietate flores quidquam maiores, sepala concoloria, ovarium longius magisque curvato-sigmoideum, bracteae longiores, sed speciem constituere nequit, reperiuntur enim individua prioris quae calcaris longitudine paullulum maiori in hanc pertranseunt. — Ceterum ab **O. mascula** abunde diversa, sed habitu, florum structura, foliorum fusco-maculatorum et vaginarum forma ad **O. provincialem** accedit.

**1748. Orchis mascula** L. Sp. p. 1333. Willd. Sp. 4. p. 18. Turio *Pl. clavar. p.* 27? Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 148.

Ic. **O. Morio mas foliis maculatis** Vaill. Bot. paris. tab. 31. fig. 11. 12. flores.

In pascuis collinis montanisque frequens. ♃

**1749. Orchis laxiflora** Lamck. — Duby Bot. gall. p. 444. — **O. ensifolia** All. — Willd. Sp. 4. p. 25. Bertol. *Lucubr. p.* 11.

Ic. **O. Morio foemina procerior, maiori flore** Vaill. Bot. paris. tab. 31. fig. 33. 34. flores.

In pascuis humidis et interdum inundatis, in arundinetis, circa Genuam praesertim frequens. ♃.

**1750. Orchis sambucina** L. Sp. p. 1334. Bertol. *Pl. genuens. p.* 199. — **O. incarnata** L. Sp. p. 1335.

Ic. Iacqu. Fl. austr. tab. 108.

In pascuis collium editiorum et Apennini frequens. ♃

Variat floribus ochroleucis et laete purpureis.

**1751. Orchis maculata** L. Sp. p. 1335. Willd. Sp. 4. p. 31. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 152.

Ic. **O. palmata montana, maculata** Vaill. Bot. paris. tab. 31. fig. 9. 10. flores.

In pascuis collinis montanisque vulgo. ♃

**1752. Orchis latifolia** L. Sp. p. 1334. Willd. Sp. 4. p. 28.

Ic. **O. palmata pratensis latifolia** Vaill. Bot. paris. tab. 31. fig. 1. 2. 3. 4. 5. flores.

In pascuis Apennini genuensis et bobbiensis editis. ♃

Variat floribus ochroleucis et purpureis ut **O. sambucina**, a qua calcare ovarii dimidii longitudine, floribus minoribus differt. — Bracteae inferiores in exemplaribus luxuriantibus flores superant, alibi flores vix

aequant. Medium fere tenet planta nostra inter O. latifoliam et O. divaricatam cl. A. RICHARD, quae ex cl. KOCHIO varietas latifoliae.

**1753.** Orchis papilionacea L. Sp. p. 1331. WILLD. Sp. 4. p. 24. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 196. — O. rubra IACQ. — WILLD. Sp. 4. p. 25.

Ic. IACQU. Icon. rar. tab. 183.

In pascuis collium genuensium frequens, *Sestri Ponente*, *Varazzo* etc. ♃ Variat raro floribus totis albis.

DLI. ANACAMPTIS RICH. — ENDL. Gen. n.° 1508.

**1754.** Anacamptis pyramidalis RICH. — Orchis pyramidalis L. Sp. p. 1332. WILLD. Sp. 4. p. 14.

Ic. REICHB. Pl. crit. tab. 766.

In pascuis collinis vulgaris. ♃

DLII. GYMNADENIA R. BR. — ENDL. Gen. n.° 1509.

**1755.** Gymnadenia Conopsea R. BROWN. — Orchis Conopsea L. Sp. p. 1335. WILLD. Sp. 4. p. 32. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 199. BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 2. *p.* 153.

Ic. O. palmata minor etc. VAILL. Bot. paris. tab. 30. fig. 8. flos.

In pascuis et sylvis collinis montanisque communis. ♃

DLIII. NIGRITELLA RICH. — ENDL. Gen. n.° 1511.

**1756.** Nigritella angustifolia RICH. — Orchis nigra ALL. — WILLD. Sp. 4. p. 35. BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 2. *p.* 154. — Satyrium nigrum L. Sp. p. 1338.

Ic. IACQU. Austr. tab. 368.

In pascuis Apennini editioribus et in alpibus maritimis cell. BALSAMO, CESATI, M. D. BERTI, TRAVERSO. ♃

**1757.** Nigritella globosa RICHARD. — REICHB. Fl. excurs. p. 121. — Orchis globosa L. Sp. p. 1332. WILLD. Sp. 4. p. 14. BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 2. *p.* 147.

Ic. REICHB. Pl. crit. tab. 767.

In pascuis montanis editis vulgatissima. ♃

## DLIV. PLATANTHERA Rich. — Endl. Gen. n.° 1515.

**1758.** Platanthera bifolia Rich. — Orchis bifolia L. Sp. p. 1331. Willd. Sp. 4. p. 10. Turio *Pl. clavar. p.* 27.

Ic. O. alba latifolia maior Vaill. Bot. paris. tab. 30. fig. 7.

In sylvaticis frequens. ♃

Valde variat pro loco, statura palmari, pedalive, foliis binis, ternis, quaternisve, et caule in vivo acute sulcato, crasso, robustiore, floribus densioribus, maioribus, sepalis lateralibus ovato-obtusissimis, labello longiore, crassiore. Calcar in omnibus varietatibus apice incrassatum subclavatum.

Pl. chlorantham hucusque in Liguria non vidi, varietas nostra maior, plura huiusce habet, sed labellum lineare, neutiquam ovato-lanceolatum, folia erectiuscula ut in forma communi, etsi ampliora.

## DLV. HIMANTOGLOSSUM Spr. — Koch Syn. p. 689.

**1759.** Himantoglossum hircinum Spreng. — Orchis hircina Crantz Stirp. austr. p. 484. Willd. Sp. 4. p. 28. All. *Fl. ped. 2. p.* 146. — Satyrium hircinum L. Sp. p. 1337.

Ic. Testiculus hircinus vulgaris Lob. Icon. p. 177. — O. barbata foetida Vaill. Bot. paris. tab. 30. fig. 6. fl., labelli segmento medio apice vix bilobo.

In sylvis collium Liguriae transapenninae Rosellini, Cambiaggi, in Apennino bobbiensi cl. Cesati. ♃

Lobelli segmentum medium profunde bifidum in omnibus speciminibus acceptis observavi.

## DLVI. ACERAS R. Br. — Koch Syn. p. 692.

**1760.** Aceras anthropophora R. Br. — Ophris anthropophora L. Sp. p. 1343. Willd. Sp. 4. p. 63. Bertol. *Pl. genuens. p.* 199. — Orchis anthropophora All. *Fl. ped. 2. p.* 148.

Ic. O. flore nudi hominis effigiem repraesentans. Vaill. Bot paris. tab. 31. fig. 19. 20. flores.

In apricis collium vulgatissima. ♃

DLVII. PERISTYLUS Blum. — Endl. Gen. n.° 1517.

**1761.** Peristylus viridis Lindl. ex Steud. Nomencl. ed. 2. p. 306. — Orchis viridis All. — Willd. Sp. 4. p. 33. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 153. — Habenaria viridis R. Br. — Gymnadenia viridis Rich. — Satyrium viride L. Sp. p. 1337.
Ic. Himanthoglossum viride Reichb. Pl. crit. tab. 813.
In sylvis montanis hinc inde, rarius. ♃

**1762.** Peristylus albidus Lindl. ex Steud. l. c. p. 305. — Orchis albida All. — Willd. Sp. 4. p. 38. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 154. — Gymnadenia albida Rich. — Habenaria albida R. Brown. — Satyrium albidum L. Sp. p. 1338.
Ic. Pseudo Orchis alpina flore herbaceo Mich. Nov. pl. gen. tab. 26.
In pascuis montanis Apennini bobbiensis Balsamo, Cesati. ♃

**1763.** Peristylus? secundiflorus — Orchis secundiflora Bertol. *Pl. rar. dec. III. in Amoen. p.* 82. — Himanthoglossum secundiflorum Reichb. Fl. excurs. p. 120. — Aceras secundiflora Lindl. ex Steud. l. c.
Ic. Ophrys densiflora Desf. Ann. Mus. X. tab. 16. ex cl. Bertol.
In pascuis collium genuensium hinc inde, nec frequens. ♃
Ad Peristylos, potiusquam ad Accrata et Himanthoglossa ob flores minutissimos, et speciatim ob labelli formam et calcar scrotiforme hanc plantam refero; pro tempore nil addere possum de genitalibus, cum iconem et descriptionem quam in viva planta anno praeterlapso exaravi, nescio quo casu amiserim.

DLVIII. HERMINIUM R. Br. — Endl. Gen. n.° 1524.

**1764.** Herminium Monorchis R. Br. — Koch Syn. p. 693. — Ophrys Monorchis L. Sp. p. 1342. Willd. Sp. 4. p. 61.
Ic. Monorchis montana minima etc. Mich. Nov. pl. gen. tab. 26. fig. 3.
In pascuis editis alpium maritimarum Traverso. ♃

DLIX. SERAPIAS L. — Endl. Gen. n.° 1538.

**1765.** Serapias neglecta. — Bracteis flore brevioribus, labello e basi attenuata, bicallosa, porrecto, trilobo, lobis lateralibus fere ex toto exsertis, ovato-rotundato-subangulatis vel erosis, medioque ovato, ovato-

lanceolato, attenuatove, obtusiusculo, vel plus minusve acuminato, disco villoso, pendulo, fortiter venosis, concoloribusque, foliis inferioribus recurvatis.

In pascuis collium genuensium passim. ♃

Planta palmaris, spithameave, radicis tubera rotundata, caulis basi vagina una alterave aphylla ochreatus, folia inferiora eximie recurvata, caulina superna erecta laxe vaginantia, intermedia patentia. Spica 3-4-6-flora. Bracteae lanceolato-acuminatae flore breviores. Sepala apice libera, interiora externis adglutinata columnam aequantia. Labellum grande pollicare a basi ad finem usque loborum lateralium surrectorum horizontale, lobo medio abrupte refracto, pendulo sed cauli non adpresso, disco longiuscule villoso, e carneo-roseum, venis flexuosis, distantibus, latiusculis, parce ramosis, anastomosantibusque percursum.

A reliquis speciebus generis mihi notis certe differt: a cordigera labelli forma, colore, venositate, a longipetala bracteis constanter flore brevioribus, labello basi attenuato, quo fit ut lobi eiusdem laterales sepala exteriora excedant, labello grandiore caeterisque.

**1766.** Serapias cordigera L. Sp. p. 1345. Parlat. Pl. nov. p. 22. Bertol. *Pl. genuens. p.* 203. excl. syn. Turio *Pl. clavar. p.* 27?

Ic. Helleborine cordigera Seb. et Maur. Fl. Rom. Prodr. tab. 10. fig. ad dexter. — S.t Am. Bouq. tab. 9. fig. 2.

In pascuis collinis et montanis genuensibus. ♃

Labelli segmento medio amplo cordato atro-purpureo.

**1767.** Serapias longipetala Pollin. Fl. veron. 3. p. 30. Parlat. Pl. nov. p. 21. — S. Lingua Bertol. *Pl. genuens. p.* 202. — S. Oxyglottis Reichb. Fl. excurs. p. 130.

Ic. Helleborine longipetala Seb. et Maur. Fl. rom. Prodr. tab. 10. fig. sinistr. bona. — S. lancifera S.t Am. Bouq. tab. 9. mala.

In pascuis collium genuensium. ♃

**1768.** Serapias Lingua L. Sp. p. 1344. Parlat. Pl. nov. p. 19. Bertol. *Pl. genuens. ed. I. p.* 125. Turio *Pl. clavar. p.* 27. — Orchis Lingua All. *Fl. ped.* 2. *p.* 148. — S. Oxyglottis Bertol. *Pl. genuens. ed. II. p.* 202.

Ic. S.t Am. Bouq. tab. 8. fig. 2. mala.

In graminosis regionis collinae vulgatissima. ♃

Variat segmento medio labelli ovato, late ovato, acuto, vel subinde obtusiusculo, roseo vel fusco-purpureo. A praecedentibus differt floribus multo minoribus, labello basi unicalloso, tuberum altero pendulo, habitu graciliori.

DLX. ISIAS DNTRS. in Mem. Accad. R. Sc. Torino (1844) Ser. 2. tom. 6. p. 413.

**1769.** Isias triloba DNTRS. l. c. p. 414. — Serapias triloba VIV. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 186. et *fragm. ed.* 2. *p.* 11.

Ic. VIV. l. c. tab. 12. fig. 1. mediocris. DNTRS. in Mem. Accad. R. Sc. Torin. vol. cit.

In herbidis collium genuensium hinc inde rara. ♃

DLXI. OPHRYS L. — ENDL. Gen. n.° 1542.

**1770.** Ophrys Bertolonii MORETT. *Dec. VI. in Giorn. Fis. Ch.* et *St. nat.* 6. 1823. *p.* 145. REICHB. Fl. excurs. p. 128. (excl. O. ciliata cf. eiusd. App. 866.) — O. Speculum BERTOL. *Pl. genuens. p.* 201. non LINK.

Ic. REICHB. Pl. crit. fig. 1157. 1158.

In pascuis collium ubique. ♃

Planta omnibus nota ob florum pulchritudinem.

**1771.** Ophrys Arachnites WILLD. Sp. 4. p. 67. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 275. — Orchis Arachnites ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 147.

Ic. O. Araneam referens VAILL. Bot. paris. tab. 30. fig. 10. 11. 12. 13. flores.

In collibus et locis montanis supra Genuam parcius. ♃

Labellum amplum subpentagonum carnosum, apice appendice dentata inflexa pallide viridescente praeditum, basi utrinque ad latera gibbosum, disco superne maculis tribus parallelis glabris, fasciolis pallidioribus obvallatis in unicam transversalem confluentibus, areolamque circularem infra maculam medianam circumambientibus, caeterum fusco-violaceum velutinum. — Sepala interiora exterioribus multo minora, obtusa, carnosula.

**1772.** Ophrys apifera HUDS. — WILLD. Sp. 3. p. 66. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 200.

Ic. O. Araneam referens, rostro recurvo SEGUIER Veron. Suppl. tab. 8. fig. 2.

In pascuis sylvisque collium agri genuensis vulgaris. ♃

Labellum tripartitum, lobis lateralibus triangulari-falcatis hirsutis, medio obovato trifido, protuberante, columnae inclinatae adproximato, margine laciniisque lateralibus reflexis integris, rotundatis, vel dentatis, media producta in laciniam oblongam sursum flexa; sepalis interioribus oblongis obtusis, margine reflexo canaliculatis, labello triplo brevioribus, sepalis exterioribus grandibus oblongo-lanceolatis undulatis labello longioribus.

**1773.** Ophrys aranifera Willd. Sp. 4. p. 66. Bertol. *Pl. genuens. p.* 201. Turio *Pl. clavar. p.* 27?

Ic. Ophrys fucum referens Vaill. Bot. paris. tab. 31. fig. 15. 16.

In pascuis collium genuensium vulgatissima. ♃

**1774.** Ophrys funerea Viv. Fl. cors. spec. nov. p. 15.

Genuae in pascuis extra portam *S. Bartolomeo*, ubi primum observata est a cl. Viviani, raro. ♃

**1775.** Ophrys fusca Willd. Sp. 4. p. 69.

Ic. S.t Am. Bouq. tab. 8. rudis.

In collibus Liguriae occiduae, *Porto Maurizio*, *Capo di Noli*, M. D. Berti. ♃

Palmaris, spithamea, 2-3-pauciflora vel sub10-flora, floribus remotis, bracteae plus minusve amplae oblongae, vel lineari-oblongae membranaceae, lutescentes vel fuscescentes, obtusiusculae, omnes plerumque flore breviores; labellum obovato-cuneatum trilobum, lobo medio productiore breve bilobulato, lobulis rotundatis, disco macula in sicco fusca, ambitu sericeum fusco-violasceus: sepala membranacea, lateralia oblique ovata, obtusa, medium subovatum fornicatum, omnia trivenosa, vel, venis secundariis primariis interiectis, 5-venosa, pallescentia vel fuscentia, sepala interiora lineari-oblonga obtusa, exterioribus tertia parte circiter minoribus; folia 3. 4. 5. approximata ad caulis basim, patentia, vagina aphylla cincta.

**1776.** Ophrys ciliata Bivon. — Ten. Syll. Fl. neap. p. 460.

Ic. Fl. napol. 2. tab. 95.

In collibus supra *Marassi* ex herb. Viviani. ♃

Labellum profunde trilobum, lobis margine barbatis, lobo medio laterales oblongos duplo superante, obovato, barba eiusdem supra marginem glabrum orta.

**1777.** Ophrys lutea Cav. — Willd. Sp. 4. p. 70. Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 185. Duby Bot. gall. p. 447.

Ic. O. Myoides lutea lusitanica Moris Hist. 3. sect. 2. tab. 13. fig. 15.

In pascuis circa *Porto Maurizio* Berti, in collibus genuensibus *di Marazzi* Viv. ex specimine in herb. cl. Prof. Balsamo. ♃

DLXII. SPIRANTHES Rich. — Endl. Gen. n.° 1547.

**1778.** Spiranthes aestivalis Rich. — Koch Syn. p. 696. — Neottia aestivalis DC. — Duby Bot. gall. p. 448.

Ic. Orchiastrum Mich. Nov. pl. gen. tab. 26. fig. 2.

Ad rivulorum margines, et in pascuis humentibus collium circa Genuam; in pratis ad Varum prope Nicaeam. ♃

**1779.** Spiranthes autumnalis Rich. — Koch Syn. p. 696. — Neottia spiralis Swartz — Willd. Sp. 4. p. 73. — Bertol. *Pl. genuens. p.* 203. — Ophrys spiralis Turio *Pl. clavar. p.* 27?

Ic. Testiculus odoratus sive Orchis spiralis minor Lob. Icon. p. 186. rudis.

In pascuis humidis supra *Pegli*, circa *Porto Maurizio*, ad Spediam M. D. Berti, Rosellini. ♃

Floret autumno, dum praecedens species iam florens invenitur iunio ineunte.

DLXIII. NEOTTIA L. — Endl. Gen. n.° 1551.

**1780.** Neottia Nidus avis Rich. — Koch Syn. p. 695. — Epipactis Nidus avis All. *Fl. ped.* 2. *p.* 151. — Willd. Sp. 4. p. 87. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 158. — Ophrys Nidus avis L. Sp. p. 1339.

Ic. Nidus avis etc. Lob. Icon. p. 195. rudis.

In sylvis montanis opacis Apennini ad arborum radices. ♃

DLXIV. LISTERA R. Br. — Endl. Gen. n.° 1552.

**1781.** Listera ovata R. Br. — Koch Syn. p. 695. — Epipactis ovata All. — Willd. Sp. 4. p. 87. — O. ovata L. Sp. p. 1340.

Ic. Bifolium Lob. Icon. p. 302.

In sylvis collium genuensium vulgaris. ♃

### DLXV. EPIPACTIS Hall. — Endl. Gen. n.° 1553.

**1782.** Epipactis latifolia All. — Willd. Sp. 4. p. 83. — Serapias latifolia L. — Turio *Pl. clavar. p.* 27.

Ic. Engl. bot. tab. 269.

In sylvis montanis Apennini vulgaris, parcius in collibus genuensibus. ♃

**1783.** Epipactis microphylla Swartz — Willd. Sp. 4. p. 34. Koch Syn. p. 695. — Serapias microphylla Ehrh.

Ic. Waldst. et Kit. Pl. Hung. tab. 270.

In sylva Horti *lo Scoglietto* dicti, Genuae, in monte *Antola* M. D. Berti. ♃

**1784.** Epipactis palustris Crantz Stirp. austr. p. 262. Willd. Sp. 4. p. 84. — Serapias palustris Scopol. Fl. carn. ed. 2. 2. p. 204.

Ic. Helleborine Lob. Icon. p. 312. bona, eadem ac Clusii (Hist. 1. p. 273) et Dodonaei (Pempt. p. 374), quae immerito ad E. latifoliam, monente celeberr. Smithio, a nonnullis refertur, at miror celeberr. virum Iconem Clusii ad E. palustrem, Dodonaei vero et Lobelii ad latifoliam eodem tempore adduxisse.

In pascuis spongiosis, in arundinetis, secus rivulos valde frequens. ♃

### DLXVI. CEPHALANTHERA Rich. — Endl. Gen. n.° 1608.

**1785.** Cephalanthera ensifolia Rich. — Koch Syn. p. 694. — Epipactis ensifolia Swartz — Willd. Sp. 4. p. 85.

Ic. Engl. bot. tab. 494

In pascuis et sylvis collinis vulgo. ♃

**1786.** Cephalanthera rubra Rich. — Koch Syn. p. 694. — Epipactis rubra All. *Fl. ped.* 2. *p.* 153. Willd. Sp. 4. p. 86.

Ic. Helleborine recentiorum VI. Clus. Hist. 1. p. 273.

In Apennini et alpium maritimarum sylvaticis frequens. ♃

**1787.** Cephalanthera pallens Rich. — Koch Syn. p. 694. — Epipactis pallens Swartz — Willd. Sp. 4. p. 85.

Ic. Serapias grandiflora Engl. bot. tab. 271.

In sylvis montanis *di Rezzo* Lig. occid. M. D. Berti. ♃

### DLXVII. LIMODORUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 1607.

**1788.** Limodorum abortivum Swartz — Willd. Sp. 4. p. 129. — Orchis abortiva L. Sp. p. 1336. — Epipactis abortiva All. *Fl. ped.* 2. *p.* 151.
Ic. Jacqu. Fl. austr. tab. 193.
In sylvis collium frequens. ♃

### DLXVIII. CORALLORHIZA Hall. — Endl. Gen. n.° 1339.

**1789.** Corallorhiza innata R. Br. — Koch Syn. p. 696. — Ophrys Corallorhiza L. Sp. p. 1339. — Cymbidium Corallorhiza Swartz — Willd. Sp. 4. p. 109.
Ic. Dentaria Coralloide radice sive ἀφολλος Clus. Hist. 2. p. 120.
In sylvis fagineis Apennini bobbiensis cl. Cesati. ♃

---

## CVII. IRIDEAE Iuss.

### DLXIX. CROCUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 1248.

**1790.** Crocus vernus Willd. Sp. 1. p. 195. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 205. — C. sativus β. L. Sp. p. 50.
Ic. C. vernus Ten. Mem. Croch. tab. 1.
β. flore minore albo Bertol. l. c. — C. vernus All. — C. albiflorus Hoppe.
In apricis collium genuensium, β. in montibus nicaeensibus et albingaunensibus. ♃

**1791.** Crocus versicolor Ker. — R. et S. Syst. 1. p. 367. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 212.
Ic. Bot. magaz. tab. 1110. ex Auct. cit.
In collibus nicaeensibus Rev. Montolivo. ♃

**1792.** Crocus biflorus Mill. — R. et S. Syst. 1. p. 367. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 213. — C. lineatus Ian.
Ic. C. pusillus Tenor. Mem. Croch. tab. 2.
In collibus prope Genuam, speciatim in illis *d'Albaro* Rosellini. ♃

1793. Crocus medius BALB. *Add. n.°* 1. et *Misc. bot. p.* 6. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 218.

Ic. RAMOND Bull. Scienc. natur. tab. 8. fig. 1. 2. 3. 4. ex BALB. l. c.

In sylvaticis supra *Dolcedo* Lig. occid. M. D. BERTI. ♃

DLXX. ROMULEA MARATT. — BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 219.

1794. Romulea Bulbocodium SEB. et MAUR. Fl. rom. prodr. p. 17. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 220. — Ixia Bulbocodium L. Sp. p. 51.

Ic. Crocus vernus angustifolius I. et II. CLUS. Hist. 1. p. 207.

In pascuis extra portam Angelorum Genuae copiosissima. ♃

In eodem loco adsunt individua 1. 2. 3. 4. 5. 6-flora! scapo, pedunculisve plus minusve productis. Corolla vix magnitudine variat, sed colore ludit intus tota violacea, vel violacea cum fundo flavescente; bractea superior margine membranacea acuta vel apice truncato-retusa. Pistillum in omnibus varietatibus, etiam in minoribus speciem insequentem primo adspectu mentientibus, semper staminibus longius.

1795. Romulea Columnae SEB. et MAUR. l. c. p. 18. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 224.

Ic. Sisyrinchium Theophrasti COLUMN. Ecphr. 1. p. 327.

In collibus supra *Pegli* Lig. occid. CHIAPPORI, in agro nicaeensi Rev. MONTOLIVO. ♃

DLXXI. GLADIOLUS TOURN. — ENDL. Gen. n.° 1239.

1796. Gladiolus Boucheanus SCHLECHT. — KOCH Syn. p. 699. — G. triphyllos BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 227. quod ad plantam genuensem.

In pascuis collium genuensium vulgo. ♃

Planta ligustica omnibus partibus similis illis quae sub nomine anteposito accepi ab Auctore Florae silesiacae, cl. WIMMER, a cl. REGEL Fl. bonnensis Auctore, et ex agro vindobonensi ab egregio DE RAINER, et facile dignoscitur a sequente gracilitate, tunicis bulbi e fibris reticulatis compositis, caule 2-3-foliato, 2-3-floro, floribus minoribus in sicco coerulescentibus, et denique filamentis anthera duplo longioribus.

1797. Gladiolus communis L. Sp. p. 52. KOCH Syn. p. 699. — G. communis BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 227. ex parte?

Ic. REICHB. Pl. crit. fig. 817.

In montanis supra Genuam. ♃

Species fere media inter praecedentem et sequentem, sed ab utraque certe distincta, et praesertim filamentis anthera sesquilongioribus. — Flores ampli, siccando coerulescentes, approximati, segmentum perigonii superius a caeteris remotum, tubus valde curvatus, ovario sesquilongior, bracteae quam in sequente minores.

**1798.** Gladiolus Segetum Gawl. — Koch Syn. p. 699. Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 36. — G. Ludovicae Ian. Pl. sicc. — G. communis Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 227. ex parte. Turio *Pl. clavar. p.* 6. ex loco.

Ic. G. narbonensis Lob. Icon. p. 98. rudis.

In arvis ubique vulgatissimus. ♃

Robustior speciebus superius citatis, flores magis remoti, ampli, pulchre roseo-purpurei, antherae filamentis longiores, semina rotundata.

DLXXII. IRIS L. — Endl. Gen. n.° 1226.

**1799.** Iris florentina L. Sp. p. 55. Willd. Sp. 1. p. 226. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 231. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Plenk. Ic. Pl. med. tab. 35.

In collibus circa Genuam. ♃

**1800.** Iris germanica L. Sp. p. 55. Willd. Sp. 1. p. 229. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 232. Turio *Pl. clavar. p.* 6?

Ic. Plenk. l. c. tab. 34.

In collibus tum in pascuis, cum in saxosis sterilibus, et ad rupes, murosque in Liguria australi frequens. ♃

**1801.** Iris sambucina L. Sp. p. 55. Willd. Sp. 1. p. 228.

Ic. Iacqu. Fl. Vindob. tab. 2.

In collibus supra *Sestri Ponente* Chiappori. ♃

Habitus praecedentis a qua distinguitur segmentis perigonii interioribus apice emarginatis.

**1802.** Iris pumila L. Sp. p. 56. Willd. Sp. 1. p. 224. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 235.

Ic. Pusillae Iridis latifoliae varietas Lob. Icon. p. 64.

In collibus agri nicaeensis Rev. Montolivo. ♃

In exemplari quod ad manus est, folia caule breviora.

**1803.** Iris lutescens Lamck. — Willd. Sp. 1. p. 225.

In saxosis litoreis prope *Porto Maurizio* M. D. Berti. ♃

Iris Chamaeiris Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 609. de qua cf. Savi in Notiz. istor. Accad. valdarn. p. 51. tab. 1. videtur eadem ac nostra, et monente ipso cl. Savi ab I. lutescente haud differt.

**1804.** Iris Pseudocorus L. Sp. p. 56. Willd. Sp. 1. p. 232. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 236. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Acorus nostras palustris etc. Lob. Icon. p. 58.

In fossis, paludibus secus litora frequentissima, necnon in montanis. ♃

**1805.** Iris foetidissima L. Sp. p. 57. Willd. Sp. 1. p. 232. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 238.

Ic. Xyris etc. Lob. Icon. p. 70.

Genuae in ruderatis *al Lazzaretto*, in locis hortorum neglectis circa Clavarum, Sarzanae ad fossas, sepes etc. ♃

**1806.** Iris graminea L. Sp. p. 58. Willd. Sp. 1. p. 236. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 240.

Ic. I. sylvestris byzantina etc. Lob. Icon. p. 69.

In pascuis montanis, praesertim genuensibus copiose. ♃

Flores odore fructuum Pruni domesticae suavissimi, et simul pulcherrimi.

**1807.** Iris tuberosa L. Sp. p. 58. Willd. Sp. 1. p. 240. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 242. Viv. *Fl. lib. spec. p.* 3.

Ic. I. tuberosa Belgarum Lob. Icon. p. 98. rudis.

Genuae in fossis urbis et in pascuis extra portam Angelorum. ♃

**1808.** Iris Sisyrinchium L. Sp. p. 59. Willd. Sp. 1. p. 234. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 244. Viv. *Fl. lib. spec. p.* 3.

Ic. Parva Noschla etc. Lob. Icon. p. 97.

In pascuis extra Portam Angelorum copiosissime. ♃

**1809.** Iris iuncea Willd. Sp. 1. p. 235. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 244. Viv. *Fl. lib. spec. p.* 3.

Ic. Desf. Fl. atl. 1. tab. 4.

Cum praecedente copiosa. ♃

## CVIII. AMARYLLIDEAE R. Br.

### DLXXIII. STERNBERGIA W. et K. — Endl. Gen. n.° 1270.

**1810.** Sternbergia lutea R. et S. Syst. 7. p. 795. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 26. — Amaryllis lutea L. Sp. p. 420. Turio *Pl. clavar. p.* 12.

Ic. Colchicum luteum Lob. Icon. p. 147.

In pascuis et olivetis Liguriae occidentalis, ab agro savonensi ad nicaeensem Panizzi, Berti, Traverso; Genuae *allo Zerbino.* ♃

### DLXXIV. NARCISSUS L. — Endl. Gen. n.° 1289.

**1811.** Narcissus poëticus L. Sp. p. 414. Willd. Sp. 2. p. 34. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 11. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 155. 363.

Ic. N. poëticus etc. Lob. Icon. p. 112.

In pascuis montanis vulgaris. ♃

**1812.** Narcissus Tazzetta L. Sp. p. 416. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 14. α. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 154. Turio *Pl. clavar. p.* 12.

Ic. N. latifolius albus etc. Barrel. Icon. tab. 918. 919. 920.

In pascuis regionis collinae Liguriae australis vulgaris. ♃

**1813.** Narcissus niveus Lois. Not. p. 54. et 160. et Fl. gall. ed. 2. 1. p. 236. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 16.

Ic. N. tot. alb. min. stellat. Barrel. Icon. tab. 916.

In collibus circa *Sestri Ponente* D. Chiappori. ♃

Habitus praecedentis, a quo statim distinguitur, perigonio, coronaque concoloribus. — Spatha 5-10-flora, pedunculis valde inaequalibus, omnibus spatha minoribus: perigonii segmentis ovato-oblongis, ellipticisve mucronulatis, coronam cyathiformem albam, margine sinuoso-undulatam quadruplo superantibus.

**1814.** Narcissus intermedius Lois. Fl. gall. ed. 1. p. 191. et Not. p. 162.

Ic. Lois. l. c. tab. 7. rudis.

In collibus circa *Pegli* Lig. occid. D. Chiappori. ♃

Spatha 2-3-flora, pedunculis inaequalibus; perigonium laete luteum, segmentis subrotundo-obovatis, mucronatis subaequalibus, corona cyathiformi intensius lutea, margine (in sicco) undulato subcrenulata plus triplo longioribus. Folia multo angustiora et longiora quam in N. Tazzetta.

**1815.** Narcissus Pseudo-Narcissus L. Sp. p. 414. Willd. Sp. 2. p. 35. Lois. Not. p. 158. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 17. α.

Ic. N. sylvestris pallid. etc. Barrel. Icon. tab. 930.

In sylvaticis collium *di Granarolo* supra Genuam. ♃

**1816.** Narcissus incomparabilis Willd. Sp. 2. p. 35. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 19. α.

Ic. N. albicans cal. aureo etc. Barrel. Icon. tab. 927. 928. 931. 932.

In pascuis extra Portam Angelorum D. Chiappori. ♃

DLXXV. LEUCOIUM L. — Endl. Gen. n.° 1266.

**1817.** Leucoium aestivum L. Sp. p. 414. Willd. Sp. 2. p. 30. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 9.

Ic. Leuconarcissolirion pratense etc. Lob. Icon. p. 122.

In pratis agri sarzanensis Rosellini, in collibus genuensibus editioribus cl. Cesati. ♃

**1818.** Leucoium vernum L. Sp. p. 414. Willd. Sp. 2. p. 30. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 8. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 154.

Ic. Leuconarcissolirion paucioribus floribus Lob. Icon. p. 123.

In pascuis Apennini bobbiensis cl. Prof. Balsamo. ♃

**1819.** Leucoium hyemale R. et S. Syst. 7. p. 785. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 6. — L. autumnale Balb. *Misc. alt. p.* 14. — Galanthus autumnalis All. Auct. p. 33.

In collibus agri nicaeensis et Liguriae conterminis Ill. Carrega, Prof. Balsamo, Viviani herb. ♃

Spatha diphylla 1-2-flora!: folia plana: stylus stamina vix excedens. Cf. Balb. l. c.

DLXXVI. GALANTHUS L. — Endl. Gen. n.° 1265.

**1820.** Galanthus nivalis L. Sp. p. 413. Willd. Sp. 2. p. 29. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 4. et *Pl. genuens. p.* 141.

Ic. Leuconarcissolirion minimum Lob. Icon. p. 123.

In pascuis sylvaticisque montium supra Genuam. ♃

### DLXXVII. PANCRATIUM L. — Endl. Gen. n.° 1288.

**1821.** Pancratium maritimum L. Sp. p. 418. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 22. All. *Fl. ped.* 1. *p.* 154. Turio *Pl. clavar. p.* 12.
Ic. Hemerocallis valentina Clus. Hist. 1. p. 167.
In arenosis ad litora utriusque Liguriae hinc inde, *Clavarii*, *Spotorno*, *Varigotti* etc. ♃

---

## CIX. ASPARAGEAE Iuss.

### DLXXVIII. ASPARAGUS L. — Endl. Gen. n.° 1164.

**1822.** Asparagus officinalis L. Sp. p. 448. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 149.
Ic. A. marinus Clus. Hist. 2. p. 179.
In sylvaticis ad flumen Varum sponte Ill. Carrega. ♃

**1823.** Asparagus tenuifolius Lamck. — R. et S. Syst. 7. p. 320. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 147. — A. officinalis β. L. Sp. p. 448.
Ic. Asparago salvatico Matth. Valgr. 1. p. 506.
In sylvaticis collinis montanisque frequens. ♃

**1824.** Asparagus ambiguus, caule suffrutescente, ramisque patulis striato-scabris, stipulis caulinis rigidis obtusis, acutisve reflexis, foliis 9-11-glabris setaceis mucronatis, pedunculis medio articulatis longioribus.
In maritimis, *Porto Maurizio* Traverso. ♄
Facies A. acutifolii, sed differt foliis tenuioribus, longioribus, vix pungentibus, pedunculis foliis quidquam brevioribus, qui in acutifolio foliis longiores et saepius duplo longiores.

**1825.** Asparagus acutifolius L. Sp. p. 449. Willd Sp. 2. p. 153. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 151. et *Pl. genuens. p.* 167. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 167. Turio *Pl. clavar. p.* 12.
Ic. Corruda prior Clus. Hist. 2. p. 177.
In dumetosis collium maritimorum et ad sepes vulgatissima species. ♃

## DLXXIX. STREPTOPUS Endl. Gen. n.° 1180.

**1826.** Streptopus amplexifolius DC. — R. et S. Syst. 7. p. 310. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 137. — Uvularia amplexifolia L. Sp. p. 436. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 221.
Ic. Polygonum latifolium ramosum etc. Barrel. Icon. p. 720.
In sylvis opacis Apenninorum centralium et convallium alpium maritimarum frequens et magna manu. ♃

## DLXXX. PARIS L. — Endl. Gen. n.° 1176.

**1827.** Paris quadrifolia L. Sp. p. 527. Willd. Sp. 2. p. 471. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 391. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 187. 374.
Ic. Paridis herba Dod. Purg. p. 327.
In sylvis Apennini vulgaris. ♃

## DLXXXI. CONVALLARIA Roth. — Duby Bot. gall. p. 459.

**1828.** Convallaria maialis L. Sp. p. 451. Willd. Sp. 2. p. 160. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 139.
Ic. Lilium convallium etc. Lob. Icon. p. 172.
In sylvis montanis frequens. ♃

**1829.** Convallaria Polygonatum L. Sp. p. 451. Willd. Sp. 2. p. 161. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 142.
Ic. Polygonatum latifolium II. Clus. Hist. 1. p. 276.
In sylvis collinis vulgaris. ♃

**1830.** Convallaria multiflora L. Sp. p. 452. Willd. Sp. 2. p. 164 Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 143.
Ic. Polygonatum latifolium I. Clus. l. c. p. 275.
In sylvis montanis vulgaris. ♃

**1831.** Convallaria verticillata L. Sp. p. 451. Willd. Sp. 2. p. 161. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 141. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 163.
Ic. Polygonatum minus Lob. Icon. p. 805.
In pascuis editis Apennini bobbiensis, savonensis etc. Prof. Balsamo, M. D. Berti, Traverso. ♃

### DLXXXII. MAIANTHEMUM Wigg. — Duby Bot. gall. p. 459.

**1832.** Maianthemum bifolium DC. — Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 145. — Convallaria bifolia L. Sp. p. 452. Willd. Sp. 2. p. 164.

Ic. Lilium convallium minus etc. Barrel. Icon. tab. 1212.

In sylvis montanis Apennini Liguriae occiduae copiosissimum Traverso ♃.

### DLXXXIII. SMILAX Tourn. — Endl. Gen. n.° 1184.

**1833.** Smilax aspera L. Sp. p. 1458. Willd. Sp. 4. p. 773. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 224. Turio *Pl. clavar. p.* 29.

Ic. S. aspera rutilo flore Clus. Hist. 1. p. 112.

In dumetosis et ad sepes, muros, in regione olivetorum passim. ♄

Binae sunt varietates, quibus haec species in conspectum venit: prior asperiora loca inhabitans praebet folia rigidiora, angustiora, hastato-cordata vel cordata, albo-maculata, caulemque valde aculeatum, altera ad sepes et in sylvaticis distinguitur foliis amplioribus, margine aculeolis raris, instructis, vel inermibus: haec multa habet S. mauritanicae, sed variationibus intermediis praecedenti iungitur.

### DLXXXIV. RUSCUS Tourn. — Endl. Gen. n.° 1188.

**1834.** Ruscus aculeatus L. Sp. p. 1474. Willd. Sp. 4. p. 874. Turio *Pl. clavar. p.* 29.

Ic. Myrticantha etc. Lob. Icon. p. 637.

In sylvaticis collium et montium humiliorum frequens. ♄

**1835.** Ruscus Hypoglossum L. Sp. p. 1474. Willd. Sp. 4. p. 875. Bertol. *Amoen. p.* 42. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 225.

Ic. Hypoglossum Bonifacia Lob. Icon. p. 638.

In sylvis montanis Apennini genuensis et in agro nicaeensi. ♄

Folia quoad magnitudinem et formam varia, occurrunt obverse oblongo-lanceolata, elliptico-lanceolata, lanceolatave, apicem versus obtusiusculum plus minusve attenuata. Foliolum aeque variat e basi obtusa sessili oblongo-lanceolatum, lanceolatumve, plerumque longitudinis tertiae partis folii, sed et brevius occurrit, vel denique brevissimum ovatum, vel lineari-acutatum vix longitudine floris. Folia ima saepe opposita.

## CX. DIOSCOREAE R. Br.

### DLXXXV. TAMUS L. — Endl. Gen. n.° 1202.

**1836.** Tamus communis L. Sp. p. 1119. Willd. Sp. 4. p. 772. Turio *Pl. clavar. p.* 29.

Ic. Bryonia sylvestris Dod. Purg. p. 233. ♀

In sylvaticis opacis super arbores, fruticesve scandens. ♃

Folia cordato-attenuata, apiceque in cuspidem producta, subinde subcordato-hastata, lobis rotundatis.

---

## CXI. LILIACEAE DC.

### DLXXXVI. TULIPA Tourn. — Endl. Gen. n.° 1091.

**1837.** Tulipa sylvestris L. Sp. p. 438. Willd. Sp. 2. p. 96. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 83. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 161. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 159. 365.

Ic. Bononiensis Lilio-Narcissus luteus etc. Lob. Icon. p. 125. scapo bifloro.

In pascuis montanis Apennini bobbiensis Prof. Balsamo, in alpibus nicaeensibus Ill. Carrega, Tendae Viv. herb. sub Fritillaria involucrata.

**1838.** Tulipa Clusiana Vent. — R. et S. Syst. 7. p. 380. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 82.

Ic. T. persica praecox Clus. Cur. post. p. 18.

In olivetis *Porto Maurizio* M. D. Berti, Genuae in locis hortorum neglectis raro, et verosimiliter ab hortis aufuga. ♃

**1839.** Tulipa praecox Tenor. Fl. neap. Syll. p. 171. R. et S. Syst. 7. p. 378. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 30. — T. Gesneriana Bellard. *App. p.* 226.

Ic. Tenor. Fl. nap. 1. tab. 32.

In pascuis circa Genuam extra Portam Angelorum, et in fossis urbis ad Portam *S. Bernardino* ♃: an vere spontanea?

### DLXXXVII. FRITILLARIA L. — Endl. Gen. n.° 1096.

**1840.** Fritillaria Meleagris L. Sp. p. 436. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 75.

Ic. Meleagris Dod. Pempt. p. 233.

β. Flore viridi-lutescente tessellato, sepalis obtusis Bertol. l. c. — F. Meleagris All. *Fl. ped.* 2. *p.* 160. ex Bertol. — F. involucrata All. *Auct. p.* 34.

In alpibus nicaeensibus Rev. Montolivo, in pascuis editis alpium maritimarum *di Frontero* Traverso. ♃

DLXXXVIII. LILIUM L. — Endl. Gen. n.° 1098.

**1841.** Lilium candidum L. Sp. p. 433. Willd. Sp. 2. p. 84. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 67. Turio *Pl. clavar. p.* 12.

Ic. Lob. Icon. p. 163.

Ad rupes in monte *di Portofino.* ♃

**1842.** Lilium bulbiferum L. Sp. p. 433. R. et S. Syst. 7. p. 413. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 68. Turio *Pl. clavar. p.* 12.

Ic. Iacqu. Fl. austr. tab. 226.

In pascuis et sylvaticis collium et montium humiliorum vulgatissimum. ♃

**1843.** Lilium Martagon L. Sp. p. 435. R. et S. Syst. 7. p. 402. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 72. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 158. 364.

Ic. L. montanum Lob. Icon. p. 168.

In pascuis montanis Apenninorum frequens. ♃

**1844.** Lilium Pomponium L. Sp. p. 434. Willd. Sp. 2. p. 87. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 70. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 160.

Ic. L. rubrum praecox Clus. Hist. 1. p. 133.

In alpibus maritimis nicaeensibus et albingaunensibus ex herb. H. R. Bot. Taurin. et Viviani. ♃

DLXXXIX. ERYTHRONIUM L. — Endl. Gen. n.° 1090.

**1845.** Erythronium Dens canis L. Sp. p. 437. Willd. Sp. 2. p. 96. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 77. et *Pl. genuens. p.* 143.

Ic. Satyrium etc. Lob. Icon. p. 196.

In sylvis collinis, montanisque supra Genuam vulgare. ♃

DXC. ASPHODELUS L. — Endl. Gen. n.° 1141.

**1846.** Asphodelus albus Willd. Sp. 2. p. 133. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 122.

Ic. Asphodelus flore suaverubente Lob. Icon. p. 91.

In pascuis sylvaticisve collium genuensium frequens. ♃

Variat saepe racemo a basi ramoso.

**1847.** Asphodelus fistulosus L. Sp. p. 444. Willd. Sp. 2. p. 133. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 119. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 161.

Ic. Phalangium Cretae Lob. Icon. p. 48.

In regione olivetorum vulgatissimus, in sterilibus litoreis, ad rupes muros vetustos. ♃

DXCI. ANTHERICUM L. — Endl. Gen. n.° 1145.

**1848.** Anthericum serotinum L. Sp. p. 444. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 126. — Lloydia serotina Salisb. —Koch Syn. p. 709. — Phalangium serotinum Lamck.

Ic. Engl. bot. 12. tab. 793.

In alpibus nicaeensibus *della Madonna delle Finestre* secund. herb. H. R. bot. taurinensis. ♃

**1849.** Anthericum Liliago L. Sp. p. 445. Willd. Sp. 2. p. 141. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 125. et *Pl. genuens. p.* 145.

Ic. Phalangium non ramosum Lob. Icon. p. 481.

In pascuis collinis montanisque passim. ♃

**1850.** Anthericum Liliastrum L. Sp. p. 445. Willd. Sp. 2. p. 142. — Czackia Liliastrum Spreng. — Paradisia Liliastrum Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 133.

Ic. Phalangium flore Lilii Chabr. Sciagr. p. 222.

In alpibus maritimis albingaunensibus Traverso. ♃

DXCII. ORNITHOGALUM Link. — Endl. Gen. n.° 1132.

**1851.** Ornithogalum pyrenaicum L. Sp. p. 440. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 101. et *Amoen. p.* 143. — O. sulphureum R. et S. Syst. 7. p. 518.

Ic. Hyacintho-asphodelus etc. Lob. Icon. p. 93.

In pascuis collium genuensium. ♃

**1852.** Ornithogalum narbonense L. Sp. p. 440. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 102. et *Pl. genuens. p.* 143.

Ic. O. spicatum etc. Lob. Icon. p. 94.

In pascuis, arvis, ad viarum margines in collibus vulgatissimum. ♃

**1833. Ornithogalum umbellatum** L. Sp. p. 441. Willd. Sp. 2. p. 116. Bertol. *Pl. genuens. p.* 144? et *Fl. ital.* 4. *p.* 95. (excl. O. refracto) Turio *Pl. clavar. p.* 12?

Ic. Ornithogalum Lob. Icon. p. 148. vix medioeris.

In cultis frequens. ♃

**1834. Ornithogalum refractum** W. et K. — R. et S. Syst. 7. p. 532. Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 403.

Ic. Reichb. Pl. crit. tab. 265.

In arvis et pascuis regionis collinae, etiam Genuae frequens. ♃

Simile praecedenti, sed utplurimum gracilius, differt bulbo sub tunicis exterioribus bulbillifero, pedunculis fructiferis deflexis.

**1835. Ornithogalum mutabile.** — Bulbo simplici globoso, foliis linearibus sulco exaratis, floribus corymbosis, pedunculis demum patentissimis, refractisve, bracteis scariosis, lanceolato-acuminatis, perigonii segmentis exterioribus ex apice obtuso apiculato-mucronatis, interioribus obtusis muticis, staminibus e basi dilatata plana, subulatis, capsula apice angulis breviter alata, seminibus reticulatis.

In pascuis collinis circa Genuam, praesertim extra Ianuam Angelorum. ♃

Varietates huiusce speciei fere innumerae! 1.° se praebet scapo brevissimo, ita ut flores e bulbo statim egredi videantur, 1-2-3-5-floro, pedunculis bracteas aequantibus, vel minoribus, vel paullulum longioribus: 2.° scapo elongato superne racemoso-corymboso, vel racemoso-thyrsoideo, pauci vel multifloro, a duobus pollicibus ad spithamam protenso, pedunculis bracteis duplo triplove longioribus, filiformibus, post anthesim patentibus, horizontalibus, refractisve.

Flores quoque maxime varii quod ad colorem et magnitudinem, et formam segmentorum perigonii, quae intus alba, extus fascia viridi plus minusve ampla picta, obverse oblonga, oblonga, ovatave, post anthesim quidquam producta, sed ob margines inflexos angustiora, stamina nunc perigonio dimidio minora, nunc subaequalia, pro perigonii ipsius maiori vel minori longitudine. Folia flaccida nunc scapo longiora, nunc subaequalia, nunc minora.

Proximum O. exscapo, sed in hoc flores maiores quam in nostro, et perigonium compaginis densioris.

### DXCIII. GAGEA Salisb. — Endl. Gen. n.° 1093.

**1856.** Gagea lutea R. et S. Syst. 7. p. 543. — Ornithogalum luteum L. Sp. p. 439. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 89. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 159. 365.

Ic. Engl. bot. tab. 21.

In pascuis montis *Boglelio* cl. Cesati, in monte *Calvo* Lig. occid. Viv. herb. ♃

**1857.** Gagea arvensis R. et S. Syst. 7. p. 547. — Ornithogalum arvense Pers. — Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 92. — O. villosum Willd. En. pl. h. Berol. p. 368.

Ic. O. minimum Redout. Lil. 6. tab. 302. fig. 2. ex Auct. cit.

In arvis Liguriae transapenninae frequens, Rosellini, Cambiaggi. ♃

### DXCIV. SCILLA L. Gen. ed. Schreb. p. 222.

**1858.** Scilla peruviana L. Sp. p. 442. R. et S. Syst. 7. p. 559. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 108. Viv. *Fl. lib. spec. p.* 3. et 20.

Ic. Hyacinthus stellatus peruanus Clus. Hist. p. 182.

Genuae in pascuis extra Portam Angelorum et in propugnaculis urbis. ♃

Staminum filamenta fere fusiformia, torosa, violacea, perigonio breviora. Ovarium trigonum pyramidatum, angulis obtusis sulco exaratis, faciebus linea papillosa notatis, violaceum; stigma minute papillosum; segmenta perigonii oblonga, apice obtusiuscula calloso-subcucullata, extus fascia fusca notata: bracteae triangulo-subulatae membranaceae, apicem versus ciliatae, pedicellis florentibus tertia parte breviores.

**1859.** Scilla hyacinthoides L. f. suppl. p. 201. R. et S. Syst. 7. p. 567. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 105.

Ic. Bulbus eriophorus Clus. Hist. p. 172.

In pascuis circa *S. Remo* Panizzi, Genuae in collibus *di S. Benigno* ex herb. Viv. ♃

**1860.** Scilla italica L. Sp. p. 442. R. et S. Syst. 7. p. 551. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 109. et *Pl. genuens. p.* 144. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 163. Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 167.

Ic. Hyacinthus stellatus cineracei coloris Clus. Hist. 1. p. 184.

In pascuis collinis montanisque frequens, in montibus Tendae Prof. Gherardi. ♃

**1861.** Scilla bifolia L. Sp. p. 443. R. et S. Syst. 7. p. 69. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 110. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 160. 365.

Ic. Hyacinthus germanicus etc. Lob. Icon. p. 99.

In pascuis Apenninorum bobbiensium cl. Cesati. ♃

**1862.** Scilla autumnalis L. Sp. p. 443. R. et S. Syst. 7. p. 568. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 114. et *Pl. genuens. p.* 144.

Ic. Hyacinthus autumnalis Lob. Icon. p. 102.

In pascuis regionis collinae vulgatissima. ♃

DXCV. ALLIUM L. — Endl. Gen. n.° 1137.

1. Allium Reichb. Fl. excurs. p. 111.

**1863.** Allium nigrum L. Sp. p. 430. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 62. — A. monspessulanum All. *Auct. p.* 34.

Ic. Gouan. Ill. tab. 16.

In olivetis Liguriae occiduae *Porto Maurizio*, *Oneglia*, *Diano*, Nicaeae. Prof. Gherardi, M. D. Berti. ♃

**1864.** Allium ursinum L. Sp. p. 431. Willd. Sp. 2. p. 79. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 65.

Ic. A. ursinum latifolium Scopol. p. 159. — Gaud. Fl. helv. tab. 14. fig. 16.

In sylvis montanis Apennini frequens. ♃

**1865.** Allium roseum L. Sp. p. 432. Willd. Sp. 2. p. 68. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 53. *α. β.* et *Amoen. p.* 63. et 143. Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 165. *α. β.* All. *Fl. ped.* 2. *p.* 156. Turio *Pl. clavar. p.* 12. — A. carneum Bertol. *Rar. Pl. lig. dec. I.* et *Pl. genuens. ed. I.* ex ipso in *Fl. ital.*

Ic. Moly serpentinum etc. Lob. Icon. p. 160. e planta umbella basi bulbillifera.

In pascuis et arvis regionis olivetorum ubique. ♃

Plerumque apud nos umbella basi inter pedunculos bulbillifera se praebet, flores subinde variant toti albi sed rarius.

**1866.** Allium neapolitanum Cyrill. — R. et S. Syst. 7. p. 1110. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 59. et *Pl. genuens. p.* 142. — A. album Santi Turio *Pl. clavar. p.* 12.

Ic. Tenor. Fl. napol. 2. tab. 137. fig. 1.

In cultis regionis olivetorum hinc inde: Genuae in hortis ubique copiose, Nicaeae M. D. Piccaroli. ♃

Scapo semitereti, foliisque glabris, floribus grandiusculis lacteis, facile haec species dignoscitur.

**1867.** Allium subhirsutum L. Sp. p. 424. Willd. Sp. 2. p. 66. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 47.

Ic. Moly minus Clus. Hist. p. 192. — A. ciliatum Cyrill. Pl. rar. 2. tab. 6.

In pascuis humidiusculis, in arundinetis circa Genuam valde frequens. ♃

**1868.** Allium Chamaemoly L. Sp. p. 433. Willd. Sp. 2. p. 83. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 46. Viv. *Fl. lib. spec. p.* 19.

Ic. Chamaemoly etc. Columm. Ecphr. 1. p. 326.

Genuae in pascuis extra Portam Angelorum Rev. De Negri. ♃

**1869.** Allium suaveolens Iacqu. — Willd. Sp. 2. p. 65. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 48. — A. ericetorum Bertol. *Fl. alp. apuan. p.* 352.

Ic. Puccin. Syn. stirp. luc. p. 84.

In collibus supra *Pegli* Liguriae occiduae. ♃

**1870.** Allium Schoenoprasum L. Sp. p. 432. Willd. Sp. 2. p. 81. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 43.

Ic. Schoenoprasum Lob. Icon. p. 154. — Gaud. Fl. helv. 2. tab. 12. fig. 9.

In alpibus maritimis ditionis albingaunensis Prof. Gherardi. ♃

**1871.** Allium triquetrum L. Sp. p. 431. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 57. et *Pl. genuens. p.* 142. ex parte. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 159. Turio *Pl. clavar. p.* 12.

Ic. Sibth. Fl. graec. 4. tab. 324.

In collibus regionis olivetorum, locis opacis, secus rivulos, in neglectis hortorum frequens. ♃

Huic valde affine est A. pendulinum Tenor. mihi nondum cognitum, quod ex cl. Bertoloni in Pl. genuens. l. c. omnino idem ac A. triquetrum: nunc vero in Fl. ital. cl. auctor All. pendulinum ab All. triquetro separat. — In omnibus exemplaribus Allii triquetri, quae hoc momento

ad manus sunt, flores grandes, sepala uninervia, oblonga, apice rotundata, vel vix acuta, in anthesi campanulata; pedunculi inaequales directione varii, secundi, erecti, nutantes, penduliquc, apice plus minusve incrassati; spathae pedunculos ut plurimum aequant, persistunt vel decidunt in individuis unius ipsissimique caespitis, capsula globosa: folia et scapus pro loco longitudine et latitudine valde variant.

2. Codonoprasum Reichb. Fl. excurs. p. 114.

**1872.** Allium pallens L. Sp. p. 427: Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 37.
Ic. A. montani IV. species II. Clus. Hist. 2. p. 194.
* Vivianii, floribus sordide flavescentibus. - A. flavum Viv. *Fl. lib. spec. p.* 3. in observ. ad Iridem fugacem.

In hortis, et fossis urbis Genuae, et in neglectis regionis olivetorum frequens, varietas extra Portam Angelorum secund. herb. Vivianii. ♃

Varietas florum colore excepto in reliquis similis speciei, et secundum cl. Viviani adnotationem in scheda herbarii ipsius species nova; sed ex unico et nimis vetusto et malo specimine extante, discrimina graviora, quibus ab A. pallente distingui possit eruere nequeo.

**1873.** Allium oleraceum L. Sp. p. 429. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 36.
Ic. All. sive Moly mont. IV. Clus. Hist. 2. p. 194. — A. Umbell. bulb. etc. Hall. de All. in opusc. bot. tab. 1.

In pascuis et cultis circa Genuam. ♃

Flores purpurascentes vel iuniores albidi, stamina inclusa.

**1874.** Allium montanum Sibth. et Sm. — Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 39. *α.* — A. paniculatum Bertol. *Pl. genuens. p.* 141? Turio *Pl. clavar. p.* 12.
Ic. Gaud. Fl. helv. 2. tab. 13. fig. 12.

In pascuis Apennini genuensis Rosellini, Chiappori. ♃

Ex descriptione huiusce speciei apud Floram italicam, videtur cl. auct. cum suo A. montano sequentem speciem, quae ab hac staminibus brevioribus recedit coniunxisse.

**1875.** Allium intermedium DC. — Duby Bot. gall. p. 469. — Codonoprasum intermedium Reichb. Fl. excurs. p. 114.

In collibus Liguriae orientalis supra *Recco*, et in hortis genuensibus. ♃

Flores purpurei, facies fere praecedentis, sed distinctum perigonii foliolis oblongo-obovatis obtusis, staminibus vix exsertis.

**1876.** Allium ligusticum. — Bulbo ovato, tunicis numerosissimis demum in fibras solutis, fuscescentibus tecto, caule ad medium foliato, foliis linearibus striatis, spatha bivalvi, valvis lanceolato-longe acuminatis inaequalibus, umbellam capsuliferam paucifloram duplo triplove superantibus, sepalis hyalinis obovato-obtusissimis emarginatisve, exterioribus brevioribus, staminibus perigonio demum duplo longioribus, capsula globosa trilobata obtusa exserta.

In collibus genuensibus. ♃

Planta pedalis flaccida, bulbo inodoro, umbellae 3-5-florae, pedunculis flaccidis inaequalibus flexuosis, intermixtis floribus abortientibus brevius pedicellatis.

Non video cui specierum sectionis Codonoprasi referri possit.

3. Porrum Reichb. Fl. excurs. p. 110.

**1877.** Allium Gherardi. — Bulbo sobolifero, bulbillis longe pedicellatis ovato-acutis inter tunicas nidulantibus, scapo ad tertiam partem vaginis tecto, foliis teretibus fistulosis, spatha univalvi ampla ovata, cuspidata, umbellam capsuliferam aequante, perigonii segmentis exterioribus oblongo-ellipticis, interioribusque ovatis apice rotundatis, staminibus exsertis alternis tricuspidatis, cuspide antherifera filamentum subaequante, lateralibus vix longiore.

In alpibus maritimis Prof. Gherardi, a quo accepi sub nomine Allii parviflori.

Pedale, gracile, floribus saltem in sicco ex toto albi, parvi. — Proximum videtur Allio sardoe, sed differt forma segmentorum perigonii, et spatha univalvi cuspidata. Ab All. vineali umbella capsulifera caeterisque.

**1878.** Allium vineale L. Sp. p. 428. Kock Syn. p. 719. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 33.

Ic. Scorodoprasum campestre etc. Mich. nov. pl. gen. tab. 24. fig. 2.

β. Umbella tota bulbillifera Bertol. l. c.

Ic. A. sylvestre tenuiflorum Lob. Icon. p. 156.

In arvis et pascuis frequens. ♃

**1879.** Allium Cambiasii. — Bulbo intra tunicas sobolifero, bulbulis stipitatis subglobosis fuscis, scapo ad medium usque foliato, foliis angustis planis valde nervosis integris, cito marcescentibus: umbella globosa multiflora, pedunculis centralibus longioribus, caeteris ad periphericos

usque brevissimos sensim decrescentibus, perigonio ovato-campanulato, foliolis ovato-obtusissimis, dorso punctis minutissimis purpureis scabridis, antheris inclusis, filamentis inferne ciliolatis, tricuspidatorum cuspide media filamento duplo breviore, lateralibus subulatis rectis, exsertis filamentum aequantibus, capsula globoso-triquetra perigonio multo breviore.

In collibus Liguriae novensis Pharmacopola CAMBIAGGI. ♃

Pedale et paullo ultra, folia 4-5-millimetra latitudine aequantia, spatha cito decidua, pedunculi angulati, stricti, centrales 9-11-millimetra longi, perigonii foliolis dorso saturate purpureis nitentibus, margine et basi, praesertim interioribus decoloribus.

Planta facie A. sphaerocephali, a quo eximie differt foliis planis, ab All. rotundo ad quod accedit (secundum diagnosim in Fl. sic. Syn. 1. p. 392) foliis angustioribus, integris, pedunculis inaequalibus, capsula perigonio minore; ab A. descendente demum staminibus inclusis caeterisque pariter differt.

**1880.** Allium sphaerocephalum L. Sp. p. 426. BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 29. (excl. β. et A. arvense GUSS.) et *Pl. genuens. p.* 141. GAUD. Fl. helv. 2. p. 476.

Ic. GAUD. l. c. tab. 10. fig. 3. – Scorodoprasum montanum iuncifolium etc. MICH. Nov. pl. gen. tab. 24. fig. 2.

In pascuis et arvis collinis passim. ♃

Specimina Allii sphaerocephali helvetici a cl. MONNARD obtenta cum nostro identica, etiam charactere staminum cum A. sphaerocephalo cl. KOCHII apprime congruit, sed perigonii foliola neutiquam ad carinam laevia, at eximie scabrida. — Folia tenuia semiteretia, fistulosa cito emarcida, bulbus bulbulis plus minusve longe pedicellatis, intra tunicas exteriores, ex quo scapus inferne nodosus adparet; capitulum dense sphaeroideum, flores saturate rubro-purpurei, rarius expallentes rosei, stamina exserta.

**1881.** Allium densiflorum. — Bulbo ....... caule ad medium usque foliato, foliis fistulosis, spatha bivalvi, valvis ovatis breve acuminatis, umbella multiflora globosa capsulifera, floribus minimis abortientibus breve pedunculatis stipata, pedunculis florum fructiferorum centralium flore duplo-longioribus, inferioribus patentibus, deflexis, brevioribusque; perigonii foliolis exterioribus acutiusculis, interioribus obtusis carina laevibus, staminibus longe exsertis styloque apice purpurascentibus,

trifidorum cuspide antherifera laterales filiformes, filamentumque angustum lineare sepala aequans, superante.

In collibus circa Genuam. ♃

Affine praecedenti a quo notis exhibitis satis distinctum. Pedale, flores dilute rosei, foliolis perigonii carina viridescente. An All. arvense Guss.?

**1882.** Allium acutiflorum Lois. Not. p. 55. et Fl. gall. ed. 2. 1. p. 249. R. et S. Syst. 7. p. 1014. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 32.

In aridis collium nicaeensium vulgare cl. Cesati, Rastoin, in insula Gallinara Sassi ex herb. Viv. ♃

**1883.** Allium Bertolonii. — A. ampeloprasum Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 28. ex parte?

In arvis, pascuis regionis olivetorum. ♃

Umbella sphaeroidea, mediocris, pedunculis centralibus 20-25-millimetra longitudine aequantibus, periphericis dimidio minoribus deflexis; staminum filamenta, vix exserta, ciliolata, simplicia lineari-subulata, reliqua oblonga apice tricuspidata, cuspide media brevi filamento duplo-triplove breviore, lateralibus filiformi-attenuatis media duplo-triplove longioribus flexuosis; capsula ovato-pyramidata acute triquetra, in sicco saltem, in apicem anguste attenuata. Bulbus auctus bulbulis duobus inter tunicas et bulbulis multo minoribus externis: folia plana margine, in sicco, denticulata, perigonii foliola exteriora, cellulis hyalinis, coloratisve, seriatim, secus lineam dorsalem et marginem, dispositis, granulato-scabra. Hae cellulae in sicco denticulorum formam mentiuntur. Perigonii foliola interiora laevia, omnia oblonga, obtusa, concava vix dorso carinata, linea purpurascente percursa, caeterum albicantia.

**1884.** Allium spectabile. — A. ampeloprasum Viv. *Fl. ital. fragm. in ann. bot.* 2. *p.* 165. planta ex torrente *Sturla* tantum. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 28. ex parte?

Iisdem locis ac praecedens. ♃

Umbella multiflora grandis, pedunculis centralibus longioribus 40-45-millimetra longitudine aequantibus; periphericis brevioribus inaequalibus patenti-deflexis; stamina vix exserta, filamentis inferne ciliolatis, simplicium e basi latiuscula subulatis, caeterorum inaequaliter trifidis, cuspide antherifera, e basi lata plus minusve acuminato-subulata, nunc filamentum dimidium inferne dilatatum aequante, nunc bulbo duplo breviore!

integra vel subinde dente laterali aucta, lateralibus variis, subulatis vel bifidis media plerumque longioribus, vel una alterave dentiformi aut deficiente, vel demum una alterave ad basim usque libera, nec ullo modo filamento adnata. Ovarium sub anthesi apice hians profunde trifidum, carpellis nempe superne liberis; styli e receptaculo orti, liberi, recti, declinati, vel conniventes, vel etiam connati; capsula matura globoso-trigona, vertice obtusa, depressa, subtrilobave. Planta 2-3-pedalis, folia plana vix ultra centimetrum lata, reliqua fere ut in praecedente.

**1885.** Allium Ampeloprasum Koch Syn. p. 718. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 28. ex parte. Viv. *Fl. ital. fragm. l. c. p.* 165. planta ex agro albinganmensi.

In aridis secus litora hinc inde. ♃

Umbella maxima densissime florifera sphaeroidali, pedunculis flexuosis, centralibus demum longitudine 45-50-millimetra; periphericis 30-35-millim. longit. aequantibus, deflexis; stamina exserta, filamentis ciliolatis, simplicium oblongo-cuspidatis, tricuspidatorum, cuspide antherifera filamentum latiusculum aequante, lateralibus aequaliter longe subulatis contortis, longeque exsertis; capsula pyramidato-globosa obtusiuscula. Tripedale et ultra: folia praecedentibus latiora duo centimetra et paullo ultra lata: flores rosei. Reliqua ut in praecedentibus.

DXCVI. HYACINTHUS Tourn. — Duby Bot. gall. p. 466.

**1886.** Hyacinthus romanus L. Mant. II. — Cod. Linn. n.° 2494. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 159. — Bellevallia romana Reichb. Fl. excurs. p. 105.

Ic. H. comosus albo flore Clus. Hist. 1. p. 180. medioeris.

In locis umbrosis humidis circa *S. Remo*, *Ventimiglia* Rev. De Negri, Panizzi. ♃

DXCVII. MUSCARI Tourn. — Endl. Gen. n.° 1118.

**1887.** Muscari comosum Mill. — Willd. En. pl. H. Berol. p. 378. Bertol. *Fl. ital* 4. *p.* 161. et *Pl. genuens. p.* 145. — Hyacinthus comosus L. Sp. p. 455. Turio *Pl. clavar. p.* 12.

Ic. H. Dioscoridis comosus maior Lob. Icon. p. 106.

In arvis et pascuis passim. ♃

Valde frequens est forma minor hebetata, quae primo intuitu speciem pene alienam exhibet ob flores supremos abortientes pauciores, minores, brevius pedicellatos, vix comantes.

**1888.** Muscari racemosum Mill. — Willd. En. pl. H. berol. p. 378. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 165. *Pl. genuens. p.* 165. et *Pugill. stirp. lun. p.* 601. — Hyacinthus racemosus L. Sp. p. 455. Turio *Pl. clavar. p.* 12. — H. iuncifolius Bertol. *in Mem. Soc. emul.* ex auct. ipso.

Ic. H. botryoides etc. Lob. Icon. p. 107.

In pascuis et arvis regionis collinae vulgatissimum. ♃

## CXII. BROMELIACEAE Iuss.

### DXCVIII. AGAVE L. — Endl. gen. n.° 1297.

**1889.** Agave americana L. Sp. p. 461. Willd. Sp. 2. p. 192. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 154. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 118. Turio *Pl. clavar. p.* 12.

Ic. Aloës americana florida Ald. H. farnes. p. 94. et A. flos et fructus ibid. p. 96.

Secus litora ad rupes, muros vetustos hinc inde frequens. ♃

## CXIII. COLCHICACEAE DC.

### DXCIX. COLCHICUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 1086.

**1890.** Colchicum autumnale L. Sp. p. 485. Koch Syn. p. 723. Bertol. *Fl. ital.* 4 *p.* 271. var. α. et *Pl. genuens. p.* 146. Turio *Pl. clavar. p.* 12.

Ic. Colchicum Dod. Purg. p. 371.

In pascuis collinis montanisque. ♃

Flores ampli, autumno egredientes, duo pluresve ex eodem bulbo, folia lata, lateque vaginantia, hysteranthia.

**1891.** Colchicum alpinum DC. — Koch Syn. p. 724. Bertol. *Pl. rar. dec. III.* — C. autumnale var. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 272. excl. C. arenario Kit. — C. montanum All. *Fl. ped.* 1. *p.* 117. ex Bertol.

In pascuis Apenninorum editiorum Berti, Traverso. ♃

Praecedenti minor, ociusque florens, flores enim prodit mense iulio et solitarios, differt porro foliis multo angustioribus, basi valde angustatis hysteranthiis quidem. — Nulla Colchici specimina in ditione florae nostrae

observavi exacte respondentia illis, quae iam abhinc annis ad clar. Florae italicae auctorem sub C. arenarii nomine misi.

**1892.** Colchicum montanum L. Sp. p 485. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 277. et *Pl. rar. Dec. p.* 24.

Ic. Viv. Strutt. org. element. tab. 7. fig. 5.

Gemmae in pascuis *allo Zerbino.* ♃

DC. VERATRUM Tourn. — Endl. Gen. n.° 1067.

**1893.** Veratrum nigrum L. Sp. p. 1479. Willd. Sp. 4. p. 896.

Ic. Iacqu. Austr. tab. 336.

In sylvaticis Apennini ligustici. ♃

**1894.** Veratrum lobelianum Bernh. — Koch Syn. p. 724. Reichb. Fl. excurs. p. 97. — V. album Turio *Pl. clavar. p.* 29. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 209.

In pascuis montanis editis, locis umbrosis. ♃

Flores extus et intus dilute viridescentes, folia subtus canescentia.

DCI. TOFIELDIA Huds. — Endl. Gen. n.° 1062.

**1895.** Tofieldia calyculata Wahlenb. — R. et S. Syst. 7. p. 575. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 261. — Anthericum calyculatum Auct. quorumd. non L.

Ic. Asphodelus minimus luteus acorifolius etc. Lob. Icon. p. 92.

In pascuis alpium maritimarum albingaunensium copiose Traverso. ♃

---

## CXIV. APHYLLANTHEAE Endl. Gen. p. 151.

DCII. APHYLLANTHES Tourn. — Endl. l. c. n.° 1171.

**1896.** Aphyllanthes monspeliensis L. Sp. p. 422. Willd. Spec. 2. p. 63. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 169. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 165. Viv. *Fl. lib. spec. p.* 19.

Ic. A. monspeliensium Lob. Icon. p. 454.

Ad rupes et in asperis collium maritimorum Liguriae occidentalis a *Varazze* ad Nicaeam frequens. ♄

# CXV. IUNCEAE.

## DCIII. LUZULA DC. — Endl. Gen. n.° 1047.

**1897.** Luzula Forsteri DC. — R. et S. Syst. 7. p. 264. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 207.
Ic. DC. Icon. Pl. gall. rar. tab. 2.
In pascuis sylvaticis vulgatissima. ♃
Semina matura ovoidea, faciebus capsulae axim spectantibus vix depressis, ante maturitatem concavis, ala apicis obtusa, recta, semine ipso breviore, capsula acuta; caeterum variabilis statura, numero et directione pedunculorum, foliorum latitudine, quae subinde anguste lanceolata fere ut in L. pilosa.

**1898.** Luzula maxima Willd. En. Pl. H. Berol. p. 393. — L. sylvatica Gaud. — Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 209.
Ic. Iuncus maximus Engl. bot. tab. 737.
In sylvis Apenninorum centralium et alpium maritimarum cl. Cesati, M. D. Berti, Traverso. ♃

**1899.** Luzula spadicea DC. — R. et S. Syst. 2. p. 256. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 213.
Ic. Iuncus spadiceus Vill. Fl. dauph. tab. 6. bis. rudis.
In pascuis editis alpium maritimarum Prof. Gherardi. ♃

**1900.** Luzula albida Willd. En. pl. H. Berol. p. 393. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 211. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 169. 369.
Ic. Iuncus niveus Leers. Herb. tab. 13. fig. 9.
In pascuis et sylvaticis collinis montanisque vulgaris. ♃
Sequenti proxima, dignoscitur corymbis laxioribus, bracteis longioribus albis, perigonii foliolis longitudine subaequalibus.

**1901.** Luzula nivea Willd. En. pl. H. Berol. p. 393. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 211.
Ic. I. niveus Host. Gram. 4. tab. 98.
In sylvaticis praesertim montanis vulgaris. ♃

1902. Luzula lutea DC. — R. et S. Syst. 7. p. 268. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 214.

Ic. Iuncus luteus Vill. Fl. dauph. tab. 6. bis.

In pascuis alpium maritimarum albingaumensium et nicaeensium Prof. Gherardi, cl. Cesati. ♃

1903. Luzula campestris Gaud. Fl. helv. 2. p. 572. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 215. α. β. — Iuncus campestris L. Sp. 468. ex parte. Turio *Pl. clavar.* *p.* 12. — Luzula sudetica DC. — Balb. El. p. 11.

Ic. Iuncus campestris Leers. Herb. tab. 13. fig. 5. — I. nemorosus Host. Gram. 3. tab. 97. et I. sudeticus 4. tab. 99.

In pascuis tum collinis cum montanis ubique et in silvaticis. ♃

Polymorpha species.

DCIV. IUNCUS DC. — Endl. Gen. n.° 1049.

1904. Iuncus acutus L. Sp. p. 463. excl. β. Willd. Sp. 2. p. 204. α. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 173. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 214. Turio *Pl. clavar.* *p.* 12.

Ic. I. maritim. Sorghi panicula utriculata Barrel. Icon. tab. 203. fig. 2.

Secus litora, ad viarum fossarumque margines, locis udis, valde frequens, subinde ad rivulos in collibus. ♃

1905. Iuncus maritimus Sm. Engl. Fl. 2. p. 159. R. et S. Syst. 7. p. 247. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 174. — I. acutus β. L. Sp. p. 464.

Ic. I. acutus maritim. anglicus Moris Hist. sect. 8. tab. 10. fig. 14.

In paludosis secus litora nicaeensia, albingaunensia, sarzanensia. ♃

1906. Iuncus conglomeratus L. Sp. p. 464. Koch Syn. p. 726. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 177.

Ic. Leers. Herb. tab. 13. fig. 1.

Ad viarum margines, fossas, in paludosis passim. ♃

Capsula obovata, mammillata.

1907. Iuncus effusus L. Sp. p. 464. Koch Syn. p. 726. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 178. Turio *Pl. clavar.* *p.* 12?

Ic. Leers. Herb. tab. 13. fig. 2.

Capsula obovata apice impressa, mammilla nulla, quo charactere a praecedente distinguitur, caeterum ei omnino similis.

1908. Iuncus glaucus Willd. Sp. 2. p. 206. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 179.

Ic. I. inflexus Leers. Herb. tab. 13. fig. 3.

In paludosis, pascuis udis, ad rivulorum margines, ubique. ♃

**1909. Iuncus trifidus** L. Sp. p. 465. Willd. Sp. 2. p. 208. Bertol. *Fl. ital. 4. p.* 185.

Ic. Chabr. Sciagr. p. 187.

Ad rupes in editioribus alpibus maritimis Prof. Gherardi ex herb. Savignoni, Traverso. ♃

**1910. Iuncus capitatus** Weig. — R. et S. Syst. 7. p. 222. Bertol. *Fl. ital. 4. p.* 188.

Ic. I. foliatus minimus Chabr. Sciagr. p. 197. satis bona.

In pascuis interdum inundatis prope *Arenzano* in Lig. occidua copiosissime. ①

**1911. Iuncus insulanus** Viv. Fl. cors. diagn. p. 5. R. et S. Syst. 7. p. 227. — I. fasciculatus Bertol. *Fl. ital. 4. p.* 190.

In pascuis udis secus litora hinc inde. ①

Affinis sequenti, differt flacciditate, et floribus in fasciculis plerumque trifloris congestis ad apicem ramorum corymbi et in eius centro.

**1912. Iuncus bufonius** L. Sp. p. 466. Willd. Sp. 2. p. 213. Bertol. *Fl. ital. 4. p.* 191.

Ic. Gramen bufonium erectum etc. Barrel. Icon. tab. 263. 264.

In pascuis humidis vulgatissimus. ♃

Variat statura a duobus pollicibus ad pedem et paullo ultra pro loco, corymbo simpliciusculo vel pluries dichotomo, floribus remotis vel approximatis.

**1913. Iuncus bulbosus** L. Sp. p. 466. Willd. Sp. 2. p. 213. — I. compressus Iacqu. — Bertol. *Fl. ital. 4. p.* 194. — I. filiformis Turio *Pl. clavar. p.* 12?

Ic. I. repens etc. Barrel. Icon. tab. 114. fig. 1. et Gramen iunceum Sorghi capitulis Barrel. l. c. tab. 747. fig. 1.

In pascuis humidis secus litora vulgaris. ♃

**1914. Iuncus multiflorus** Desf. Fl. atl. 1. p. 313. Bertol. *Fl. ital. 4. p.* 196.

Ic. Desf. l. c. tab. 91.

In litore Liguriae occiduae ex herb. Viv.

**1915.** Iuncus lamprocarpus Ehrh. — Koch Syn. p. 729. α. Gaud. Fl. helv. 2. p. 551. α. β. — I. articulatus α. δ. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 197. Turio *Pl. clavar. p.* 12.

β. viviparus Gaud. l. c. p. 552.

Ic. I. foliaceus capsulis triangulis Chabr. Sciagr. p. 196. rudis.

In paludosis ad rivulos, etiam in montanis passim. ♃

Variat quamplurimum statura, panicula plus minusve decomposita, colore capsularum nitidissimarum atro-fusco, vel fusco-olivaceo, sed sub quocumque lusu facillime distinguitur a I. acutifloro, sepalis interioribus latiuscule membranaceo-marginatis obtusiusculis, obtusisve.

**1916.** Iuncus acutiflorus Ehrh. — Gaud. Fl. helv. 2. p. 551. α. — I. sylvaticus Koch Syn. p. 729. — I. articulatus β. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 198. excl. pl. Syn.

Ad rivulos in montibus supra *Pegli* Lig. occid. ♃

Sepalis omnibus rigidis acuminato-cuspidatis, interioribus exterioribus longioribus, optime a I. lamprocarpo distinguitur.

**1917.** Iuncus obtusiflorus Ehrh. — Gaud. Fl. helv. 2. p. 549. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 202.

Ic. I. sylvaticus Host. Gram. 3. tab. 86.

In paludosis planitiei albingaunensis legit Hortulanus H. bot. ♃

**1918.** Iuncus supinus Moench. — Koch Syn. p. 730. — I. uliginosus Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 204. — I. subverticillatus Willd. Sp. 2. p. 212.

Ic. Iuncoides calyculis etc. Scheuchz. Agrost. ed. Figur. tab. 7. fig. 10.

In pascuis udis prope Sarzanam Traverso. ♃

---

## CXVI. CYPERACEAE Juss.

### DCV. CYPERUS L. — Endl. Gen. n.° 1003. sect. α.

**1919.** Cyperus mucronatus Willd. Sp. 1. p. 373. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 255. — C. distachyos All. *Auct. p.* 48.

Ic. All. l. c. tab. 2. fig. 5.

Ad ostia Vari prope Nicaeam cl. Cesati. ♃

**1920.** Cyperus globosus ALL. *Auct. p.* 49. R. et S. Syst. 1. p. 170. α. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 256.

Ic. Cyperus globosus REICHB. Pl. crit. tab. 229.

In agri nicaeensis palustribus ad flumen Varum M. D. PICCAROLI. ♃

**1921.** Cyperus difformis L. Sp. p. 67. WILLD. Sp. 1. p. 280. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 260.

Ic. ROTTB. Gram. tab. 9. fig. 2.

In Liguria ex specimine herb. VIV., absque ulla alia indicatione ut pro more. ♃ Dubia civis.

**1922.** Cyperus flavescens L. Sp. p. 68. WILLD. Sp. 1. p. 279. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 261.

Ic. HOST. Gram. 3. tab. 72.

In udis prope Sarzanam copiosissime TRAVERSO, in transapenninis novensibus ROSELLINI. ♃

**1923.** Cyperus fuscus L. Sp. p. 69. WILLD. Sp. 1. p. 280. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 263.

Ic. LEERS. Herb. tab. 1. fig. 2.

In paludosis secus litora utriusque Liguriae, ad Spediae sinus, Albingaumi, *Porto Maurizio*, Nicaeae copiosissimus. ♃

**1924.** Cyperus Tenorii PRESL. — BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 265. — C. aureus TEN. Fl. neap. Syll. 32. GUSS. Fl. sic. Syn. 1. p. 45.

Ic. REICHB. Pl. crit. tab. 212.

In locis neglectis horti pegliensis olim spectantis ad meritissimam CLELIAM GRIMALDI, num ibi superioribus annis cultus? ♃

**1925.** Cyperus olivaris TARG. — BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 267. — C. longus TURIO *Pl. clavar. p.* 6. ex BERTOL.

Ic. C. rotundus odoratus vulgaris MORIS Hist. sect. 9. tab. 11. fig. 1. ex GUSS.

In palustribus secus litora Liguriae orientalis, ab agro clavarensi ad Spediae sinus. ♃

Habitu accedit ad C. badium, sed minor statura, locustae longiores quam in illo, radicis fibrae tuberiferae, odoris aromatici peculiaris parum grati. Stylus longior ac in C. badio, involucri foliola subinde vix umbellae aequalia.

**1926.** Cyperus badius Desf. Fl. atl. 1. p. 45. Koch Syn. p. 736. — C. longus β. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 270. excl. C. tenuifloro.

Ic. Desf. l. c. tab. 7. fig. 2.

In uliginosis, pratis palustribus, ad fossas, viarum margines in regione olivetorum vulgaris. ♃

**1927.** Cyperus longus L. Sp. p. 67. Koch Syn. p. 736. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 269. α. et *Pl. genuens. p.* 107? — C. intermedius Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 47.

Ic. C. radice repente odora etc. Michel. Nov. pl. gen. tab. 31. fig. 1. spicula.

In fossis agri sarzanensis. ♃

Variat in eodem loco locustis centimetrum vel centimetra duo longitudine aequantibus.

**1928.** Cyperus Monti L. fil. Suppl. p. 102. Willd. Sp. 1. p. 286. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 272. — C. glaber Turio *Pl. clavar. p.* 6. ex Bertol.

Ic. Host. Gram. 4. tab. 67.

In palustribus agri clavarensis ad Entellam, et in agro sarzanensi. ♃

DCVI. SCHOENUS L. — Endl. Gen. n.° 978.

**1929.** Schoenus mucronatus L. Sp. p. 63. Willd. Sp. 1. p. 259. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 247. et *Pl. genuens. p.* 106. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 278. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Melanoschoenus maritimus etc. Mich. Nov. pl. gen. tab. 31.

In arenosis litoreis ubique frequens. ♃

**1930.** Schoenus nigricans L. Sp. p. 64. Willd. Sp. 1. p. 261. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 248.

Ic. Iunco affinis etc. Scheuchz. Agrost. ed. Tigur. tab. 7. fig. 12. 13. 14. spicul. et fl.

In pascuis spongiosis, et ad rivulos vulgatissimus. ♃

DCVII. CLADIUM R. Br. — Endl. Gen. n.° 980.

**1931.** Cladium Mariscus R. Br. — Sm. Engl. fl. 1. p. 36. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 252. — Schoenus Mariscus L. Sp. p. 62. Willd. Sp. 1. p. 259.

Ic. Pseudo-Cyperus palustris foliis et carina serratis Scheuchz. Agrost. tab. 8. fig. 7. 8. 9. 10. 11.

In paludibus albingaunensibus copiose, Traverso. ♃

DCVIII. RHYNCHOSPORA Vahl. — Endl. Gen. n.° 967.

**1932.** Rhynchospora alba R. et S. Syst. 2. p. 87. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 251. — Schoenus albus L. Sp. p. 65.

Ic. Gramen cyperoides palustre Scheuchz. Agrost. tab. 11. fig. 11. pars super. calami florigera.

In pascuis spongiosis apenninorum centralium. ♃

DCIX. ELEOCHARIS R. Br. — Sm. Engl. Fl. 1. p. 63.

**1933.** Eleocharis palustris R. et S. Syst. 2. p. 151. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 303. — Scirpus palustris L. Sp. p. 70. Willd. Sp. 1. p. 291. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Leers. Herb. tab. 1. fig. 3.

In paludosis frequens. ♃

**1934.** Eleocharis multicaulis Sm. Engl. Fl. 1. p. 64. Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 779. add. — Scirpus multicaulis Sm. Fl. brit. ed. Roem. p. 48.

Ic. Engl. bot. tab. 1187.

In spongiosis Apennini genuensis versus *le Capanne di Praggia.* ♃

Stigmata 3, quo a praecedente et a sequente statim distinguitur.

**1935.** Eleocharis uniglumis Link ex Koch Syn. p. 722. — Scirpus uniglumis M. et K.

Ic. Reichb. Pl. crit. fig. 319.

In paludosis Albingaumi, Traverso. ♃

Stigmata 2 ut in E. palustri, cui valde affinis, sed bractea inferiore rotundata omnino amplectente differt.

DCX. SCIRPUS L. — Sm. Engl. Fl. 1. p. 55.

**1936.** Scirpus caespitosus L. Sp. p. 71. Willd. Sp. 1. p. 292. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 276.

Ic. S. montanus capitulo breviori Scheuchz. Agrost. tab. 7. fig. 18. rudis.

In pascuis spongiosis alpium maritimarum Prof. Gherardi ex Herb. Savignoni. ♃

**1937.** Scirpus setaceus L. Sp. p. 73. Willd. Sp. 1. p. 298. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 287.

Ic. Leers. Herb. tab. 1. fig. 6.

In paludosis agri sarzanensis, et in udis Liguriae occiduae supra *Arenzano*, copiosissime. ①

Facies sequentis, a quo cariopside fortiter sulcata facile distinguitur.

**1938.** Scirpus Savii Seb. et Maur. Fl. rom. Prodr. p. 22. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 288. — **Isolepis saviana** R. et S. Syst. Mant. 2. p. 63.

Ic. Engl. bot. Suppl. tab. 2782. ex Hook. Brit. fl. ed. 4. p. 26.

In locis humidis, ad oras paludum, rivulos, rupes madidas, etiam in montanis copiosissime. ①

Cariopsis sub vitro punctato-muricata.

**1939.** Scirpus lacustris L. Sp. p. 72. Willd. Sp. 1. p. 296. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 280. ex parte. Turio *Pl. clavar. p.* 6?

Ic. Engl. bot. tab. 666.

In fossis et paludibus secus litora. ♃

**1940.** Scirpus Tabernaemontani Gmel. — R. et S. Syst. 2. p. 136. Koch Syn. p. 471. — S. lacustris Bertol. *Fl. ital.* ex parte.

Ic. S. glaucus Engl. bot. tab. 2321.

In fossis, paludibus secus litora vulgatissimus. ♃

A praecedente differt glumis crebre punctato-scabris, stigmate bifido nec trifido ut in illo. Quod ad staturam et spicularum dispositionem varius, ut S. lacustris, cuius habitum caeterum exacte refert.

**1941.** Scirpus litoralis Schrad. — R. et S. Syst. 2. p. 130. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 294.

Ic. Scirpo-cyperus maritimus etc. Mich. Nov. pl. gen. tab. 31.

In paludibus albingaunensibus Traverso. ♃

A duobus praecedentibus calamo triquetro prima fronte dignoscitur. Setae hypogynae plumosae.

**1942.** Scirpus pungens Vahl. — R. et S. Syst. 2. p. 182. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 295. — S. mucronatus All. *Fl. ped.* 2. *p.* 277. ex Bertol.

Ic. Iuncus maritimus etc. Moris. sect. 8. tab. 10. fig. 20.

Ad paludes agri sarzanensis, Chiappori. ♃

Minor praecedente quo cum convenit calamo triquetro, sed spiculae glomeratae, sessiles, laterales, setae hypogynae, quae minime desunt ut immerito cl. Bertol. l. c., cariopside multo breviores, filiformes, haud plumosae.

**1943.** Scirpus Holoschoenus L. Sp. p. 72. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 282. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Scirpoides maritimum, capitulis sparsis etc. Scheuchz. Agrost. tab. 8. fig. 2. 3. 4. 5.

β. australis, capitulis pisum subaequantibus, solitariis, paucisve Bertol. l. c. — S. australis L. — Willd. Sp. 1. p. 297.

Ic. Jacqu. Austr. tab. 448.

γ. romanus, capitulis crassis, solitariis, binisve, altero pedunculato Bertol. l. c. — S. romanus L. Sp. p. 72.

Ic. Scirpoides acutum maritimum, capitulo glomerato Scheuchz. l. c. fig. 6.

Species frequenter occurrit in pascuis collium solo humido, vel ad margines rivulorum, varietates promiscue in uliginosis secus litora. ♃

**1944.** Scirpus maritimus L. Sp. p. 74. Willd. Sp. 1. p. 306. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 298. α. β. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 277. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Engl. bot. tab. 542. — Cyperus panicula sparsa e spicis longioribus etc. Scheuchz. Agrost. tab. 9. fig. 7-8.

In fossis et paludosis secus litora vulgaris. ♃

**1945.** Scirpus sylvaticus L. Sp. p. 75. Willd. Sp. 1. p. 307. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 302.

Ic. Leers. Herb. tab. 1. fig. 4.

In pascuis montanis editis Apennini, tum in udis cum in apricis copiosissime. ♃

**1946.** Scirpus compressus Pers. Syn. 1. p. 66. — S. caricinus Schrad. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 291. — Schoenus compressus L. Sp. p. 65.

Ic. Gramen cyperoides, spica simplici, compressa, disticha Scheuchz. Agrost. tab. 11. fig. 6.

In pascuis montanis editis vulgatissimus. ♃

DCXI. FIMBRISTYLIS Vahl. — Endl. Gen. n.° 998.

**1947.** Fimbristylis dichotomus Vahl. — R. et S. Syst. 2. p. 95. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 310. excl. S. annuo All. et Synon. — Scirpus dichotomus L. Sp. p. 74.

Ic. S. annuus Host. Gram. 3. tab. 63. non All.

In graminosis udis agri sarzanensis et ad Spediam copiosissime. ①

## DCXII. ERIOPHORUM L. — Endl. Gen. n.° 1001.

**1948.** Eriophorum Scheuchzeri Hoppe. — Pers. Syn. 1. p. 70. Koch Syn. p. 745. — E. capitatum Host. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 316.
Ic. Host. Gram. 1. tab. 38.
In pascuis alpium albingaunensium palustribus ex herb. Savignone, ibidem legit Hortulanus H. bot. genuens. ♃

**1949.** Eriophorum latifolium Hoppe. — Koch Syn. p. 745. — E. pubescens Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 318.
Ic. Linagrostis panicula minore Vaill. Bot. paris. tab. 16. fig. 2.
In pascuis montanis praesertim humidis, spongiosisve frequens. ♃
Variat statura, latitudine foliorum, longitudine villi hypogyni, sed pedunculis tactu scabris, foliis planis, apice breviter triquetris ab E. angustifolio et gracili affatim distinguitur.

**1950.** Eriophorum angustifolium Roth. — Willd. Sp. 1. p. 313. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 320. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 216. — E. angustifolium β. laxum Koch Syn. p. 745.
In spongiosis Apennini ligustici et clavarensis copiose. ♃
Pedunculi plerique spicula longiores, laevissimi, folia canaliculata, superne triquetra.

## DCXIII. CAREX L. — Endl. Gen. n.° 957.

### I. Psyllophorae Degland. in Lois. Fl. gall. ed. 2. 2. p. 282.

**1951.** Carex davalliana Sm. Engl. fl. 4. p. 78. Willd. Sp. 4. p. 208.
Ic. Gramen cyperoides spica simplici crassa Scheuchz. Agrost. tab. 11. fig. 9. 10. excl. Syn. — Cyperoides parvum caulibus et foliis tenuissimis etc. Mich. Nov. pl. gen. tab. 32. fig. 1.
In pascuis madidis alpium nicaeensium ex herb. Viviani ♃
Culmus foliaque scabrida, spica dioica, stigmata tria.

### II. Scirpoides Degland. l. c. p. 284. — Vignea Reichb. Fl. excurs. p. 55. excl. Vigneis spuriis p. 60.

**1952.** Carex Linkii Schk. — Willd. Sp. 4. p. 223. — C. Gynomane Bertol. *Rar. pl. dec.* 2. *in Amoen. p.* 83. — C. tuberosa Degl. in Lois. Fl. gall. ed. 2. 2. p. 629.

Ic. Schk. Car. tab. 666. fig. 118.

In sylvaticis collium utriusque Liguriae pluribus locis copiosissime, Sarzanae, *Sestri Levante*, *Val del Lerone* etc. ♃

**1953.** Carex paniculata L. Sp. p. 1383. Willd. Sp. 4. p. 244. Koch Syn. p. 751.

Ic. C. radice repente, caule exquisite triangulari etc. Mich. Nov. pl. gen. tab. 33. fig. 7.

In paludosis alpium maritimarum Prof. Gherardi. ♃

**1954.** Carex divisa Huds. — Gooden. Car. in Roemer. Arch. 2. p. 156. Willd. Sp. 4. p. 233. Bertol. *Pl. rar. dec. I. p.* 72. et *Pl. genuens. p.* 203. — C. cuspidata Bertol. *Pl. genuens. ed. I.* ex ipso! et Viv. *in Ann. bot.* 2. *p.* 134.

Ic. Gooden. l. c. tab. 1. fig. 2.

In pascuis udis, praesertim secus litora copiosissima. ♃

**1955.** Carex vulpina L. Sp. p. 1382. Willd. Sp. 4. p. 231. Koch Syn. p. 750.

Ic. C. palustris maior radice fibrosa etc. Mich. Nov. pl. gen. tab. 33. fig. 13.

In pascuis madidis, secus rivulos in collinis frequens. ♃

Culmus crassinsculus exquisite triqueter, angulis scaberrimus, spica oblonga inferne composita, fructus dorso septemnervius, superne ad angulos scabridus, directione patulus; spica in planta genuensi minus grandis et minus decomposita quam in planta ex oryzetis ticinensibus, ubi antehac observavi.

**1956.** Carex muricata L. Sp. p. 1382. Willd. Sp. 4. p. 234. Kock Syn. p. 751. α.

β. virens Koch — C. loliacea Bellard. *App. p.* 250?

Ic. C. nemorosa, fibrosa radice, angustifolia etc. Mich. Nov. pl. gen. tab. 33. fig. 14.

In pascuis hinc inde. ♃

A sequente distinguitur spica oblonga, conferta, e spiculis solitariis utplurimum approximatis, nec inferne ramosa, nec eximie interrupta, squamis fusco-ferrugineis non pallidis, fructibus ad angulos crebre serrulato-scabris nec sublaevibus, in fructu patentissimis more praecedentis.

**1957.** Carex divulsa Gooden. Car. in Roem. Arch. 2. p. 158. Willd. Sp. 4. p. 235. Koch Syn. p. 751. Bertol. *Pl. genuens. p.* 204. Turio *Pl. clavar. p.* 27.

Ic. C. nemorosa, fibrosa radice, spica longa divisa Mich. Nov. pl. gen. tab. 33. fig. 10. et C. nemorosa ..... spica longa divulsa seu interrupta ibid. fig. 11.

In pascuis tum humentibus cum siccioribus, vulgaris. ♃

**1958.** Carex stellulata Gooden. Car. l. c. p. 146. Willd. Sp. 4. p. 236. Koch Syn. p. 753.

Ic. Gramen sylvaticum parvum tenuifolium cum spica aculeata Chabr. Sciagr. p. 191. rudis.

In pascuis spongiosis Apennini copiose. ♃

Icones Scheuchzeri tab. 11. fig. 3. et Michelii tab. 33. fig. 3. vix reddunt huiusce speciei faciem et figuram fructuum; imo in utraque deest character spicularum, et praesertim terminalis, basi quidquam attenuatarum ob flores inferiores masculos; descriptione insuper celeberr. Scheuchzeri, l. c. p. 490, dubium non tollitur, cum dicat in singula squama spicularum adesse utriculos.

**1959.** Carex remota L. Sp. p. 1383. Willd. Sp. 4. p. 239. Koch Syn. p. 753.

Ic. C. angustifolia, caule triquetro, capitulis pulchellis, strigosioribus etc. Mich. l. c. tab. 33. fig. 16. et C. angustifolia .... capitulis habitioribus ibid. fig. 15.

Frequens ad rivulorum margines, ad oram lacusculorum, et secus vias umbrosas in regione collina. ♃

**1960.** Carex Schreberi Willd. Sp. 4. p. 225. Koch Syn. p. 752.

Ic. Host. Gram. 1. tab. 46.

In pascuis Liguriae occiduae loco dicto *Inwréa*. ♃

**1961.** Carex leporina L. Sp. p. 1381. Koch Syn. p. 752. — C. ovalis Gooden. Car. l. c. p. 6. Willd. Sp. 4. p. 229. Balb. *Misc. bot.* 1. *p.* 40?

Ic. Gramen cyperoides spica e pluribus spicis brevibus etc. Scheuchz. Agrost. tab. 15.

In pascuis montanis Apennini vulgaris. ♃

Synonymon Balbisii mihi dubium, num forte ad C. divisam amandandum?

III. Cyperoides Degland. in Lois. Fl. gall. ed. 2. 2. p. 292.

**1962.** Carex caespitosa L. Sp. p. 1388. Willd. Sp. 4. p. 287. Koch Syn. p. 755.

Ic. Host. Gram. 1. tab. 91.

* pulchella, foliis angustissimis culmum triquetrum angulis superne scabriusculum aequantibus, superantibusve, margine scabridis, spica mascula solitaria, lineari-lanceolata, foemineis 1. 2, superiori sessili, infimaque brevissime pedunculata, cylindraceis, bractea inferiore foliacea evaginata basi biauriculata, spicam aequante vel superante, superiore spica multo breviore nullave, squamis oblongis apice rotundatis, fructu ovali-elliptico-compresso, utrinque rotundato enervi, squama longiore, rostello brevi truncato.

In spongiosis Apennini, tractus saepe latissimos occupans, varietas locis consimilibus in *Valle dell'Olba* et *Veirea* in Liguria occidentali. ♃

Varietas minor specie, spithamea vel vix pedalis, folia laete viridia, squamae atro-fuscae, fructus pallide virides.

**1963.** Carex stricta Gooden. Car. l. c. p. 185. Willd. Sp. 4. p. 287. Koch Syn. p. 755.

Ic. Gooden. l. c. tab. 3. fig. 9.

In paludibus agri albingaunensis, Berti. ♃

Statura elatiore, culmo basi vaginis squamaeformibus nitidis, rigidis cincto, vaginisque demum superioribus reticulato-fissis, spicis crassioribus, laxioribusque, fructibus cito deciduis, prae reliquis a C. caespitosa facile differt.

**1964.** Carex collina Willd. Sp. 4. p. 260. Bertol. *Pl. genuens. p.* 207. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 173. — C. montana Koch Syn. p. 758. Bertol. *Pl. genuens. ed. I.*

Ic. Host. Gram. 1. tab. 66.

In pascuis collium genuensium, et in apricis montanis hinc inde. ♃

C. montana L. ex Kochio eadem est ac praesens, sed a Goodenoughio et Smithio (Engl. fl. 4. p. 112.) ad piluliferam ducitur, et revera verba Linnaei (Fl. suec. ed. 2. p. 239.) folia mollia flavescenti colore manifesta, piluliferam potiusquam collinam indicare videntur. Synonymon Michelii, Cyperoides alpinum saxatile capillaceo folio etc. (Nov. pl. gen. p. 64) tab. 32, quae valde rudis et inepta, bis a Linnaeo citatur sub Carice

montana et globulari. Species aliunde nostra, habitu, flacciditate, colore squamarum atro-fusco nitente a C. praecoci prima fronte distincta. Folia variant culmo duplo breviora et culmum aequantia vel superantia.

**1965.** Carex praecox Iacqu. — Willd. Sp. 4. p. 262. — Koch Syn. p. 759.

Ic. Cyperoides vernum caule rotundo triquetro etc. Seguier Pl. veron. 1. tab. 1. fig. 2.

In pascuis apricis collinis montanisque passim. ♃

Occurrit saepe saepius fructibus deformatis lagenaeformibus, ex larva insecti cuiusdam in utriculo nidulante.

**1966.** Carex humilis Leyss. Fl. hal. ed. 2. p. 235. Koch Syn. p. 759. — C. clandestina Gooden. l. c. p. 163.

Ic. Cyperoides montanum humile angustifol. etc. Scheuchz. Agrost. tab. 10. fig. 1.

In pascuis apricis collium Liguriae australioris hinc inde, nec non in montanis. ♃

**1967.** Carex Gynobasis Vill. Fl. dauph. 2. p. 206. Koch Syn. p. 759. — C. alpestris All. — Willd. Sp. 4. p. 284. Bertol. *Pl. genuens. p.* 207.

Ic. C. diversiflora Host. Gram. 1. tab. 70.

In pascuis apricis sylvaticisque regionis collinae ubique frequens. ♃

Saepe monstrosa, spicis in apice calami fasciculato-capitatis, abortivis ex Uredine quadam.

**1968.** Carex digitata L. Sp. p. 1383. Willd. Sp. 4. p. 256. Koch Syn. p. 759. Bertol. *Pl. genuens. p.* 204. α. β. (excl. C. ornithopoda et pedata Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p* 173.

Ic. Cyperoides montanum ramosum .... spicis .... circa fastigium caulis sitis p. 65. tab. 32. fig. 9. et 14.

In pascuis montanis sylvaticis et in collibus frequens. ♃

Carex ornithopoda ab hac differt cariopside squama multo longiore, nec hucusque obtinui nisi ex Gallia, Helvetia et Germania. Varietates propositae a cl. Bertol. l. c. admitti nequeunt, cum potius sint status diversi eiusdem stirpis, quae revera dum iunior habet spiculas foemineas approximatas, quae postea inter se remotiusculae ob calami elongationem, at non semper. Icones Michelii ad hanc speciem aequo iure adduci possunt,

nec enim in icone nec in descriptione exhibentur characteres qui ornithopodam a digitata distinguunt.

**1969.** Carex pilosa SCOPOL. Fl. carn. ed. 2. p. 226. WILLD. Sp. 4. p. 278. KOCH Syn. p. 760.
Ic. HOST. Gram. 1. tab. 78.
In sylvis montium vallis *dell'Olba* et *Sassello* TRAVERSO. ♃

**1970.** Carex panicea L. Sp. p. 1387. WILLD. Sp. 4. p. 280. KOCH Syn. p. 760.
Ic. HOST. Gram. 1. tab. 79.
In pascuis udis Apennini genuensis, savonensis etc. ♃

**1971.** Carex glauca SCOPOL. Fl. carn. ed. 2. 2. p. 223. KOCH Syn. p. 761. — C. recurva HUDS. — WILLD. Sp. 4. p. 298. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 206. — C. flacca TURIO *Pl. clavar. p.* 27.
Ic. Cyperoides foliis caryophylleis etc. MICH. Nov. pl. gen. tab. 32. fig. 12.
In pascuis passim in regione collium. ♃
Planta polymorpha.

**1972.** Carex pallescens L. Sp. p. 1386. WILLD. Sp. 4. p. 105. KOCH Syn. p. 762.
Ic. Gramen cyperoides polystachyum flavicans etc. MICH. Nov. pl. gen. tab. 32. fig. 13.
In sylvis frequens. ♃

**1973.** Carex maxima SCOPOL. Fl. carn. ed. 2. 2. p. 229. KOCH Syn. p. 761. TURIO *Pl. clavar. p.* 27. — C. pendula HUDS. — WILLD. Sp. 4. p. 288. BERTOL. *Pl. genuens. p.* 205.
Ic. Gramen cyperoides latifolium, typha pendula longiore BARREL. Icon. tab. 45.
In paludibus sarzanensibus, albingaunensibus, et generatim ad fossas et lacuscula secus litora frequens, subinde in sylvis opacis. ♃
Variat foliis culmoque glaucis vel glauco-viridibus, spicis femineis inferioribus incluse pedunculatis, sed in reliquis omnino conveniunt.

**1974.** Carex frigida ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 270. WILLD. Sp. 4. p. 275. KOCH Syn. p. 762.

Ic. C. fuliginosa Host. Gram. 1. tab. 93.

In pascuis editis montium supra *Sassello*, rarissime, Traverso. ♃

**1975.** Carex sempervirens Vill. Fl. dauph. 2. p. 214. Koch Syn. p. 763. — C. ferruginea Schk. — Willd. Sp. 4. p. 274.

Ic. Host. Gram. 1. tab. 80.

In pascuis alpium maritimarum Prof. Gherardi. ♃

**1976.** Carex ferruginea Scopol. Fl. carn. ed. 2. 2. p. 225. Koch Syn. p. 763. — C. Scopolii Gaud. Fl. helv. Syn. 788. — C. nudiuscula Badar. Mss.?

Ic. Host. Gram. 1. tab. 81.

In sylvaticis alpium maritimarum frequens, cl. Boissier, M. D. Berti, Prof. Gherardi. ♃

Variat fructu squama paullulum vel conspicue longiore, glabro vel superne angulis hirto, vel collo toto hispidulo. Folia saepe culmo longiora, angustissime linearia, in sicco subinde complicata, fere iuncea.

**1977.** Carex sylvatica Huds. — Koch Syn. p. 766. — C. drymeia Ehrh. — Willd. Sp. 4. p. 296. — C. vesicaria β. L. Sp. p. 1. p. 1389.

Ic. C. capillaris Leers. Herb. tab. 15. fig. 2.

In sylvis humidis collinis montanisque vulgatissima. ♃

**1978.** Carex Oederi Ehrh. — Koch Syn. p. 765. Sm. Engl. Fl. 4. p. 107. Bertol. *Fl. alp. apuan. p.* 421.

Ic. Engl. bot. tab. 1773.

In spongiosis agri sarzanensis et Apennini haud rara. ♃

**1979.** Carex extensa Good. Caric. l. c. p. 169. Willd. Sp. 4. p. 268. Koch Syn. p. 766. — C. Balbisii Spreng. Pugill. 1. p. 86. ex specim. herb. Balbisii apud Herb. H. R. bot. taurinens.

Ic. Good. l. c. tab. 3. fig. 7.

In agro albingaunensi ad paludes copiosissima. ♃

**1980.** Carex distans L. Sp. p. 1387. Willd. Sp. 4. p. 271. Koch Syn. p. 765. Turio *Pl. clavar. p.* 27.

Ic. Schk. Car. tab. T. fig. 68.

In pascuis humidis vel hyeme inundatis, secus rivulos, ad paludum oras vulgaris. ♃

Variat spicis omnibus incluse pedunculatis vel inferiorum pedunculo

exserto, oblongis, cylindraceisve, fructu nervis plus minusve elevatis, sed semper multicostato, calamo brevi gracili, vel elongato plusquam pedali, pro loco.

**1981.** Carex punctata Gaud. Agrost. helv. et Fl. helv. Syn. p. 786. Kunze Caric. fasc. 1. p. 28.

Ic. Kunze l. c. tab. vi. optime.

In collibus Liguriae occidentalis, in pascuis udis, ad rivulos, vel locis interdum inundatis, vulgaris a Genua ad Nicaeam. ♃

**1982.** Carex provincialis Degl. in Loisl. Fl. gall. ed. 2. 2. p. 307. Kunze Caric. fasc. 2. p. 71.

Ic. Loisl. Fl. gall. tab. 31. — Kunze l. c. tab. 18. optima.

In paludibus et fossis agri albingaunensis et Nicaeae secus Varum. ♃

**1983.** Carex riparia Curt. — Willd. Sp. 4. p. 306. Koch. Syn. p. 767.

Ic. Cyperoides aquaticum maximum etc. Mich. Nov. pl. gen. tab. 32. fig. 7. 11.

In fossis agri sarzanensis, et Liguriae novensis Rosellini. ♃

**1984.** Carex hirta L. Sp. p. 1389. Willd. Sp. 4. p. 311. Koch Syn. p. 768.

Ic. Leers Herb. tab. 16. fig. 3.

In pascuis humidis, spongiosisve, frequens tum in ora maritima cum in montanis. ♃

**1985.** Carex ampullacea Gooden. Caric. l. c. p. 192. Koch Syn. p. 767.

Ic. Engl. bot. tab. 780.

In paludibus spongiosis Apennini orientalis ad *S. Stefano d'Aveto.* ♃

## CXVII. GRAMINACEAE Juss.

### I. *ANDROPOGONEAE* Kunth. — Koch Syn. p. 769.

#### DCXIV. ANDROPOGON — Andropogonis sect. 1. Koch. Syn. p. 770.

**1986.** Andropogon angustifolius Sibth. et Sm. — R. et S. Syst. 2. p. 822. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 470. et *Pl. genuens. p.* 211. — A. Ischaemum Schreb. — Turio *Pl. clavar. p.* 29.

Ic. Host. Gram. 2. tab. 2.

In pascuis aridis, ubique. ♃

**1987. Andropogon pubescens.** — Pedunculis tenuiter appresse, aequaliterque pubescentibus, spicis geminis longiusculis, rachios articulo inferiore pubescente, superioribus bifariam pilosis, flosculi hermaphroditi sessilis valvula exteriore tenuiter 5-nervi, sparsim longiuscule pilosa, anguste lanceolata, interiore glabra, utraque mutica apice truncata, glumellae paleis membranaceis, altera longissime ex apice bidentato-aristata, altera mutica margine ciliata. — A. pubescens Vis. — Reichb. Fl. excurs. p. 33. Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 162.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1499.

In collibus genuensibus cum A. hirto vulgatissimus. ♃

Spicae laxius floriferae, pauciores quam in sequente, haud canescentes.

**1988. Andropogon hirtus.** — Pedunculis apice longe patenterque villosis, inferne subglabris, spicis geminatis, rachios articulo inferiore pubescente, caeteris bifariam dense pilosis, flosculi hermaphroditi sessilis valvula exteriore lanceolata dense longiuscula pilosa 9-nervi, interiore carinata, superne carina villosula, utraque mutica, apice truncata, glumella bipaleacea, palea altera obovata ciliata, altera ex apice breviter bifido aristata, arista spicam subaequante. — A. hirtus L. Sp. p. 1482. Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 162. Reichb. Fl. excurs. p. 33. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 468. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 261. Turio *Pl. clavar. p.* 29.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1498.

In pascuis aridis regionis olivetorum vulgatissimus. ♃

Spicae plerumque multo breviores ac in praecedente, aristae circiter earumdem longitudinis, sed variant, in ipsissimis individuis, longiores fere ut in illo, et tunc arista quoque multo longior, caeterum cum pubescente vix confundi potest, et optimis characteribus et habitu proprio facile distinguitur.

**1989. Andropogon distachyus** L. Sp. p. 1481. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 261. et *Auct. p.* 46. Bertol. *Pl. genuens. p.* 209. Turio *Pl. clavar. p.* 29. — Pollinia distachya Spreng. Pug. 2. p. 12. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 463.

Ic. A. spicis binis terminalibus, culmo indiviso, Gerard. Fl. gallopr. p. 106. tab. 3. fig. 2. potius mala.

In collibus aridis vulgatissimus. ♃

Culmus spicis geminis multifloris terminatus, rachios articulis alterne excavatis apice dilatato-infundibularibus, ore obliquo denticulato, intus lateralibusque a basi inaequaliter barbatis, inferioribus bifloris, terminali trifloro. Flos hermaphroditus sessilis, masculi pedicellati, pedicellis dilatato-infundibularibus. — Floris hermaphroditi gluma 2-valvis chartacea tenuis, valva exterior oblonga, subcanaliculata 7-nervis, nervis secundariis inter primarios ab apice ad medium valvae circiter productis interiectis, cum primariis subinde anastomosantibus, ad latera inferne inflexa, superne latiuscule membranaceo-marginata, sub lente minute crebreque ciliolata, dorso inter nervos puberula, apice inaequaliter bifida, segmentis setaceo-acuminatis, integris unidentatisque, ciliolatis; interior acute carinata, trinervis ad nervos laterales submarginantes ciliata, ex apice bifido in setam subtilissimam valva ipsa longiorem producta, gluma exteriore minor. — Glumella membranacea 2-paleacea, haec mutica, marginibus inflexis bicarinata, ad flexuras pubescens, altera conduplicato-carinata ultra medium bifida glabra ex incisura aristata, arista infra medium flexa, parte inferiore lineari spiraliter torta, glabra, reliqua parte angulosa sub lente scabriuscula, palea quintuplo longior. Styli duo filiformes longiusculi, stigmata aspergilliformia. — Floris masculi gluma 2-valvis, exterior dorso sub lente puberula vix canaliculata oblongo-acuminata sub 9-nervia, margine sursum membranacea apice bifida, segmentis, nervis marginalibus excurrentibus, apiculatis, nervo medio in setam filiformem gluma longiorem producto; interior minor hyalina tenuissima 3-nervis, planiuscula, marginibus inflexis, ad flexuras puberula, apice brevissime setigera; glumellae paleae membranaceae, concavae, subaequales, apice minute eroso-denticulatae, altera minute ciliata.

Ab Andropogonibus separari haec planta nequit, et multo minus cum Chrysopogone, a quo omnino abhorret, nisi invita natura, coniungenda.

DCXV. CHRYSOPOGON Trin. — Polliniae sect. Chrysopogon Reichb. Fl. excurs. p. 34.

**1990.** Chrysopogon Gryllus Trin. Fund. Agrost. p. 187. — Andropogon Gryllus L. Sp. p. 1480. Bertol. *Pl. genuens. p.* 209. Turio *Pl. clavar. p.* 29. — Pollinia Gryllus Spreng. Pugill. 2. p. 10. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 465.

Ic. Ægylops bromoides iuba purpurascente Scheuchz. Agrost. p. 267. tab. 6. fig. 1. — Reichb. Iconogr. fig. 1501.

In pascuis siccis vulgatissimus. ♃

Flores in paniculam amplam dispositi, pedunculis simplicibus vel interdum bifidis; pedunculi sub apice oblique articulati, ad articulationem pilis confertis, brevibus involucrati, articulo locustifero brevi, obconico, compresso, barba involucrante breviore. Locustae triflorae, flosculus intermedius sessilis hermaphroditus, laterales masculi pedicellati, pedicellis sursum incrassatis, facie superne concavis, dorso convexis, glumam dimidiam floris hermaphroditi longitudine paullo superantibus, basi barbatis, ad latera et superiori parte articuli locustiferi adnatis. Flosculi hermaphroditi gluma bivalvis, valvis cartilagineis, duris, canaliculatis; exterior linearis, nervis lateralibus superne setulis incurvis, brevibus, rigidis, aculeolatis, margine vix membranacea, apice in apiculum bifidum, integrumve, sub lente minute setulosum producta; interior exteriore amplior et paullulum sub ea inserta, lateribus contracto-convergentibus, margine membranaceis, ciliata, apice bifida, obscure trinervia, ex incisura in aristam gluma sesquilongiorem producta, carina sub apice et ad aristae basim setuloso-ciliata. — Glumellae palea exterior obverse oblonga, membranacea, canaliculato-complicata, pilis deflexis copiosis ciliata, interior membranacea, apice in aristam pubescentem, gluma quadruplo longiorem producta; arista ad medium fracta, parte ipsius inferiori breviori complicata, intus glabra, striata, contortaque; palea tertia hyalina inter exteriorem glumellae et vaginulam infundibularem genitalem cingentem. Stylus unicus: stigmata duo aspergilliformia. — Gluma floris masculi bivalvis uniflora, valvae canaliculatae, exterior tenuiter 3-5-nervis apice in setam gluma breviorem producta, interior margine membranacea, ciliata, acutissima, vel breviter setigera. Glumella 3-paleacea: palea exterior maior obtusiuscula, interior apice bidentata, utraque margine ciliata, intermedia brevior, linearis, apice subtruncata, omnes membranaceae hyalinae, subinde paleae 4. 5.

Raro observantur locustae compositae, nempe loco floris unius masculi, locusta altera longius pedicellata ex flore hermaphrodito sessili et masculo pedicellato constans.

Hisce praemissis, quantum Ch. Gryllus ab Andropogone distachyo differat, unicuique facile manifestum erit.

DCXVI. HETEROPOGON Pers. Syn. 2. p. 533.

**1991.** Heteropogon Allionii R. et S. Syst. 2. p. 835. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 460. — Andropogon contortum All. *Fl. ped.* 2. *p.* 260.
Ic. All. l. c. tab. 91. fig. 4. — Reichb. Pl. crit. fig. 1496.
Ad rupes in collibus nicaeensibus Rev. Montolivo. ♃

DCXVII. SORGHUM Pers. Syn. 1. p. 101.

**1992.** Sorghum halepense Pers. l. c. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 473. — Andropogon halepensis Willd. Sp. 4. p. 932. Bertol. *Pl. genuens. p.* 2111. — Holcus avenaceus L. Sp. p. 1485.
Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1505.
In pascuis et locis neglectis secus litora. ♃

II. *PANICEAE* Kunth — Koch Syn. p. 771.

DCXVIII. LAPPAGO L. Gen. ed. Schreb. p. 55. — Endl. Gen. n.° 786.

**1993.** Lappago racemosa Willd. Sp. 1. p. 484. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 821. et *Pl. genuens. p.* 123. — Cenchrus racemosus L. Sp. p. 1487.
Ic. Dumort. Agrost. belg. tab. 14. fig. 55. bona.
In arenosis secus litora et in pascuis aridis ubique frequens. ①

DCXIX. DIGITARIA Scopol. — P. Beauv. Agrost. p. 50. tab. 10. fig. 12. — Hook. Brit. Fl. ed. 4. tab. 2. fig. 41.

**1994.** Digitaria sanguinalis Scopol. Fl. carn. ed. 2. 1. p. 52. R. et S. Syst. 2. p. 269. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 414. α. β.
Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1407.
In pascuis sterilibus, ad vias, locis neglectis vulgaris in Liguria maritima et transapennina. ①

Spicis subdigitatis 4-15, glumae valvula inferior minuta, ovato-triangularis, superior glumella duplo brevior; valvula floris neutri fortiter nervosa, inter nervos scabriusculos glabra.

**1995.** Digitaria glabra R. et S. Syst. 2. p. 471. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 417. — Panicum glabrum Gaud. Fl. helv. 1. p. 155. — Digitaria filiformis Koel.

Ic. Dumort. Agrost. belg. tab. 13. fig. 51.

In pascuis et locis neglectis secus litora genuensia. (1)

Gracilior praecedente; spicis subdigitatis 2-3; glumae valvula inferiore tenuissima, obtusissima, superiore glumellam aequante, valvula floris neutri tenuiter nervosa, inter nervos pubescente. — Vaginae in nostra sparsim villosae.

### DCXX. ECHINOCHLOA P. Beauv. Agrost. p. 53. tab. xi. fig. 2.

**1996.** Echinochloa Crus galli R. et S. Syst. 2. p. 478. — Panicum Crus galli L. Sp. p. 83. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 423. et *Pl. genuens. p.* 109. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Oplismenus Crus galli Dumort. Agrost. belg. tab. 14. fig. 53.

In pratis ad margines rivulorum, et locis humidis inundatisve frequens. (1)

Multum statura variat pro loco, palea exteriore floris neutri breviter mucronata vel in aristam plus minusve elongatam producta, glumae valvula superiore breviter vel longe cuspidata.

Echinochloa differt a Digitaria, Panico, Setaria, inflorescentia paniculata, paniculae ramis geminis, fasciculatisve, ob flores glomeratos confertos spicaeformibus, axi primario ad pedunculorum basim, et pedunculis, ad locustarum insectionem, setis longis e callo oriundis strigosis; flosculi neutri glumella bivalvi, interiore membranacea bidentata, exteriore, una cum valvula interiore glumae, ad nervos laterales setoso-aculeata.

### DCXXI. PANICUM P. Beauv. Agrost. p. 45. tab. x. fig. 1-5. Dumort. Agrost. belg. p. 136. tab. 13. fig. 50.

**1997.** Panicum capillare L. Sp. p. 86. R. et S. Syst. 2. p. 235. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 432. Balb. *Misc.* 1. *p.* 8.

Ic. Dumort. l. c. fig. 50.

In agro nicaeensi ex Herbario H. R. bot. taurin. (1)

---

Secus alveum torrentium et praesertim ad pistrinas occurrit non raro Panicum miliaceum L. quod evidenter cum cerealibus invectum.

### DCXXII. SETARIA P. Beauv. Agrost. p. 51. tab. 13. fig. 3. Hook. Brit. Fl. ed. 4. tab. 2. fig. 22.

**1998.** Setaria verticillata P. B. — R. et S. Syst. 2. p. 488. — Panicum

verticillatum L. Sp. p. 82. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 418. et *Pl. genuens. p.* 108. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1465.

In alveo torrentium, locis incultis, ad sepes secus litora et in collibus. ①

Facile distincta, setis involucrorum retrorsum aculeolatis, scaberrimis.

**1999.** Setaria glauca P. B. — R. et S. Syst. 2. p. 499. — Panicum glaucum L. Sp. p. 83. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 422. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1466.

In alveo torrentium prope Genuam. ①

Floris hermaphroditi paleae sub lente eximie transverse undulato-rugosae, palea floris neutri longiores.

**2000.** Setaria viridis P. B. — R. et S. Syst. 2. p. 488. — Panicum viride L. Sp. p. 83. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 420. (excl. P. verticillato *b.* ambiguo Guss.) et *Pl. genuens. p.* 109. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1467.

In arvis, pascuis sterilibus, locis neglectis passim. ①

Paleae floris hermaphroditi etiam sub vitro laeves, paleae floris neutri aequales.

## III. *PHALARIDEAE* Kunth. — Koch Syn. p. 773.

### DCXXIII. IMPERATA Cyrill. — Endl. Gen. n.° 940.

**2001.** Imperata arundinacea Cyrill. — R. et S. Syst. 2. p. 288. — Lagurus cylindricus L. Sp. p. 120. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 239. — Saccharum cylindricum Lamck. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 332.

Ic. Gramen pratense alopecur. etc. Barrel. Icon. tab. 11.

In pascuis humidis secus litora, Sarzanae, *Varazze*, Nicaeae etc. copiose. ♃

### DCXXIV. ANTHOXANTHUM L. — Endl. Gen. n.° 756.

**2002.** Anthoxanthum odoratum L. Sp. p. 40. R. et S. Syst. 1. p. 277. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 325. et *Pl. genuens. p.* 105. Turio *Pl. clavar. p.* 5. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 231.

Ic. Dumort. Agrost. belg. tab. 10. fig. 38.

In pascuis vulgo. ♃

DCXXV. PHALARIS L. — Endl. Gen. n.° 753.

2003. Phalaris canariensis L. Sp. p. 79. R. et S. Syst. 2. p. 402. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 337. et *Pl. genuens. p.* 107. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 233. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1492.

In pascuis, arvis vulgaris. (1)

Saepissime colitur.

Panicula ovata, ovato-oblonga, glumae valvulae carinatae, dorso alatae, ala in apicem acutum continuata integra, vel vix sinuosa, sub vitro minutissime ciliolata scabra; paleae floris fertilis aequales, elliptico-lanceolatae, adpresse villosae, utrinque ad latus palea floris neutri lanceolata glabra, fertilibus duplo breviore, fultae.

Variat in aridioribus statura vix pedali, panicula subrotunda.

2004. Phalaris nitida Presl. — Schult. Mant. 2. p. 214. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 338. — Ph. brachystachys Link. — Guss. Fl. sic. Syn. p. 118.

Ic. Trin. Spec. Gram. ex Auct. citat.

In pascuis siccis et arvis secus litora vulgaris. (1)

Panicula ovata, ovatove-oblonga, glumae valvulae carinatae, dorso alatae, ala vix sinuosa, integra, in apicem acutum continua vel subinde una alterave in apicem attenuata, margine, sub vitro, minutissime scabrida. Glumellae floris fertilis paleae ovatae, exterior acuta dense appresseque villosa, interior paullo brevior obtusiuscula, carina villosa, paleis florum sterilium binis minutissimis ovatis, obtusis, glabris, utrinque una, ad basim praeditae.

2005. Phalaris nodosa Willd. Sp. 1. p. 327. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 339. — Ph. minor Bertol. *Pl. genuens. in Amoen. p.* 107. ex parte. — Ph. tuberosa L. Mant. Cod. Linn. n.° 457.

Ic. Gramen typhinum phalaroides etc. Barrel. Icon. tab. 10.

In pratis siccis et arvis regionis collinae. (1)

Panicula oblonga cylindracea, glumae valvulae carinatae, auguste alatae, acutae, ala integra vel interdum angulata, sub vitro minutissime denticulata, in apicem continua; glumellae floris perfecti, paleae ovato-acutae, exterior sparse appresseque pubescens, interior paullo minor, carina sursum pubescente, palea floris fertilis angusta, plus duplo palea exteriore fertili breviore, auctae.

Variat glumis glabris et sparse villosis, margineque obiter ciliatis.

2006. Phalaris coerulescens Desf. Fl. atl. 1. p. 56. R. et S. Syst. 2. p. 404. Parlat. Pl. Nov. p. 33. — Ph. aquatica Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 341. non L. (cf. etiam Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 117.) Balb. *Misc. alt. p.* 5. 6.
Ic. Gramen phalaroides hirsutum etc. Buxb. Cent. 1. tab. 64.
* maior, culmo 2-3-pedali, glumis pallidis, nervis corumd. viridibus.

In humidis Liguriae occiduae prope *S. Remo* Panizzi, varietas Genuae ad feritorem. ♃

Culmus basi articulis brevibus, turgidis nodosus; panicula oblongo-cylindracea, glumae, sub vitro, scabridae, valvulae in mucronem apice attenuatae, latiuscule alatae, ala dentata cum apice continua, vel subinde oblique truncata; glumellae paleae subaequales glabrae absque rudimento flosculi neutri. Glumae purpureo-variegatae.

2007. Phalaris minor Retz. — Willd. En. Pl. H. Berol. p. 83. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 342. et *Pl. genuens. p.* 107. ex parte secund. cit. in *Fl. ital.* — Ph. aquatica Auct. nonnull.
Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1493.

In pascuis et arvis secus litora, etiam Genuae frequens. ⓘ

Panicula oblongo-cylindracea, glumae valvulae in mucronem attenuatae, dorso ala eximie dentata praeditae, et sub vitro minutissime scabridae; glumellae floris hermaphroditi palea exterior ovato-acuta, sparsim pubescens, interior minor, tenuior, carina pubescens, palea floris neutri unica, anguste lanceolata, ad basim paleae internae fere ut in Ph. nodosa.

2008. Phalaris paradoxa L. Sp. p. 1665. Willd. Sp. 1. p. 329. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 343. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 234.
Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1491.

In arvis et sterilibus secus litora hic illic. ⓘ

Flore intermedio ramulorum hermaphrodito, lateralibus sterilibus, lateralibus ramulorum inferiorum paniculae tantum, vel fere omnibus deformatis, minutis, rigidis, obtusis; glumella palea minutissima utrinque ad basim aucta facile a reliquis dignoscitur.

## IV. *ALOPECUROIDEAE* Koch Syn. p. 775.

### DCXXVI. ALOPECURUS L. — Endl. Gen. n.° 747.

2009. Alopecurus agrestis L. Sp. p. 89. Willd. Sp. 1. p. 357. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 370. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1473.

β. muticus Bertol. l. c.

Vulgatissimus in omni Liguria, in arvis, pascuis, in alveo torrentium; varietas in pascuis montanis supra *Torriglia.* (1)

Varietas praeter defect. arist. recedit a specie statura elatiore, racemo longiore densius florigero.

**2010.** Alopecurus bulbosus L. Sp. p. 11. et 1665. Willd. Sp. 1. p. 356. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 372. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 234.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1472.

In pascuis sarzanensibus ex Herb. H. R. bot. taurin. ♃

**2011.** Alopecurus utriculatus Pers. Syn. 1. p. 80. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 375.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1472.

In pascuis sarzanensibus Rosellini, in Liguriae novensis collinis Savignone. ♃

DCXXVII. CRYPSIS Ait. — Endl. Gen. n.° 745.

**2012.** Crypsis aculeata Schrad. — Willd. Sp. 1. p. 158. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 363. — Schoenus aculeatus L. Sp. p. 63. — Agrostis aculeata All. *Fl. ped.* 2. *p.* 237.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1469.

In pascuis arenosis humidis secus litora sarzanensia, Chiappori; albingaunensia Traverso. (1)

**2013.** Crypsis schoenoides Lamck. — R. et S. Syst. 2. p. 375. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 365. — Phleum schoenoides L. Sp. p. 88. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 233.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1470.

In pascuis maritimis Nicaeae cl. Cesati, et ex exemplaribus Herb. H. R. bot. taurin. (1)

**2014.** Crypsis alopecuroides Schrad. — R. et S. Syst. 2. p. 375. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 367.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1471.

In Apennino ad Trebbiam secund. Herb. Viv. (1)

### DCXXVIII. PHLEUM L. — ENDL. Gen. n.° 750.

**2015.** Phleum asperum IACQU. — PERS. Syn. 1. p. 79. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 355.

Ic. Chilochloa aspera REICHB. Iconogr. fig. 1487.

In arvis Liguriae transapenninae ROSELLINI. ①

**2016.** Phleum Gerardi ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 232. WILLD. Sp. 1. p. 355. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 353.

Ic. Colobachne Gerardi REICHB. Iconogr. fig. 1480.

In pascuis alpium maritimarum Tendae Rev. MONTOLIVO, cl. CESATI; *Viossene* Prof. GHERARDI ex Herb. SAVIGNONI. ♃

**2017.** Phleum alpinum L. Sp. p. 88. WILLD. Sp. 1. p. 355. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 350. BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 1. *p.* 29. 318. — Ph. commutatum GAUD.

Ic. REICHB. Iconogr. fig. 1483.

In pascuis editis Apennini et alpium maritimarum ubique. ♃

**2018.** Phleum pratense L. Sp. p. 87. KOCH Syn. p. 778. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 347. *α*. *β*. — Ph. nodosum L. Sp. p. 88.

Ic. REICHB. Iconogr. fig. 1484.

In pascuis sarzanensibus vulgaris, necnon in pascuis Apennini et alpium maritimarum. ♃

Profert persaepe in iisdem caespitibus paniculas cylindraceas elongatas, vel breves vix pollicares, variat insuper culmo stricto vel adscendente, internodiis inferioribus brevissimis incrassatis, basi bulbiformi.

**2019.** Phleum Michelii ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 233. et *Auct. p.* 38. R. et S. Syst. 2. p. 380. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 358.

Ic. Chilochloa Michelii REICHB. Iconogr. fig. 1489.

In pascuis apricis collium et montium humiliorum vulgatissimum. ♃

Variat statura a pede ad duos, foliis angustis vel latiusculis intense glaucis, panicula uni, bi, tri, quadripollicari.

### DCXXIX. MIBORA ADANS. — ENDL. Gen. n.° 746.

**2020.** Mibora verna P. BEAUV. — Agrostis minima L Sp. p. 93. ALL.

*Fl. ped.* 2. *p.* 238. — Chamagrostis minima SCHRAD. — R. et S. Syst. 2. p. 389.

Ic. DUMORT. Agrost. belg. p. 137. tab. 13. fig. 52. bona.

In agro nicaeensi ex Herb. H. R. bot. taurin. ①

V. *CHLORIDEAE* KUNTH. — KOCH Syn. p. 778.

DCXXX. CYNODON RICH. — ENDL. Gen. n.° 836.

**2021.** Cynodon Dactylon R. BR. — PERS. Syn. 1. p. 85. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 412. et *Pl. genuens. p.* 109. — Panicum Dactylon L. Sp. p. 85. TURIO *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. REICHB. Iconogr. fig. 1404.

In pascuis sterilibus praesertim secus litora, et in arvis frequens. ♃

VI. *ORYZEAE* KUNTH. — KOCH Syn. l. c.

DCXXXI. LEERSIA SOLAND. — ENDL. Gen. n.° 728.

**2022.** Leersia oryzoides WILLD. Sp. 1. p. 325. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 335. — Phalaris oryzoides L. Sp. p. 81. TURIO *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. REICHB. Iconogr. fig. 1495.

In pratis paludosis et fossis inter *Chiavari* et *Lavagna*, et in agro lunensi. ♃

VII. *AGROSTIDEAE* KUNTH. — KOCH Syn. p. 780.

DCXXXII. POLYPOGON DESF. — ENDL. Gen. n.° 813.

**2023.** Polypogon monspeliensis DESF. — R. et S. Syst. 2. p. 325. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 379. et *Pl. genuens. p.* 110. — Alopecurus monspeliensis L. Sp. p. 89. ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 235.

Ic. REICHB. Iconogr. fig. 1446.

In pascuis humidis secus litora utrinsque Liguriae frequentissimus. ①

Variat statura inter spithamam et pedem, culmis adscendentibus vel basi ad nodos radicantibus, longitudine paniculae a pollice ad duos, tresve.

2024. Polypogon maritimus Willd. — R. et S. Syst. 2. p. 326. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 381. Badar. *in Giorn. fis. chim.* 7. *p.* 363.

Ic. Guss. Pl. rar. tab. 5. fig. 2. quod ad glumae valvas haud bona, ipso monente cl. Gussone Fl. sic. Syn. 1. p. 126.

In pascuis secus litora *Sestri Ponente*, Savonae, Sarzanae. ①

Variat colore paniculae pallido vel purpurascente, caeterum vix confundendus cum praecedente, a quo facile distinguitur glumae valvulis apice conspicue bilobis, ex incisura aristam glumam ipsam quater superantem gignentibus.

## DCXXXIII. AGROSTIS L. — Endl. Gen. n.° 810.

2025. Agrostis Spica venti L. Sp. p. 91. R. et S. Syst. 2. p. 370. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 393.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1421.

* minor omnibus partibus. — A. purpurea Gaud.

Secus Porciferam legit D. Chiappori; varietas in agro nicaeensi Ill. Carrega, in montibus Apennini Savignone. ①

In varietate panicula plus minusve ampla, locustae senio purpurascentes.

2026. Agrostis rupestris All. *Fl. ped.* 2. *p.* 237. Koch Syn. p. 783. — A. alpina Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 398.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1423.

In pascuis Apenninorum Liguriae orientalis editiorum. ♃

Pedunculi laeves, palea inferiori haud bisetosa, arista infra medium paleae eiusdem inserta. Cf. Koch l. c.

2027. Agrostis canina L. Sp. p. 92. Willd. Sp. 1. p. 367. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 397.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1424.

In pascuis montanis humidis. ♃

Glumella unipaleacea, palea apice denticulata, supra basim aristata, hisce notis facile dignoscitur ab omnibus varietatibus sequentis.

2028. Agrostis vulgaris Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 402. et *Pl. genuens. p.* 110. — A. alba L. Sp. p. 93. Turio *Pl. clavar. p.* 7. — A. stolonifera L. Sp. p. 93.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1431-1435.

In pascuis tum apricis cum humidiusculis in maritimis, collinis, montanis, etiam supra altitudinem 4000 pedum. ♃

Quod ad synonyma speciei maxime ludicrae, frustra in varietates dirimendae, nisi eas ad infinitum perduxeris, cf. *Fl. ital.* l. c. — Sunt formae nonnullae quae sensim sumptae species autonomas sistere videntur, sed transitus non desunt.

**2029.** Agrostis verticillata Vill. Fl. dauph. 2. p. 74. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 408. Balb *Misc.* 1. *p.* 9. — A. stolonifera Bertol. *Pl. genuens p.* 111. non L. Turio *Pl. clavar. p.* 7?

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1435

In regione maritima ad rivulos, locisque paludosis frequens. ♃

A varietatibus confertifloris praecedentis distinguitur glumae valvis tota superficie, sub vitro, pilis minutissimis obsessis. Occurrit quandoque pumila, contracta, ut primo adspectu pro Crypsidis specie sumi possit.

**2030.** Agrostis pungens Schreb. — R. et S. Syst. 2. p. 373. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 409. All. *Fl. ped.* 2 *p.* 237. Reichb. Fl. excurs. p. 140. add.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1437.

In arenosis litoreis, Nicaeae, *Porto Maurizio*, *Albenga*, *Finale*. ♃

DCXXXIV. LAGURUS L. — Endl. Gen. n.° 862.

**2031.** Lagurus ovatus L. Sp. p. 119. Willd. Sp. 1. p. 453. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 728. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 239.

Ic. Dumort. Agrost. belg. p. 134. tab. 12. fig. 45. bona.

In sterilibus secus litora utriusque Liguriae copiosissime, Sarzanae, *Varigotti*, Albingaumi etc. ①

DCXXXV. CALAMAGROSTIS Adans. — Endl. Gen. n.° 817.

**2032.** Calamagrostis epigeios Roth. — Koch Syn. p. 784. — Arundo epigeios L. Sp. p. 120. Willd. Sp. 1. p. 456. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 743.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1453.

Ad rivulos in montibus genuensibus *d'Acqua fredda*. ♃

DCXXXVI. DEYEUXIA Clar. — Endl. Gen. n.° 818.

**2033.** Deyeuxia varia Kunth. — Calamagrostis montana Host. —

Koch Syn. p. 785. — Arundo montana Gaud. — R. et S. Syst. 2. p. 257. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 750.

Ic. Reichb. Iconogr. fig 1443.

In pascuis Apenninorum centralium et alpium maritimarum copiose. ♃

**2034.** Deyeuxia sylvatica Kunth. — Calamagrostis sylvatica DC. — Koch Syn. p. 785. — Arundo sylvatica Schrad. — R. et S. Syst. 2. p. 507. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 748.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1440.

In pascuis montis *Gottro* in Apennino orientali, alibique copiose, Bertucci, Traverso. ♃

DCXXXVII. AMMOPHILA Host. — Endl. Gen. n.° 820.

**2035.** Ammophila arenaria Link. — Koch Syn. p. 785. — Arundo arenaria L. Sp. p. 121. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 753. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 257. — Psamma arenaria R. et S. Syst. 2. p. 845.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1441.

In arenosis litoris sarzanensis copiosissime Traverso. ♃

DCXXXVIII. GASTRIDIUM P. Beauv. — Endl. Gen. n.° 811.

**2036.** Gastridium lendigerum Gaud. Fl. helv. 1. p. 176. — Milium lendigerum L. Sp. p. 91. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 390. et *Pl. genuens. p.* 110. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 235. Turio *Pl. clavar. p.* 8. — G. australe P. Beauv. — R. et S. Syst. 2. p. 342.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1418.

In pascuis aridis, arvis, vineis, in torrentium alveo, vulgatissimum in tota regione olivetorum. ①

VIII. *STIPACEAE* Kunth. — Koch Syn. p. 786.

DCXXXIX. MILIUM L. — Endl. Gen. n.° 762.

**2037.** Milium effusum L. Sp. p. 90. Willd. Sp. 1. p. 360. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 383.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1456.

In sylvis Apennini bobbiensis cl. Cesati, et in Apennino Liguriae orientalis Traverso. ♃

### DCXL. PIPTATHERUM P. Beauv. — Endl. Gen. n.° 794.

**2038.** **Piptatherum coerulescens** P. Beauv. — R. et S. Syst. 2. p. 328. — **Milium coerulescens** Pers. Syn. 1. p. 74. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 388. Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 138. — **M. paradoxum** All. *Fl. ped.* 2. *p.* 236. ex Bertol.

Ic. P. Beauv. Agrost. tab. 5. fig. 10.

In asperis collium maritimorum calidiorum pluribus locis frequens, in ins. Palmaria, *Portofino*, *Capo di Noli* etc. Nicaeae. ♃

**2039.** **Piptatherum multiflorum** P. Beauv. — R. et S. Syst. 2. p. 329. — **Milium multiflorum** Cav. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 386. — **Agrostis miliacea** L. Sp. p. 91. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 236.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1459.

Ad muros, rupes, sepes, locis sterilibus passim in Liguria oleifera. ♃

### DCXLI. STIPA Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 684.

**2040.** **Stipa pennata** L. Sp. p. 115. Willd. Sp. 1. p. 440. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 685.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1463.

In pascuis collium apricis supra *Sestri Ponente* copiose, Nicaeae Rev. Montolivo. ♃

**2041.** **Stipa Lagascae** R. et S. Syst. 2. p. 333. Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 128. — **S. iuncea** β. Desf. Fl. atl. 1. p. 98. Viv. *Fl. lib. Sp. p.* 6 in notâ ad **St. tortilem**, ex loco.

Ic. Desf. l. c. tab. 28.

In palmetis *Bordighiera* ex Herb. Viv. ♃

Folia complicato-filiformia scabriuscula, ligula producta bipartita, vagina suprema paniculae laxae pauciflorae partem inferiorem amplectens; glumae valvulae lanceolatae angustae margine membranaceae, apice in setam longam attenuatae, inferior superiorem paullulum excedens; glumellae palea exteriore infra medium trifarie pilosa, margineque ciliata, basi undique villo brevi involucrata, apice sub vitro minute puberula, caeterum glabra; arista longissima palmaris, medio geniculata parte inferiori valde contorta, appresse pilosella, superiore recta scabriuscula.

A St. tortili toto coelo differt, cum **iuncea** vix comparanda.

2042. Stipa tortilis DESF. Fl. atl. 1. p. 99. R. et S. Syst. 2. p. 332. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 688. DC. *Fl. fr.* 5. *p.* 257.

Ic. DESF. l. c. tab. 31. fig. 1.

In agro nicaeensi circa *Villafranca* Rev. MONTOLIVO, in agro albingaunensi ex Herb. VIV. ①

DCXLII. ARISTELLA BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 690.

2043. Aristella bromoides BERTOL. l. c. — Stipa Aristella L. Syst. — Cod. Linn. n.° 650. ALL. *Auct. p.* 39.

Ic. ALL. l. c. tab. 2. fig. 4.

In sterilibus collium nicaeensium cl. CESATI, *Porto Maurizio*, alibique in Liguria contermina. ♃

DCXLIII. LASIAGROSTIS LINK. — ENDL. Gen. n.° 795.

2044. Lasiagrostis Calamagrostis LINK. — Agrostis Calamagrostis L. Sp. p. 92. — Arundo speciosa WILLD. En. Pl. H. Berol. p. 128. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 736.

Ic. Calamagrostis speciosa HOST. Gram. 4. tab. 45.

In montibus nicaeensibus et albingaumensibus locis saxosis, aridis et ad rupes Ill. CARREGA, TRAVERSO ♃

Variat locustis paullo maioribus glumellaeque paleola externa longius aristata, caeterum omnino eadem cum forma vulgari.

IX. *ARUNDINACEAE* KUNTH. — KOCH Syn. p. 787.

DCXLIV. PHRAGMITES TRIN. — ENDL. Gen. n.° 824.

2045. Phragmites communis TRIN. — Arundo Phragmites L. Sp. p. 120. R. et S. Syst. 2. p. 510. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 741. TURIO *Pl. clavar. p.* 7.

Ic. REICHB. Iconogr. fig. 1729.

In paludosis, ad rivulos, fossas, frequens. ♃

DCXLV. ARUNDO L. — ENDL. Gen. n.° 821.

2046. Arundo Donax L. Sp. p. 120. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 732. TURIO *Pl. clavar. p.* 7. — Donax arundinaceus P. BEAUV. — R. et S. Syst. 2. p. 600.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1731.

In locis humidis secus litora hinc inde. ♃

Passim colitur.

DCXLVI. AMPELODESMOS Link. — Endl. Gen. n.° 822.

**2047.** Ampelodesmos tenax Link. — Arundo Ampelodesmos Cyr. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 739. et *Pl. genuens. p.* 120. Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 146. Turio *Pl. clavar. p.* 7. — A. festucoides Desf. Fl. atl. 1. p. 108.

Ic. Desf. l. c. tab. 34.

In pascuis ad Spediae sinus, in insula Palmaria, in monte *di Portofino*, copiosissime. ♃

X. *SESLERIACEAE* Koch Syn. p. 788.

DCXLVII. SESLERIA Arduin. — Endl. Gen. n.° 875.

**2048.** Sesleria coerulea Arduin. Specim. p. 18. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 502. *α. κ. δ.* (excl. *β.* et *ε.*) et *Pl. genuens. p.* 113. — Cynosurus coeruleus L. Sp. p. 106. Turio *Pl. clavar. p.* 7. — S. cylindrica DC. — Cynosurus cylindricus Balb. *Add. n.°* 9. — S. elongata Willd. En. pl. H. Berol. p. 112. — S. mutica Badar. *Osserv. in giorn. cit.* 7. *p.* 363?

Ic. Arduin. l. c. tab. 6. fig. 3. 4. 5. — Host. Gram. 2. tab. 98. 97.

In pascuis tum collium cum montium vulgo. ♃

Variat spica ovata et cylindracea elongata in ipsissimis coespitibus! item locustis coerulescentibus vel pallidis, confertis vel laxiusculis, paleis 3-5-dentatis, dentibus plus minusve, praesertim medio, in aristulam elongatis.

**2049.** Sesleria disticha Pers. Syn. 1. p. 72. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 508. — Poa disticha Wulf.

Ic. Poa seslerioides All. *Fl. ped.* tab. 91. fig. 1. — Oreochloa disticha Reichb. Iconogr. fig. 1366.

In pascuis editiorum alpium nicaeensium, ex Herb. H. R. bot. taurin. ♃

## XI. *AVENACEAE* Kunth. — Koch Syn. p. 790.

### DCXLVIII. KOELERIA Pers. Syn. 1. p. 97. DC. Cat. H. monsp. p. 115. Koch Syn. l. c.

2050. Koeleria cristata Pers. Syn. 1. p. 97. DC. Cat. H. monsp. p. 116. α. — Aira cristata L. Sp. p. 94. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 434. — Poa cristata Willd. Sp. 1. p. 402.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1668.

In pascuis collium genuensium et in alpibus maritimis. ♃

2051. Koeleria grandiflora Bertol. apud R. et S. Mant. 2. p. 345. — Aira grandiflora Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 436.

α. maior, panicula spicaeformi cylindracea basi interrupta locustis plerumque trifloris, vel bifloris cum pedicello tertii floris, foliis elongatis convolutis, planisve, vagina suprema culmi apicem subinde attingente.

β. minor, panicula spicaeformi cylindracea oblonga continua locustis bifloris vel cum pedicello tertii floris, culmo superiori parte longe exserto, foliis radicalibus numerosissimis, compactis brevibus, convolutis. — K. setacea DC. secund. specim. pyrenaica et hispanica à cell. Boissier et Roussel. — Moretti *Dec. V. l. c. p.* 1822. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 215.

Var. α. copiose provenit in collibus prope Genuam, et prae caeteris supra *Sestri*; β. in aridioribus ad promontorium *Noli*. ♃

In varietate α. culmus pedalis sesquipedalis, panicula ob glumas dorso virides, margine membranaceas, pulchre ex viridi et albo variegata, valvulae, paleaeque vel glaberrimae nitentes, vel tenuissime puberulae et dorso ciliatae; culmus utplurimum glaber vel apice tenuissime puberulus, folia margine ciliata vel glabra.

In var. altera culmus spithameus, panicula densior, locustae minores, pallescentes, variant ut in praecedente glabrae vel valvulis paleisque puberulis et dorso ciliatis.

2052. Koeleria villosa Pers. Syn. 1. p. 97. DC. Cat. H. Monsp. p. 118. — Aira pubescens Vahl. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 439. — Holcus arenarius All. *Auct. p.* 46. — Alopecurus litoreus All. *Fl. ped.* 2. *p.* 235. ex diagn. Bellard. secund. *Fl. ital.*

Ic. Phalaris panicula ovato-cylindrica spiciformi, glumis ciliatis Gerard. Fl. gallopr. p. 77. tab. 1. satis mala.

In litoribus arenosis ad Spediam, Albingaumi, Nicaeae. ①

Culmi inferne e nodis quandoque ramosi, et radicantes; folia vaginaeque undique pubescentes, culmus superne glaber, glumae valvulae pulchre ad carinam ciliatae, latere exteriore pubescentes, interno glabrae, glumella glabra.

**2053.** Koeleria phleoides Pers. Syn. 1. p. 97. DC. Cat. H. Monsp. p. 119. — Festuca cristata L. Sp. p. 111. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 624. — F. phleoides Vill. Fl. dauph. 2. p. 95. Bertol. *Pl. genuens. p.* 117. — Alopecurus ciliatus All. *Fl. ped.* 2. *p.* 235. ex Steudel.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1581.

In pascuis arvis ad muros ubique in regione collina, etiam in transapenninis. ①

In aridissimis gracillima vix palmaris, alibi spithamea, pedalis, sesquipedalisve, panicula spicaeformi continua vel lobata.

DCXLIX. LAMARCKIA Moenk. — Endl. Gen. n.° 895.

**2054.** Lamarckia aurea Moenk. — DC. Cat. H. monsp. p. 120. — Cynosurus aureus L. Sp. p. 107. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 590. et *Pl. genuens. p.* 16. *ed.* 1. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 241. — Chrysurus cynosuroides Pers. Syn. 1. p 80. Bertol. *Pl. genuens. p.* 116.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1515.

In regione olivetorum vulgaris ad muros, tecta, rarius in cultis ad terram. ①

DCL. DESCHAMPSIA P. Beauv. — Endl. Gen. n.° 857.

**2055.** Deschampsia coespitosa P. Beauv. — R. et S. Syst. 2. p. 685. — Aira coespitosa L. Sp. p. 96. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 447.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1682.

In pascuis montanis Apennini. ♃

DCLI. AIRA L. — Endl. Gen. n.° 859.

**2056.** Aira flexuosa L. Sp. p. 96. R. et S. Syst. 2. p. 678. *α. β.* Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 430. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 214. — A. montana Willd. Sp. 1. p. 378.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1678. 1679.

In pascuis praesertim montanis, nec non in collibus editioribus, et in sylvaticis umbrosis vulgaris. ♃

In locis opacis elatior, panicula diffusa divaricata, locustis expallentibus, in apricis aridisve minor, panicula contracta, locustis coloratis.

**2057.** Aira caryophyllea L. Sp. p. 97. Reichb. Fl. excurs. p. 50. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 455. α. — Avena caryophyllea Wigg. — Koch Syn. p. 797.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1676.

In graminosis montanis apricis. ①

Rigidior sequente, a quo differt locustis fere duplo maioribus etc.

**2058.** Aira cupaniana Guss. Fl. sic. Prodr. et Fl. sic. Syn. 1. p. 148. — A. capillaris Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 457. α. saltem quod ad plantam e Liguria.

*? ambigua, foliis vaginisque scabris, panicula trichotoma, primum strictiuscula, demum divaricata, pedicellis omnibus locusta multoties longioribus, tenuissimis, flexuosisve, flosculis aristatis. — A. capillaris β. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 458!

In pascuis collinis et montanis valde frequens. ①

Locustis breviter pedicellatis, imo compluribus pedicello longioribus, confertis, minutis, glumae valvulis ex apice eroso-denticulato in acumen breve productis, flosculis altero aristato, altero mutico tum ab Aira capillari cum a praecedente differt. Cf. Guss. l. c. et Koch Syn. sub Avena capillari, quae posterior habitu, ob paniculam valde divaricatam, ob pedicellos longiores, locustas maiores a nostra longe recedit. Flosculo raro utroque aristato variat.

Varietas florum magnitudine speciei similis, sed characteribus supra expositis insigniter differt.

## DCLII. CORYNEPHORUS P. Beauv. — Endl. Gen. n.° 856.

**2059.** Corynephorus articulatus P. Beauv. — R. et S. Syst. 2. p. 689. — Aira articulata Desf. Fl. atl. 1. p. 70. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 453. Balb. *Misc.* 1. *p.* 10. — A. canescens All. *Fl. ped.* 2. *p.* 244. excl. syn.

Ic. Desf. Fl. atl. tab. 13.

In arenosis litoreis, praesertim in agro savonensi, albingaunensi, clavarensi etc. copiosissime. ①

DCLIII. HOLCUS L. — Endl. Gen. n.° 754.

**2060.** Holcus lanatus L. Sp. p. 1485. R. et S. Syst. 2. p. 655. Bertol. *Pl. genuens. p.* 212. et *Fl. ital.* 1. *p.* 477. — H. mollis Turio *Pl. clavar. p.* 30.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1718-20.

* setiger, maior, glumis undique sparse villosis, ciliatisque, valvulae superioris nervo medio in setam tenuem glumam aequante producto, inferiore breviter setigera.

In pascuis ubique frequens in regione collina, varietas provenit in collibus supra *Sestri di Ponente.* ♃

Species polymorpha, praeter staturam, variat culmo superne nudo vel vagina folii superioris tecto, panicula ampla vel conferta fere spicaeformi, locustis pallidis vel purpura suffusis, plus minusve grandibus, plus minusve villoso-pubescentibus. Valvulis obtusiusculis, arista hamata inclusa aut vix subexserta, pubescentia molli vaginarum, foliorumque statim a sequente distinguitur.

**2061.** Holcus mollis L. Sp. p. 1485. R. et S. Syst. 2. p. 655. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 479. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 262.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1721.

In pascuis montium genuensium haud frequens. ♃

Culmi ad nodos pilis deflexis hirti, folia vaginaeque prorsus glabrae, gluma sub vitro minute scabra, carina minutissime aculeolata, valvulis acutissimis, arista longe exserta subgeniculata, paleae exteriores utrinsque floris basi barbatae; hisce notis a praecedente dignoscitur.

Holcus mollis Turio, ex loco *in herbidis ubique*, ad praecedentem absque dubio spectat.

DCLIV. ARRHENATHERUM P. Beauv. — Endl. Gen. n.° 865.

**2062.** Arrhenatherum avenaceum R. et S. Syst. 2. p. 496. α. β. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 484. — Avena elatior L. Sp. p. 117. Turio *Pl. clavar. p.* 7.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1715. 1716. — Avena bulbosa Host. Gram. 4. tab. 30.

In pascuis vulgo. ♃

Frequenter etiam apud nos culmi internodia inferiora abbreviata valde

incrassata profert, sed in hac quoque varietate culmi genicula glabra ut in forma typica. Locustae variant colore pallido, virente vel purpurascente.

## DCLV. AVENA L. — Gaud. Fl. helv. Syn. p. 79.

2063. Avena fatua L. Sp. p. 118. (excl. Syn. Scheuchz.) R. et S. Syst. 2. p. 669. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 694. et *Pl. genuens. p.* 120. Turio *Pl. clavar. p.* 7. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 255.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1712.

In pascuis aridis, ad vias, agrorum margines vulgatissima in Liguria maritima. ①

Locustis 2-3-floris, flosculis omnibus aristatis, a sequente, cui similis, differt.

2064. Avena sterilis L. Sp. p. 118. R. et S. Syst. 2. p. 670. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 692. et *Pl. genuens. p.* 120.

Ic. Gramen avenaceum utriculis lanugine flavescentibus Scheuchz. Agrost. tab. 5. fig. 1. — Reichb. Iconogr. fig. 1711.

Iisdem locis ac praecedens. ①

In exemplaribus quae hoc momento ad manus sunt, locustae biflorae vel triflorae, flosculo superiore minore, glabro, mutico, exacte ut in adducta Scheuchzeri icone.

2065. Avena pubescens, apennina Cesati Herb. — Avena pubescens Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 702. ex parte? — A. versicolor Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 215! excl. Syn.

In pascuis Apennini bobbiensis cell. Cesati, Balsamo, Bergamaschi. ♃

Recedit ab Avena pubescente statura elatiore culmis vaginisque crassioribus, foliis latioribus inferioribus vix pubescentibus, superioribus glabris, vel glabris omnibus, panicula coarctata, stricta. — A. versicolor Bergamaschi, ex exemplari ab Auctore cum cl. Balsamo communicato est omnino eadem, herba tamen graciliore.

2066. Avena pratensis L. Sp. p. 119. Willd. Sp. 1. p. 451. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 704. (excl. A. bromoide) Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 59. et 330.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1697-98.

In pascuis collium, montiumque humiliorum apricis vulgatissima. ♃

2067. Avena bromoides L. Sp. p. 1666. (excl. Syn. Scheuchz.) Gouan. Il. monsp. p. 52. All. *Auct. p.* 46. Boiss. Pl. sic. hispan. !

In pascuis collium maritimorum siccioribus Liguriae occidentalis a Savona ad Nicaeam copiose. ♃

Panicula racemoso-spicata, locustae 6-8-florae nubiles teretiusculae, inferiores geminatae, sessiles et pedunculatae, caeterae sessiles glumae valvulae inaequales, acutae ad nervos scabriusculae, inferior minor 3-nervis, superior quinquenervis; axis locustarum ad articulos penicillo pilorum minimorum utrinque instructus, caeterum glaber. Glumellae palea exterior tenuiter quinquenervis, sub vitro scabrida, inferne pubescens, apice membranacea denticulata, arista supra medium inserta, geniculata, flexuosa, flosculo longior; palea interior binervis, tenuissime ciliolata, apice obtusa bidenticulata; ligula triangulo-acuminata.

Planta ab A. pratensi abunde diversa et pessime cum ea a nonnullis confusa.

2068. Avena versicolor Vill. Fl. dauph. 2. p. 142. R. et S. Syst. 2. p. 675. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 706. — A. Scheuchzeri All.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1699.

In pascuis alpium maritimarum nicaeensium Rev. Montolivo. ♃

Avena versicolor Bergamaschi *Git. apenn.* huc certe non spectat ex exempl. eiusd. in herb. Balsamo.

2069. Avena fallax R. et S. Syst. 2. p. 672. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 700. — A. sempervirens All. *Auct. p.* 45. (saltem ex parte).

Ic. Guss. Pl. rar. tab. 9.

In pascuis alpium maritimarum *Rezzo, Triora, Frontero* etc. vulgaris. ♃

Planta ligustica sive foliis iunceis rigidis, sive ligula brevissima fere obliterata, pubescenti-ciliata, sive demum paniculae compositione, sive locustarum forma, flosculorumque numero, congruit cum descriptione Florae italicae, et distinguitur ab A. sempervirente, prae caeteris ligula brevissima. Synonymon Allionii huc, saltem partim, spectare vix mihi dubium, ex localitate in Auct. l. c. adducta.

2070. Avena setacea Vill. Fl. dauph. 2. p. 144. R. et S. Syst. 2. p. 673. Duby Bot. gall. p. 513. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 707. Balb. *App. p.* 218.

Ic. Vill. l. c. tab. 5.

In pascuis alpium *di Frontero* vulgaris Traverso. ♃

**2071.** Avena neglecta Savi *Fl. pis.* 1. *p.* 132. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 713. — Trisetum neglectum R. et S. Syst. 2. p. 660.

Ic. Savi l. c. tab. 1. fig. 4. haud bona.

In aridis circa Sarzanam Traverso. ♃

**2072.** Avena flavescens L. Sp. p. 118. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 715. α. et *Pl. genuens. p.* 120. Turio *Pl. clavar. p.* 7. — Trisetum flavescens R. et S. Syst. 2. p. 663.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1694-96.

In pascuis siccis collinis montanisque passim. ♃

**2073.** Avena myriantha Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 723. — A. mediolanensis Bals. et DNtrs Pl. sicc. et in Comoll. Fl. comens.

Ic. A. tenuiflora Reichb. Iconogr. fig. 1688. vix mediocris. – Cesati Icon. fasc. III. optima!

Locustae 2-3-florae, flosculis gluma brevioribus fere ut in Airis. — Omnino eadem ac planta in agro mediolanensi a me et cl. Prof. Balsamo primum detecta.

### DCLVI. DANTHONIA R. Br. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 725.

**2074.** Danthonia provincialis DC. — R. et S. Syst. 2. p. 689. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 726. — Avena calycina Vill. — A. spicata All.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1713-14.

In pascuis collium ubique. ♃

### DCLVII. TRIODIA R. Br. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 557.

**2075.** Triodia decumbens P. Beauv. — R. et S. Syst. 2. p. 597. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 559. — Festuca decumbens Schrad.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1572.

In sylvaticis collium genuensium et in apennino. ♃

### DCLVIII. MELICA L. — Endl. Gen. n.° 887.

**2076.** Melica uniflora Retz. — R. et S. Syst. 2. p. 524. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 491. Viv. *Fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 140.

Ic. M. Lobelii Vill. Fl. dauph. tab. 3. mala. — Reichb. Iconogr. fig. 1576.

In sylvaticis collium et montium humiliorum. ♃

**2077.** Melica nutans L. Sp. p. 98. R. et S. Syst. 2. p. 522. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 493. Viv. *l. c. p.* 139.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1577.

In sylvis montanis praesertim Apennini Liguriae occidentalis. ♃

Flosculis duobus fertilibus, glumae valvis apice rotundatis apprime ab uniflora et a M. pyramidali, ad quam propius accedit, differt.

**2078.** Melica pyramidalis Bertol. *Fl. alp. apuan. in Amoen. p.* 329. R. et S. Syst. 2. p. 525. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 494.

Ic. Gramen avenaceum longa erectaque panicula violac. Barrel. Icon. tab. 96. fig. 1.

In aridis saxosisve collium in regione olivetorum hinc inde frequens. ♃

**2079.** Melica minuta L. Mant. — Cod. Linn. n.° 564. R. et S. Syst. 2. p. 524. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 497. — M. aspera Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 138. non alior.

Ic. Gramen avenaceum angustifol. etc. Barrel. Icon. tab. 95. fig. 1.

In saxosis, ad rupes, murosve in Liguria maritima ubique frequens. ♃

**2080.** Melica ciliata L. Sp. p. 97. R. et S. Syst. 2. p. 522. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 487. Bergam. *Git. apenn. l. c. p.* 214.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1574-75.

In regione collina ad rupes, muros vetustos, ubique frequens. ♃

Variat panicula racemiformi, dense florigera, glumae valvula superiore flosculos superante, acuminata, laeviuscula.

**2081.** Melica Bauhini All. *Auct. p.* 43. R. et S. Syst. 2. p. 525. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 490.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1578.

In collibus maritimis Liguriae occiduae, a Savona ad Nicaeam, locis saxosis, ad rupes calidiores abunde. ♃

Palea flosculi fertilis externa inferiore parte tantum ciliata.

## XII. *FESTUCACEAE* Kunth. — Koch Syn. p. 799.

### DCLIX. BRIZA L. — Endl. Gen. n.° 883.

**2082.** Briza maxima L. Sp. p. 103. R. et S. Syst. 2. p. 521. α. β. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 565. et *Pl. genuens. p.* 115. Turio *Pl. clavar. p.* 6. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 248. — B. monspessulana All. *l. c.*

Ic. REICHB. Iconogr. fig. 1666.

In pascuis, arvis, in regione olivetorum copiosissime. (1)

2083. Briza media L. Sp. p. 103. R. et S. Syst. 2. p. 520. α. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 563. TURIO *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. REICHB. Iconogr. fig. 1665.

In pascuis collinis et montanis vulgaris. ♃

2084. Briza minor L. Sp. p. 102. R. et S. Syst. 2. p. 519. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 561. TURIO *Pl. clavar. p.* 6. — B. virens ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 247. et *Auct. p.* 42.

Ic. REICHB. Iconogr. fig. 1663.

In pascuis et arvis regionis collinae frequens, subinde in montibus humilioribus. (1)

DCLX. ERAGROSTIS HOST. — REICHB. Fl. excurs. p. 48.

2085. Eragrostis megastachya LINK. — KOCH Syn. p. 800. — Briza Eragrostis L. Sp. p. 103. TURIO *Pl. clavar. p.* 6? — Poa Eragrostis BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 555. ex parte. — Megastachya Eragrostis P. BEAUV. — R. et S. Syst. 2. p. 584.

Ic. REICHB. Iconogr. fig. 1662.

In arvis et pascuis sterilibus secus litora frequens. (1)

Locustis perfectis e basi subcordata oblongo-linearibus, 20-30-floris; panicula magis conferta a sequente differt, sed forte mera varietas e loco.

2086. Eragrostis poaeoides P. BEAUV. — KOCK Syn. p. 800. — Poa Eragrostis L. Sp. p. 100. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 554. ex parte.

Ic. REICHB. Iconogr. fig. 1661.

In pascuis et arvis sarzanensibus, Genuae in arvis et locis neglectis hortorum. (1)

2087. Eragrostis pilosa P. BEAUV. — R. et S. Syst. 2. p. 575. — Poa pilosa L. Sp. p. 100. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 552. TURIO *Pl. clavar. p.* 7.

Ic. REICHB. Iconogr. fig. 1659.

In pascuis arenosis humidis, in hortis, ad vias tum in litoreis, cum in Liguria novensi vulgaris. (1)

DCLXI. POA Reichb. Fl. excurs. p. 45.

2088. Poa nemoralis L. Sp. p. 102. Koch Syn. p. 804. α. β. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 544.
Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1638-44.
In sylvaticis Apennini. ♃

2089. Poa pratensis L. Sp. p. 99. R. et S. Syst. 2. p. 532. N.° I. II. III. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 542. et *Pl. genuens. p.* 115. Turio *Pl. clavar. p.* 7. — P. angustifolia L. Sp. p. 99. Bertol. *Pl. genuens. ed. I.*
Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1648-52.
In pascuis collinis, montanisque frequentissima. ♃
Planta quod ad staturam, foliorum latitudinem, quae subinde convoluta, valde ludibunda.

2090. Poa trivialis L. Sp. p. 99. R. et S. Syst. 2. p. 534. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 538. (excl. P. cilianensi All., de qua cf. *Fl. ital.* 3. *p.* 582.) Turio *Pl. clavar. p.* 7.
Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1654.
β. culmis vaginisque laevibus Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 96.
In pascuis montanis fertilioribus vulgatissima. ♃
Ludit complurimum statura, crassitie culmorum, florum colore, tamen a praecedente facile distinguitur ligula elongata et vaginis culmoque plerumque scabriusculis.

2091. Poa annua L. Sp. p. 99. R. et S. Syst. 2. p. 535. α. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 529. et *Pl. genuens. p.* 115. Turio *Pl. clavar. p.* 7.
Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1621.
Ad vias, domos, locis graminosis passim. ①

2092. Poa alpina L. Sp. p. 99. Koch Syn. p. 802. α. ε. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 527. α. — P. badensis Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 42. — P. Molineri Balb. *Add. n.°* 8. et *Misc. bot.* 1. *p.* 12.
Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1626-29. — Balb. *Misc.* tab. 5. fig. 1.
In pascuis Apenninorum editiorum cl. Prof. Balsamo, et in alpibus maritimis frequens. ♃

2093. Poa bulbosa L. Sp. p. 102. R. et S. Syst. 2. p. 537. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 534. et *Pl. genuens. p.* 113.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1619.

β. vivipara L. l. c. — Bertol. l. c.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1620.

In pascuis apricis regionis collinae, vulgaris, varietas β. praesertim in moeniis urbis quam α. frequentior. ♃

2094. **Poa compressa** L. Sp. p. 101. R. et S. Syst. 2. p. 558. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 549.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1636.

Ad rupes in montibus et collibus genuensibus: in transapenninis Rosellini. ♃

Locustae variant 3-6-7-florae.

### DCLXII. GLYCERIA Koch Syn. p. 806.

2095. **Glyceria spectabilis** M. et K. ex Koch Syn. p. 806. — Poa aquatica L. Sp. p. 98. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 513.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1614.

In fossis agri sarzanensis Rosellini. ♃

2096. **Glyceria fluitans** R. Br. — R. et S. Syst. 2. p. 695. — Poa fluitans Scopol. Fl. carn. ed. 2. 1. p. 73. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 518. et *Pl. genuens. p.* 113. — Festuca fluitans L. Sp. p. 111. Turio *Pl. clavar. p.* 7.

Ic. Reichb Iconogr. fig. 1615.

In fossis, ad rivulos vulgatissima secus litora. ♃

### DCLXIII. MOLINIA M. et K. — Koch Syn. p. 808.

2097. **Molinia coerulea** Koch l. c. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 499. — Aira coerulea L. Sp. p. 95. — Melica coerulea L. — Bertol. *Pl. genuens. p.* 112.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1606.

In pascuis sylvaticis, et locis humidis, praesertim montanis. ♃

2098. **Molinia serotina** M. et K. — Koch Syn. l. c. — Festuca serotina L. Sp. p. 111. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 621.

Ic. Diplachne serotina Reichb. Iconogr. fig. 1571.

In pascuis aridis saxosisve collium maritimorum, et ad rupes hinc inde. ♃

### DCLXIV. DACTYLIS L. — Endl. Gen. n.° 892.

**2099.** Dactylis glomerata L. Sp. p. 105. Koch Syn. p. 808. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 568. et *Pl. genuens. p.* 116. Turio *Pl. clavar. p.* 6.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1523.

β. hispanica Koch. l. c. — D. hispanica Roth — Balb. *Misc. alt. p.* 7.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1521.

In pascuis fertilioribus vel in locis umbrosis humidisve: varietas in aridioribus collium maritimorum et transapenninorum. ♃

Ex eodem caespite utramque varietatem prodire vidi, α. vere, β. aestate vel autumno post foenisecium!

### DCLXV. CYNOSURUS Koch Syn. p. 809.

**2100.** Cynosurus cristatus L. Sp. p. 105. R. et S. Syst. 2. p. 517. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 584. Turio *Pl. clavar. p.* 7.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1351. 1352.

In pratis frequens. ♃

**2101.** Cynosurus echinatus L. Sp. p. 105. Willd. Sp. 1. p. 412. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 586.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1349. 1350. — Phalona echinata Dumort. Agrost. belg. p. 114. tab. 5. fig. 20.

In arvis, pascuis, frequentius in montanis. ①

### DCLXVI. FESTUCA Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 82.

#### 1. Vulpia Koch Syn. p. 810.

**2102.** Festuca uniglumis Soland. — R. et S. Syst. 2. p. 728. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 634. Balb. *Misc. alt. p.* 8. — Vulpia uniglumis Reichb. Fl. excurs. p. 37.

Ic. Savi Cos. bot. tab. 3. fig. 6. *a. b.*

In arenosis et pascuis secus litora vulgatissima. ①

Gluma et glumella scabrae, pilosas uti habet cl. Bertol. l. c. hucusque mihi haud obtigit. — Variat culmo et paniculae parte inferiore vagina suprema inclusis, et culmo conspicue exserto.

**2103.** Festuca ligustica Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 631. — Bromus ligu-

sticus All. *Fl. ped.* 2. *p.* 249. Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 145. — Vulpia ligustica Link.

Ic. Savi Cos. bot. tab. 3. fig. 10. *a. b.*

* pedicellis, glumis, glumellisque extus undique appresse pubescentibus.

In pascuis regionis olivetorum hinc inde magna manu, Genuae in fossis urbis vulgatissima: varietas in pascuis ad Spediae sinus. ①

**2104.** Festuca geniculata Willd En. pl. H. berol. p. 118. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 633. — Bromus geniculatus L. Maut. — Cod. Linn. n.° 641. Vulpia geniculata Link.

Ic. Savi Cos. bot. tab. 3. fig. 3. *a. b.*

In pascuis agri lunensis D. Chiappori. ①

Similis praecedenti, sed differt valvula inferiore dimidiae longitudinis ac superior.

**2105.** Festuca ciliata Danth. — DC. et Duby Bot. gall. p. 517. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 640. — F. Myurus Willem. — Koch Syn. p. 810. — Vulpia ciliata Link. — Parlat. Pl. nov. p. 49.

Ic. Savi Cos. bot. tab. 3. fig. 2. *a. b*

In pascuis aridis, arvis, vineis in regione collina. ①

**2106.** Festuca Myurus L. Sp. p. 109. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 636. α. — Vulpia Myurus Gmel. — Parlat. Pl. Nov. p. 46. α. — F. Pseudo-Myurus Willem. — Koch Syn p. 811.

Ic. Savi Cos. bot. tab. 3. fig. 8. *a. b.*

In pascuis aridis praecedente frequentior. ①

Adsunt, etsi raro, specimina, in quibus culmus superne nudus se praebet, sed ab insequente diversam censeo.

**2107.** Festuca sciuroides Roth. — Koch Syn. p. 811. — F. Myurus β. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 636. — Vulpia Myurus β. Parlat. Pl. nov. p. 47. — F. bromoides Auct. an L.?

Ic. Savi Cos. bot. tab. 3. fig. 7.

In pascuis collinis supra *Sestri Ponente.* ①

A praecedente iam habitu facile dignoscitur, differt panicula breviore conferta sed ampliore, a vagina folii superioris insigniter, ob culmum exsertum, distante, locustis 6-7-floris, flosculis divaricatis, discretis, valvula inferiore glumae superiore dimidio breviore, dum in F. Myuro, locustae 4-5-florae, flosculis erectiusculis fere contiguis, valvula inferior superiore

ut plurimum multoties longior. — In F. Myuro insuper palea superior ad nervos conspicue aculeolis patentibus scabra, in sciuroide nervi paleae superiores glabri vel vix sub acrioribus vitris ciliolati. — Haec saltem ex comparatione speciminum loco citato collectorum cum illis vulgatissimae speciei praecedentis.

2. FESTUCAE GENUINAE KOCH Syn. p. 811.

**2108.** Festuca ovina L. Sp. p. 108. DUBY Bot. gall. p. 518. TURIO *Pl. clavar. p.* 7? — F. ovina, vulgaris KOCH Syn. p. 811. 812. — F. duriuscula δ. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 604! ex specimine a cl. CESATI. — F. capillata LAMCK.

Ic. LEERS. Herb. tab 8. fig. 4.

In pascuis apricis collinis montanisque frequens. ♃

A F. duriuscula mihi omnino distincta videtur characteribus constantibus, eximiisque, nec inter tot tantaque specimina Festucae duriusculae quae praesto sunt, transitus ab una in alteram speciem ullus extat. — Caespites lati sed laxiusculi, folia copiosissima, setacea, semper scabrida, culmus tetragonus longe nudus, locustae minute 4-6-florae, flosculis teretiusculis, sub anthesi remotiusculis patentibus: palea exterior mutica vel brevissime mucronato-setigera, ut et habitus peculiaris prima fronte a duriuscula hanc speciem separant.

**2109.** Festuca duriuscula DUBY Bot. gall. p. 518.

α. locustis glabris DUBY l. c. — F. duriuscula BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 601. var. α. (excl. F. rubra *Fl. ticin.*) et *Pl. genuens. p.* 117. TURIO *Pl. clavar. p.* 7? — F. glauca Botan. nonnull.

β. cinerea, locustis undique dense pubescentibus DUBY l. c. — F. cinerea VILL. Fl. dauph. 2. p. 98. — F. duriuscula β. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 603. — F. Dumetorum L. Sp. p. 109. — F. longifolia VIV. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 145. secundum specimina in monte *di Portofino* collecta.

In pascuis apricis collinis et montanis vulgatissima, β. praesertim in aridioribus supra Genuam. ♃

Quamvis polymorpha, tamen a F. ovina et heterophylla probe distinguitur, caespitibus compactis, duris, fere Nardi ut in sequente, vaginis foliorum inferiorum nitidis, pallentibus, papyraceis, ad costam valde incrassatis, ad culmi basim fasciculatis, arcteque invicem superimpositis;

foliis, rite evolutis, complicato-iunceis, rigidis, pungentibus. — Verum variat innumeris ferme rationibus, statura a 2. 3. pollicibus ad spithamam, pedem et paullo ultra, foliis plus minusve arcuato-recurvis, locustis 4-8-floris, paleis acutis vel seta brevi terminatis: in var. β. palea exterior setigera, seta dimidiam paleam longitudine superante, vel breviore, culmus laevis vel scabriusculus. — Unicuique varietati porro subesse videtur forma glaucescens, parvi facienda.

F. longifolia Viv. l. c., a cl. Bertol. in *Fl. ital.* omissa, ad hanc speciem pertinet, praeeunte eodem cl. Bertol. *in Amoen. l. c.*; praebet formam magis evolutam, et variat locustis glabris vel ut plurimum pubescentibus.

2110. Festuca inops. — Compacte caespitosa, foliis complicato-compressis, dorso scabriusculis, inferiorum fasciculatorum, rigidorumque, vaginis nitidis, papyraceis, culmeis biauriculatis, auriculis productis, obtusis, membranaceis, interiore oblonga, exteriore ovata subduplo longiore, culmo striato, compresso, laevi, panicula contracta, racemiformi, locustis ovatis, sexfloris, pruinosis, glumae valvulis subaequalibus, exteriore obsolete trinervi, margine membranacea, dorso sub apice scabrida, glumellae palea exteriore elliptico-lanceolata, obsolete 5-nervi, seta brevissima mucronata, sub apice scabrida, interiore bidentata, superne ad nervos scabriuscula.

In pascuis aridis montis *Gazzo* supra *Sestri a Ponente*. ♃

Spithamea vel minor, radix fibrosa, caespites compacti, fere Nardi, folia pallide glauca, rigida, recta, vel recurva, longitudine varia, culmum subinde fere aequantia, facie interna sub acrioribus vitris pilis minutis, densis, subfurfuracea; panicula brevis, locustae plerumque sexflorae, 6. millimetr. longitud. aequantes, glauco-pruinosae, vel laevi purpura suffusae, more F. ametysthinae.

A F. duriusculae varietatibus pumilis, etiam in eodem monte obviis, nostra differt, prae reliquis, culmo compresso, vaginis foliorum superiorum, culmum, lateribus superimpositis arcte cingentibus, auriculis earumdem pro planta magnis, productis, quarum, quae latere vaginae succubo respondet, exteriore ut plurimum duplo longior, 2. 3. millim. longitudine aequans. — Glumis haud ciliatis a F. ametysthina differt.

2111. Festuca heterophylla Lamck. — R. et S. Syst. 2. p. 724. — Bertol.

*Fl. ital.* 1. *p.* 609. ALL. *Auct. p.* 42. — F. nemorum LEYSS. — F. rubra BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 1. *p.* 327. et plur. auct. — F. nigrescens LAMCK.
Ic. Gramen tenuifolium glabrum etc. VAILL. Bot. paris. tab. 18. fig. 6. REICHB. Iconogr. fig. 1558.

In pascuis collium apricis sylvaticisque, necnon in montanis editis. ♃

Characteres quibus haec species a F. duriuscula discriminatur, post repetitas observationes in sequentibus repono. — Caespites laxos format: radix fibrosa, at eodem tempore stolones breves edens: culmi basi vaginis foliorum fasciculatorum tecti, sed vaginae ipsae laxae, membranaceae, flaccidae, coloratae, ut plurimum colore rubro-fusco, facile in fila solutae; folia radicalia complicato-subtriquetra vel compressa, plerumque angulis scabriuscula, numquam rigida nec pungentia; culmea superiora plana vel demum convoluta vel complicata. — Caeterum variat ut duriuscula, statura, foliis plus minusve elongatis, plus minusve crassis, numero flosculorum in quovis locusta, seta plus minusve producta, colore foliorum viridi, vel glauco, locustis pallide viridibus, glaucis, vel purpureo-suffusis. — F. rubra Fl. helv. et Fl. gall. ex acceptis speciminibus pro maxima parte huc spectat.

**2112.** Festuca Halleri VILL. Fl. dauph. 2. p. 103. R. et S. Syst. 2. p. 716. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 607.
Ic. REICHB. Iconogr. fig. 1535.

In pascuis alpium nicaeensium *alla Madonna delle Finestre* ex Herb. H. R. bot. taurin. ♃

Cl. BERTOL. *Fl. ital. l. c.* ad hanc speciem ducit F. nigrescentem et violaceam, quarum prior ad F. heterophyllam, posterior ad duriusculam pertinet ex diagnosi cl. KOCH Syn. p. 812. — Nomine F. violaceae in herbariis, F. heterophyllae forma alpina saepe occurrit.

3. SCHENODORI KOCH Syn. p. 813.

**2113.** Festuca flavescens BELLARD. in Act. taur. 5. p. 217. R. et S. Syst. 2. p. 722. — F. flavescens β. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 598.

In pascuis alpium *di Frontero*, *Triora* et Liguriae occiduae. ♃

**2114.** Festuca spadicea L. Syst. ed. XII. add. — Cod. Linn. n.° 623. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 611. — Anthoxanthum paniculatum L. Sp. p. 40. — Schenodorus spadiceus R. et S. Syst. 2. p. 700.

Ic. Poa panicula erecta, spiculis trifloris, glabris, corollis acuminatis calyce duplo longioribus. Gerard. Fl. gallopr. p. 91. tab. 2. fig. 2.

In pascuis alpium maritimarum vulgaris, Prof. Gherardi ex herb. Savignoni, Traverso. ♃

**2115.** Festuca elatior L. Fl. suec. ed. 2. p. 32. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 616. — Schenodorus elatior R. et S. Syst. 2. p. 699. — F. pratensis Turio *Pl. clavar. p.* 7.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1565. 1568.

In pascuis, ubique vulgatissima, praesertim in collinis. ♃

In locis aridis vix pedalis, panicula subsimplici, racemosa; locustae virides, vel e viridi-violaceo-variegatae.

**2116.** Festuca apennina.

In sylvis montanis opacis Liguriae orientalis, *Monte Gottro, S. Stefano d'Aveto*, Traverso. ♃

Planta 2-3-pedalis; radix fibrosa, culmus sub anthesi vagina folii supremi, paniculae basim quoque includente, obtectus, vel breviter exsertus; vaginae laxae, fortiter striatae, laevissimae, ore obliquae, folia glaucescentia, plana, late linearia, margine et nervis utrinque scabrida, ligula brevis, truncato-lacera subspadicea, obliqua; panicula racemosa nutans, axi ramisque angulis scabris, ramis geminis, solitariisve, vel plerumque alternatim geminis et solitariis, minore uno, longiore vel solitario 2-3-locustifero, supremis simplicibus; locustae 5-florae, ante anthesim teretiusculae, centimetrum integrum cum dimidio, setis non computatis, aequantes, pallide virides, flosculis demum divaricatis, remotis, ovatae. Glumae valvula inferior anguste lanceolato-acuminata 1-nervis, superior oblonga, obtusiuscula, vel vix acutiuscula 5-nervis, margine membranacea, axi tenuiter puberulo. Glumellae paleae minutissime sub lente punctulatae, longitudine aequales, inferior oblongo-acuta 5-nervis, margine scariosa, superne scabrida, ex apice bidentato-setigera, seta paleam dimidiam aequante vel superante, scabra; interior lanceolata, binervis ad flexuras ciliolata, apice minute bidentata, membranacea; ovarium truncatum glabrum.

A Festuca decolorante M. et K., cui affinis videtur, recedit, valvula superiore haud acuminata, ligula magis producta.

DCLXVII. SCLEROCHLOA Link. — Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 92.

**2117**. Sclerochloa maritima Link. — Triticum maritimum L. Sp. p. 128. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 814. et *Lucubr. p.* 5. — Brachypodium maritimum R. et S. Syst. 2. p. 743.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1519.

In arenosis litoreis Liguriae occiduae prope Albinganumm Badarò ex specim. in Herb. cl. Prof. Balsamo, in litore clavarensi. ♃

**2118**. Sclerochloa rigida Link. — Poa rigida L. Sp. p. 101. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 522. et *Pl. genuens. p.* 113. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 247. Turio *Pl. clavar. p.* 7.

Ic. Gramen filiceum Vaill. Bot. paris. tab. 18. fig. 4.

In pascuis aridis, ad vias, muros, in arenosis maritimis vulgatissima. ①

In arenis maritimis elatior, culmo geniculato adscendente, ramoso, panicula ramosiore.

DCLXVIII. BRACHYPODIUM P. Beauv. — R. et S. Syst. 2. p. 43.

**2119**. Brachypodium loliaceum R. et S. Syst. 2. p. 746. — Triticum loliaceum Smith. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 817. et *Pl. genuens. p.* 123. — T. unilaterale Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 149. et *fragm. ed.* 2. *p.* 19. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 258. — T. Rottbolla DC. — Catapodium loliaceum Link.

Ic. Viv. l. c. tab. 23.

In sterilibus, ad muros, secus litora passim. ①

Variat spica inferne ramosa.

**2120**. Brachypodium Halleri Link. — Triticum tenellum Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 313. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 258. — T. Halleri Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 155. et *fragm. ed.* 2. *p.* 24. Gaud. Fl. helv. Syn. p. 91! ex specimine a cl. Monnard. — T. Poa DC. — Agropyrum Halleri Reichb.

Ic. Viv. l. c. tab. 26.

In pascuis et arvis secus litora Liguriae orientalis inter *Levante* et *Sestri* copiose. ①

**2121**. Brachypodium hispanicum Reichb. Fl. excurs. p. 140. add. — Triticum festucoides Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 808. et *Pl. genuens. p.* 122.

— T. hispanicum Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 152. et *fragm. ed.* 2. *p.* 21. — Agropyrum hispanicum Presl.

Ic. Viv. l. c. tab. 24. bene!

In pascuis et arvis in regione olivetorum frequenter occurrit. ①

2122. Brachypodium distachyon R. et S. Syst. 2. p. 741. — Festuca distachya Willd. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 651. — Bromus distachyos L. Sp. p. 115. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 251. Turio *Pl. clavar. p.* 7. Bertol. *Pl. genuens. p.* 119. — Triticum ciliatum DC.

Ic. Bromus spiculis subbinatis, compressis, sessilibus. Gerard. Fl. gallopr. p. 98. tab. 3. fig. 1.

* tenuissimum, culmo filiformi, debili, subunilocustifero, locustis paucis.

In pascuis siccioribus, ad muros, tecta, per totam olivetorum regionem vulgatissimum. ①

2123. Brachypodium sylvaticum R. et S. Syst. 2. p. 741. Koch Syn. p. 817. — Festuca gracilis Moench. — Bertol *Fl. ital.* 1. *p.* 645. — Bromus sylvaticus Pollich. — Turio *Pl. clavar. p.* 7. Bertol. *Pl. genuens. p.* 118.

Ic. Engl. bot. tab. 729.

In pascuis sylvaticis et ad sepes in collibus transapenninis et Liguriae australioris. ♃

2124. Brachypodium pinnatum Koch Syn. p. 817. — Festuca pinnata Huds. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 646. — Bromus pinnatus L. Sp. p. 115. Turio *Pl. clavar. p.* 7. Bertol. *Pl. genuens. p.* 119. — Triticum phoenicoides All. *Fl. ped.* 2. *p.* 253. — T. genuense DC. Fl. fr. 5. p. 284.

Ic. Festuca spiculis alternis subsessilibus, teretibus, foliis etc. Gerard. Fl. gallopr. p. 95. tab. 2. fig. 2. — Gramen sparteum etc. Barrel. Icon. tab. 25. rudior.

In pascuis collinis, montanisque ubique vulgaris. ♃

Polymorphum, variat statura 1-2-3-pedali, culmo 1-2-plurilocustifero, locustis glabris, pubescentibusve, sex-octofloris. Folia radicalia plerumque lata, plana, diu perdurantia, caulina plana vel convoluta. Locustae ante anthesim teretiusculae, saepissime curvatae, dein, flosculis dimotis, complanatae. A praecedente aristis omnibus paleis conspicue brevioribus facile distinguitur.

**2125.** Brachypodium ramosum R. et S. Syst. 2. p. 737. Koch Syn. p. 818. — Festuca phoenicoides Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 649. — Bromus ramosus L. — B. Plukeneti All. *Fl. ped.* 2. *p.* 250. et *Auct. p.* 41.
Ic. Host. Gram. tab. 19.
Ad muros, rupes in collibus aridioribus Liguriae, ab agro savonensi ad nicaeensem usque. ♃
Folia arcte convoluto-setacea, scabra, patentia, culmus ramosus, caespitosus.

DCLXIX. BROMUS Parlat. Pl. nov. p. 62. — Bromi ex typo B. sterilis.

**2126.** Bromus erectus Huds. — R. et S. Syst. 2. p. 637. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 671. et *Pl. genuens. p.* 118.
Ic. Gramen quod Festuca pratensis lanuginosa Vaill. Bot. paris. tab. 18. fig. 2. locust. nimis parvis. - G. bromoides pratense etc. Scheuchz. Agrost. tab. 5. fig. 13.
In regione collina, locis graminosis passim. ♃

**2127.** Bromus Gussoni Parlat. Pl. nov. p. 66. Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 79. — B. maximus α. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 678.
In pascuis sterilibus, locisque neglectis, ad sepes, in regione olivetorum frequens. ①
B. maximus Desf. recte adnotant. cell. Parlatore et Gussone differt ab hoc, panicula breviore, erecta, conferta, ramis eiusdem brevissimis, palea superiore exteriore breviore, nec duplo minore.

**2128.** Bromus tectorum L. Sp. p. 114. Parlat. Pl. nov. p. 70. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 680.
Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1582.
In alveo torrentis *Sturla* prope Genuam, et in sterilibus circa Albingaunum. ①

**2129.** Bromus madritensis L. Sp. p. 114. Parlat. Pl. nov. p. 65. *a. b.* All. *Fl. ped.* 2. *p.* 251. — B. scaberrimus Tenor. Fl. neap. Syll. p. 48. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 676. *α. β. χ.* — B. sterilis Bertol. *Pl. genuens. p* 118. non L. Turio *Pl. clavar. p.* 7.
Ic. B. sterilis erecta panicula maior Barrel. Icon. tab. 76. fig. 1. rudis.
In pascuis sterilibus, ad vias, muros, secus litora frequens. ①

Ludit caulis longitudine pedali, palmari, vel minore, panicula laxiuscula vel conferta, racemosa, secundave, colore omnium partium pallide viridi vel violaceo-rubente, flosculis diandris et monandris.

**2150.** **Bromus rubens** L. Sp. p. 114. PARLAT. Pl. nov. p. 71. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 682. ALL. *Fl. ped.* 2. *p.* 250.

Ic. SAVI Cos. bot. tab. 3. fig. 11.

Genuae in moeniis urbis, et in arenosis secus litora Liguriae occiduae frequens. (1)

**2151.** **Bromus spectabilis.** — Paniculae strictae mediocris ramis erectiusculis fasciculatis, apice incrassatis, simplicibus 2-3-locustiferis, culmoque apice canescentibus, locustis 3-4-5-floris, glumae valvulis inaequalibus membranaceis tenuibus, inferiore minore lineari-subulata uninervi, superioreque lanceolata longe acuminata trinervi, ad nervos vix scabriusculis, glumellae palea inferiore submembranacea, flaccida, lanceolato-acuminata, margine superne apiceque scarioso, profunde bifida, 7-nervi, dorso scabra, arista palea plerumque duplo longiore, palea interna exteriore paullulo breviore, longiusculé ciliata, vaginis superne et ad oras, foliisque sparse et longiuscule villosis, ligula lata, obtusa.

In cultis planitiei albingaumensis legit TRAVERSO. (1)

Bi-tripedalis, culmus adscendens ad paniculam usque vaginis foliorum laxis, fortiterque striatis tectus, vel breviter exsertus, paniculae rami longiores centimetra tria aequantes, reliqui locustis aequales vel iis breviores, apice incrassati more fere Vulpiarum: locustae, aristis non computatis, centimetra duo aequantes vel quidquam longiores, flosculi superiores plerumque abortientes; axis locustarum dense minuteque puberulus; valvulae et palea interior minutissime pellucido-punctatae; stamina tria: Cariopsis linearis, canaliculata.

## DCLXX. SERRAFALCUS PARLAT. Pl. nov. p. 75. — Bromi ex typo Bromi mollis, secalini etc.

**2152.** Serrafalcus arvensis. — Bromus arvensis L. Sp. p. 113. KOCH Syn. p. 821. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 658. TURIO *Pl. clavar. p.* 7.

Ic. HOST. Gram. 1. tab. 14.

In alveo torrentium, in arvis sterilibus frequens in Liguria australi. (1)

**2133.** Serrafalcus patulus. — Bromus patulus M. et K. — Koch Syn. p. 821.

Ic. B. commutatus Reichb. Iconogr. fig. 1588.

β. velutinus, locustis undique pilosis Koch l. c.

In arvis montanis *al Sassello*, Traverso: varietas secus Porciferam D. Chiappori. ①

Similis B. arvensi, sed differt aristis divaricato-refractis, palea interiore exteriore breviore, flosculis decrescentibus.

**2134.** Serrafalcus divaricatus. — Bromus divaricatus Rhode in Lois. Not. p. 22. et Loisl. Fl. gall. ed. 2. 1. p. 89.

In agro nicaeensi cl. Cesati. ①

**2135.** Serrafalcus squarrosus. — Bromus squarrosus L. Sp. p. 112. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 660.

Ic. Gramen phalaroid. minus aurosum nutante spica Barrel. Icon. tab. 24. fig. 1.

In arvis montanis supra Genuam raro; in agro nicaeensi cl. Cesati. ①

Locustae in exemplaribus omnibus e loco citato omnes glabrae.

**2136.** Serrafalcus secalinus. — Bromus secalinus L. Sp. p. 112. Koch Syn. p. 819. γ. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 654. *α.*

Ic. Leers. Herb. tab. 11. fig. 2. — Festuca graminea glumis glabris Scheuchz. Agrost. tab. 5. fig. 10. Locust. floscul. nondum maturis.

In alveo torrentium valde frequens. ①

Variat flosculis pene muticis.

**2137.** Serrafalcus commutatus. — Bromus commutatus Schrad. — Koch Syn. p. 819.

Ad ostium Porciferae unica vice legi. ①

Locustae glabrae non absque aliquo nitore, fere eiusdem formae et magnitudinis ac in B. secalino, sed flosculi imbricati, aristae porrectae, vaginae pilosae.

**2138.** Serrafalcus mollis Parlat. Pl. nov. p. 78. — Bromus mollis L. Sp. p. 112. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 662. et *Pl. genuens. p.* 117.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1590.

Valde polymorphus; palea inferior glumellae ludit apice emarginata, breviter bifida, aut usque ad aristae insertionem fissa.

## XIII. *HORDEACEAE* Koch Syn. p. 823.

### DCLXXI. GAUDINIA P. Beauv. — Koch Syn. p. 823.

2139. Gaudinia fragilis P. Beauv. — R. et S. Syst. 2. p. 694. — Avena fragilis L. Sp. p. 119. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 723. et *Lucubr. p.* 3. Balb. *Add. n.°* 12.

Ic. Gramen loliaceum spurium etc. Barrel. Icon. tab. 905. fig. 1. 2. 3. rudes.

In olivetis, vineis, pascuis aridis, Nicaeae, Albingaumi, *Sestri Levante*, Sarzanae etc. vulgaris. ①

Variat culmo brevi vix exserto, spica elongata, et culmo longe exserto, apice tantum florigero, locustis paullo minoribus.

### DCLXXII. AGROPYRUM.

Rachis articulata, alterne excavata, locustae sessiles! multiflorae, gluma bivalvis coriacea, rigida, flosculis brevior, glumella bipaleacea, coriacea, nervosa, palea exterior setigera mucronata vel mutica, interior subtiliter ciliata, emarginata.

2140. Agropyrum iunceum R. et S. Syst. 2. p. 750. — Triticum iunceum L. Sp. p. 128. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 799. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 257. — T. farctum Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 159. et *fragm. ed.* 2. *p.* 28.

Ic. Viv. l. c. tab. 26. fig. 1. mala. — Reichb. Iconogr. fig. 1394.

In arenosis litoreis copiosissimum. ♃

2141. Agropyrum repens. — Triticum repens L. Sp. p. 128. Koch Syn. p. 825. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 803. Turio *Pl. clavar. p.* 7.

Ic. T. glaucum Host. Gram. 4. tab. 10.

In locis neglectis, dumetis, ad sepes, secus litora frequens. ♃

Varietates apud nos obviae sequentes sunt:

1.° Foliis planis viridibus, rachi crebre articulata, ad angulos ciliato-scabrida, locustis confertis 3-5-floris, glumae valvulis acuminato-subulatis nervosis, palea exteriore longiuscule mucronata, interiore obtusa.

2.° Totum glaucum foliis convolutis, spica brevi, rachi laevi, locustis subimbricatis 4-6-floris, valvulis paleaque exteriore a nervo medio obtuse mucronatis, palea interiore apice subtruncata.

3.° Tri-quadripedale glaucescens, foliis inferioribus convolutis, supremis planis, spica elongata, rachi ad angulos scabriuscula, locustis imbricatis, 7-8-floris, valvulis paleaque exteriore nervo medio obtuse mucronatis, interiore emarginata, exteriorem excedente.

4.° Glaucescens, 2-pedale, foliis subconvolutis, spica elongata valde complanata, rachi ad angulos vix scabriuscula, locustis subrhombeis subduodecimfloris, valvulis sensim acuminato-breviter mucronatis, palea exteriore breviter nervo mucronata, interna apice emarginata, laxe ciliata, exteriorem subexcedente. — Posterior haec forma in litore lunensi lecta, ab aliis valde recedit.

**2142.** Agropyrum Savignonii. — Vaginis ciliatis, foliis facie et margine scabris, demum involutis, culmo laevi vaginis tecto, vel breviter exserto, spica brevi, rachi strigulosa, articulis locustis 4-5-floris arctatis brevioribus, valvis oblongis subaequalibus 5-nerviis obtusis, dorso hirsutis, palea exteriore ad latera apiceque hirsuta, flosculorum inferiorum mutica vel nervo breviter mucronata, superiorum acuminato-mucronata, palea interiore apice truncata, dorso sub vitro minutissime puberula.

In collibus circa *Pegli* Liguriae occiduae legit cl. Doctor Savignoni. ♃

Ab A. repentis varietatibus, vaginis ciliatis, locustis insigniter hirtis facillime distinguitur. Planta circiter 2-pedalis, rhizomate repente, spicis bi-tripollicaribus, vaginis ad oram auriculatis, ut in A. repente, ligula brevissime truncata.

**2143.** Agropyrum caninum R. et S. Syst. 2. p. 756. *α.* — Triticum caninum Huds. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 806. — Elymus caninus L. Sp. p. 124.

Ic. Leers. Herb. tab. 12. fig. 4.

In agro nicaeensi cl. Cesati. ♃

DCLXXIII. SECALE L. — Endl. Gen. n.° 914.

**2144.** Secale cereale L. Sp. p. 124. R. et S. Syst. 2. p. 44.

Ic. Sering. Céréal. Europ. tab. 9. optima.

In pascuis circa Genuam, in alveo torrentium in transapenninis. ⓵ num sponte?

Specimina circa Genuam collecta differunt a planta culta, culmis humilioribus, crassioribus, spicis maioribus.

DCLXXIV. HORDEUM L. — Endl. Gen. n.° 917.

**2145. Hordeum bulbosum** L. Sp. p. 125. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 777. et *Pl. genuens. p.* 122. Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 147. Turio *Pl. clavar. p.* 7.
Ic. Gramen secalinum bulbosa radice etc. Barrel. Icon. tab. 112. fig. 2.
In pascuis collinis et secus litora vulgare. ♃

**2146. Hordeum murinum** L. Sp. p. 126. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 779. et *Pl. genuens. p.* 122. Turio *Pl. clavar. p.* 7.
Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1362.
In locis neglectis, ad viarum latera ubique vulgatissimum. ♃

**2147. Hordeum nodosum** L. Sp. p. 126. Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 62. — **H. pratense** Huds. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 781. — **H. secalinum** All. *Fl. ped.* 2. *p.* 259. Balb. *Misc. alt. p.* 8.
Ic. Dumort. Agrost. belg. tab. 1. fig. 3. — Reichb. Iconogr. fig. 1363.
In agro nicaeensi ex Herb. H. bot. taurinensis. ♃

DCLXXV. LOLIUM L. — Endl. Gen. n.° 912.

**2148. Lolium perenne** L. Sp. p. 122. Koch Syn. p. 827. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 756. var. α. *Pl. genuens. p.* 121. Turio *Pl. clavar. p.* 7. — **L. tenue** L. Sp. p. 122. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 242. Turio *Pl. clavar. p.* 7.
Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1346.
In pascuis, locis herbosis, etiam montanis, vulgatissimum. ♃
Insigniter variat pro loco, statura, numero florum.

**2149. Lolium multiflorum** Lamck. — Koch Syn. p. 828. — **L. perenne** var. χ Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 757.
* **luxurians**, tri-quadripedale, vaginis, foliis, culmoque scabris, spica valde elongata, locustis gluma subquadruplo longioribus, 15-20-floris, innuptis teretiusculis, demum flosculis divaricatis, laxiusculis, complanatis, palea externa apice membranacea, flosculorum inferiorum mutica vel breviter setigera, superiorum aristata, arista palea ipsa longiore.
In locis incultis, in torrentium alveo, varietas Genuae in fossis urbis extra portam *della Pila.* ①

Varietas forte ut species distinguenda, gaudet enim statura elatiore, spica valde elongata, flosculis plerisque longe aristatis, laxiusculis; species variat habitu plus minusve robusto, numero flosculorum 8-15, in eadem saepe spica mutici vel superiores aristati.

Icon Vaill. Bot. paris. tab. 17. fig. 3. habitu saltem ad varietatem nostram luxuriantem accedit, sed in nostro flosculi haud arcte imbricati.

**2150.** Lolium maximum Willd. Sp. 1. p. 462. ex Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 60. — L. temulentum β. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 761.

Ic. L. robustum Reichb. Iconogr. fig. 1340.

Inter segetes valde frequens. ①

**2151.** Lolium temulentum L. Sp. p. 122. Koch Syn. p. 828. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 760. (excl. L. arvense) Turio *Pl. clavar. p.* 7? forte ad L. maximum referendum vel utramque speciem amplectens.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1342. 1344.

In arvis, torrentium alveo minus frequens. ①

Affine Lolio maximo, tum habitu, cum scabritie culmi et rachios, nec non magnitudine et forma locustarum, differt vero flosculis arista stricta, valida, paleaque longiore instructis.

## DCLXXVI. ÆGYLOPS L. — Endl. Gen. n.° 918.

**2152.** Ægylops ovata L. Sp. p. 1489. Koch Syn. p. 829. Bertol. *Fl. ital.* 1. p. 785. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 262. Turio *Pl. clavar. p.* 29.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1353.

In pascuis, arvis, in sterilibus regionis olivetorum ubique frequens. ①

**2153.** Ægylops triuncialis W. Sp. 4. p. 943. Koch. Syn. p. 829. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 790. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 262.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1365.

* Rachi, valvulisque tantum aculeolatis, scabris. – Æ. triaristata Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 789. (cf. Koch l. c. et Guss. Fl. sic. Syn. 1. p. 54).

In agro nicaeensi ex Herb. H. R. bot. taurin.: varietas Genuae in pascuis extra Portam *S. Bartolomeo.* ①

## DCLXXVII. LEPTURUS R. Br. — Endl. Gen. n.° 922.

**2154.** Lepturus incurvatus Trin. — Koch Syn. p. 829. — Rottbollia incurvata L. f. suppl. p. 114. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 764. et *Pl. genuens. p.* 121. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 238. Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 148.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1333.

In pascuis aridis et in arenosis secus litora ubique vulgatissimus. ①

**2155.** Lepturus cylindricus Trin. — Koch Syn. p. 830. — Rottbollia cylindrica Willd. Sp. 1. p. 464. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 768. — Monerma subulata R. et S. Syst. 2. p. 799.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1335.

Genuae in alveo feritoris. ①

A praecedente et sequente apprime distinguitur gluma univalvi.

**2156.** Lepturus filiformis Trin. — Koch Syn. p. 829. — Rottbollia filiformis Roth. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 766.

Ic. Reichb. Iconogr. fig. 1334.

In alveo Porciferae D. Chiappori. ①

Specimen a D. Chiappori communicatum recedit ab illis huiusce speciei, quae e Sardinia aliisque locis obtinui, statura elatiore, habitu robustiore, sed cum illis caeterum convenit, spica elongata, vix curvata, compressa, nequaquam attenuato-subulata, glumae valvulis patentibus.

DCLXXVIII. PSILURUS Trin. — Endl. Gen. n.° 921.

**2157.** Psilurus nardoides Trin. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 771. — Nardus aristata L. Sp. p. 78. All. *Fl. ped.* 2. *p.* 231. — Rottbollia monandra Cav. — Viv. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 147. — Monerma monandra R. et S. Syst. 2. p. 799.

Ic. Gramen iunceum nodosum minimum capillare Barrel. Icon. tab. 117. fig. 1.

In sterilibus et ad muros campestres secus litora a Nicaea ad Spediam hic illic copiosissimus. ①

DCLXXIX. NARDUS L. — Endl. Gen. n.° 920.

**2158.** Nardus stricta L. Sp. p. 77. R. et S. Syst. 2. p. 263. Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 824. Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 27. et 318.

Ic. Gramen sparteum iuncifolium Scheuchz. Agrost. tab. 2. fig. 10. spica.

In pascuis apricis Apennini centralis et alpium maritimarum vulgaris. ♃

SYNOPSIS SPECIERUM *vel minus cognitarum,*
*vel quarum specimina intra fines Florae Ligusticae collecta hucusque non vidi.*

## CLASSIS I.

# DICOTYLEDONES

## I. THALAMIFLORAE

### RANUNCULACEAE

Ceratocephalus falcatus PERS. — Ranunculus falcatus BALB. *Misc. alt. p.* 20. — Ad agrorum margines inter *Gilette* et *Ravest*, BALBIS.

Garidella Nigellastrum L. — ALL. *Fl. ped. n.°* 1681. — Nicaeae ex ALL.

Delphinium Staphysagria L. — ALL. *Fl. ped. n.°* 1503. — Nicaeae.

Delphinium peregrinum L. — ALL. *Fl. ped. n.°* 1503. BERTOL. *Lucubr. n.°* 44. — Nicaeae ex ALL. — In alveo Varennae prope *Pegli* Lig. occid. BERTOLONI.

### BERBERIDEAE

Epimedium alpinum L. — ALL. *Fl. ped. n.°* 871. — In Liguria et Garrexii, ALL.

### PAPAVERACEAE

Papaver alpinum L. — ALL. *Fl. ped. n.°* 1067. — In montibus supra Limone.

Glaucium phoeniceum CRANTZ. — ALL. *Fl. ped. n.°* 1063. — In arvis nicaeensibus.

### FUMARIACEAE

Corydalis fabacea BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 2. *p.* 34. — In monte Boglelio ex Auct. citat. — Verosimiliter eadem ac nostra C. tuberosa.

Corydalis lutea Reichb. Fl. excurs. n.° 4459. — Nicaeae.

Corydalis . . . . . . Fumaria capnoides All. *Fl. ped. n.°* 1084. — Nicaeae. Num a praecedente diversa?

## CRUCIFERAE

Crambe maritima L. — All. *Fl. ped. n.°* 836. — Ad litora nicaeensia ex All.

Biscutella auriculata L. — All. *Fl. ped. n.°* 905. — In arvis nicaeensibus.

Iberis sempervirens L. — All. *Fl. ped. n.°* 919. — Nicaeae.

Lepidium hirtum Sm. — Thlaspi hirtum All. *Fl. ped. n.°* 911. — Nicaeae, Uneliae ex All.

Cochlearia officinalis L. — All. *Fl. ped. n.°* 931. — In alpibus *di Lantosca* ex All.

Farsetia clypeata. — Lunaria clypeata All. *Fl. ped. n.°* 899. — Nicaeae.

Matthiola tricuspidata R. Br. - Cheiranthus tricuspidatus All. *Auct. p.* 19. — Ad litora nicaeensia.

Dentaria polyphylla Bergam. *Git. apenn. l. c. 7. p.* 270. — In apenninis bobbiensibus.

Arabis Allionii DC. — Turritis stricta All. *Auct. p.* 18. — In montibus *di Limone.*

Arabis verna R. Br. — Hesperis verna All. *Fl. ped. n.°* 984. Bertol. *Lucubr. n.°* 100. — Nicaeae ex All. — In Liguria ex Bertol.

Arabis pumila Bergam. *Git. apenn. l. c. 7. p.* 270. — In apenninis bobbiensibus. — An A. alpina?

Hesperis sylvestris All. *Fl. ped. n.°* 983. — Uneliae.

Malcolmia maritima. — Cheiranthus maritimus All. *Fl. ped. n.°* 989. — Nicaeae.

Erysimum cheiranthoides All. *Fl. ped. n.°* 996. — Nicaeae.

Sisymbrium strictissimum L. — All. *Fl. ped. n.°* 1009. — Nicaeae.

Diplotaxis viminea DC? — Sisymbrium vimineum All. *Fl. ped. n.°* 1004. — In agro nicaeensi *circa Sospello.*

Sinapis alba L. — All. *Fl. ped. n.°* 959. — Nicaeae.

## CISTINEAE

Cistus crispus L. — All. *Fl. ped. n.°* 1659. — Nicaeae.

Cistus medius Pourr. — All. *Fl. ped. n.°* 1657. — Nicaeae.

Helianthemum croceum Pers. — Reichb. Fl. excurs. n.° 4542. — Cistus croceus Avé-Lallem. *De quibusd. pl. Ital. p.* 14. — Nicaeae.

Helianthemum .......... Cistus ledifolius All. *Fl. ped. n.°* 1668. — Nicaeae.

## VIOLARIEAE

Viola palustris L. — Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 697. — In Apenn. Lig. orient. ad *S. Stefano d'Aveto.*

## POLYGALEAE

Polygala monspeliaca L. — All. *Fl. ped. n.°* 1089. — Nicaeae.

## SILENEAE

Saponaria porrigens L. — Viv. *Fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 170. - In alveo torrentis Sturlae prope Genuam Viv., sed deest in eiusdem herbario!!

Dianthus tener Balb. *Add. n.°* 20. tab. 3. - Ad agrorum margines prope Tendam ex Balbis.

Silene sassiana Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 609. — In planitie albingaumensi ex Bertol.

Silene inaperta All. *Fl. ped. n.°* 1577. — Nicaeae.

Silene conoidea L. — All. *Fl. ped. n.°* 1571. — Nicaeae.

Silene noctiflora L. — All. *Fl. ped. n.°* 1575. — Nicaeae.

Silene hispida Desf. — Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 575. — Genuae ad *S. Bartolomeo* ex cl. Bertol., sed ibi amplius non reperitur.

Silene cerastoides L. — All. *Fl. ped. n.°* 1565. Reichb. Fl. excurs. n.° 5057. Bertol. *Fl. ital.* 4. p. 652. — Nicaeae ex All. et Reichb. — In alpibus nicaeensibus *della Madonna delle Finestre* ex Bertol.

Silene brachypetala DC. — Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 108. et *Oss. l. c. p.* 369. — Inter macerias Lig. occiduae et in arenosis Vallis Andorae ex Badarò.

Silene bicolor Thor. — Avé-Lallem. *De quibusd. pl. Ital. p.* 13. - In montibus nicaeensibus Avé-Lallem.

Lychnis Coelirosa Desrouss. — Agrostemma Coelirosa All. *Fl. ped. n.°* 1594. — Nicaeae vidit Bellardi ex All.

### ALSINEAE

**Bufonia tenuifolia L.** — ALL. *Fl. ped. n.°* 867. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 216. — Nicaeae.

**Moenchia erecta** SM. — BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 245. – Sarzanae BERTOLONI.

**Arenaria montana** ALL. *Fl. ped. n.°* 1705. — *Col di Tenda* ALL.

### MALVACEAE

**Althaea rosea** CAV. — Alcea rosea ALL. *Fl. ped. n.°* 1420. — Nicaeae, an sponte?

### GERANIACEAE

**Geranium macrorhizum** L. — ALL. *Fl. ped. n.°* 1398. — In montibus Tendae.

**Erodium litoreum** BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 159. — Ad vallem *d'Andora* BADARÒ.

**Erodium maritimum.** — Geranium maritimum ALL. *Fl. ped. n.°* 1397. — Nicaeae.

### RUTACEAE

**Peganum Harmala** L. — Harmala multifida ALL. *Fl. ped. n.°* 1652. — In agro nicaeensi ALL., forte per errorem, nam ibi amplius non occurrit. Cf. DUBY Bot. gall. p. 1001. et BERTOL. *Fl. ital.*

---

## II. CALYCIFLORAE

### RHAMNEAE

**Rhamnus lycioides** ALL. *Fl. ped. n.°* 1764. — Liguria ex ALL. — Desunt exemplaria ligustica et nicaeensia etiam in Herb. H. R. bot. taurin.

### LEGUMINOSAE

**Cytisus nigricans** L. — BADAR. *Pl. Lig. occid. n.°* 180. — In alpibus ligusticis. — Num varietas C. sessilifolii? Cf. Observ. ad hanc speciem n.° 414.

**Ononis fruticosa** L. — BALB. *Misc. alt. p.* 21. — In sylvis prope *Tornafort* ex BALBIS.

Anthyllis Hermanniae L? — Cytisus graecus ALL. *Fl. ped. n.*° 1179. — Nicaeae ex ALL. verosimiliter in hortis culta. Deest etiam in herbario H. R. bot. taurinensis.

Anthyllis lotoides POLL. Fl. veron. 3. p. 806. — Ad muros vinearum circa *Portofino* ex POLLINIO.

Trigonella corniculata. — Buceras corniculatum ALL. *Fl. ped. n.*° 1142. — Nicaeae.

Trigonella polycerata L. — Buceras polyceration ALL. *Fl. ped. n.*° 1143. — Nicaeae.

Lotus hispidus DESF. — AVÉ-LALLEM. *De quibusd. pl. Ital. p.* 17. — Nicaeae.

Medicago ciliaris TURIO *Pl. clavar. p.* 22. — In villa *Levi*, *Chiavari* ex TURIO.

Hippocrepis multisiliquosa BERGAM. *Git. apenn. l. c.* 7. *p.* 271. — In apennino bobbiensi. — An H. comosa?

Lathyrus hexaedrus CHAUB. — L. angulatus BADAR. *Pl. Lig. occid. n.*° 231. — In saxosis collium Liguriae occiduae.

Cercis Siliquastrum L. — BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 407. ALL. *Fl. ped. n.*° 1263. — In Liguria et agro nicaeensi ex ALL. et BERTOL.

## ROSACEAE

Prunus insititia L. — BERTOL. *Fl. ital.* 5. *p.* 135. — Sarzanae ad sepes ex BERTOLONI.

Prunus armeniaca L. — BADAR. *Pl. Lig. occid. n.*° 286. — In sylvis sponte ex BADAR.

Rubus incanescens BERTOL. *Fl. ital.* 5. *p.* 223. — In agro sarzanensi.

Fragaria collina EHRH. — BERTOL. *Fl. ital.* 5. *p.* 239. — Sarzanae.

Crataegus florentina ZUCC. — BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 142. — Sarzanae *alle Fondachette* BERTOL.

Mespilus Chamaemespilus L. — BERTOL. *Fl. ital.* 5. 161. — In apennino *di Montenero* TURIO ex BERTOL.

## LITHRARIEAE

Lythrum Thymifolia L. — ALL. *Fl. ped. p.* 168. — L. punicifolium CHAM. et SCHECHT. secundum diagnosim AVÉ-LALLEMANT *De pl. quibusd. rarior. Ital.* etc. *p.* 13. — Nicaeae ad flumen *Paillon* ex ALL. et AVÉ-LALLEMANT l. c. — Num L. Graefferi TENORE? valde probabile videtur, nam

cl. Avé-Lallemant in opere citato nullam mentionem egit de hac specie, quae Nicaeae certo certius provenit.

## TAMARISCINEAE

Tamarix davurica Willd. — Avé-Lallem. *De quibusd. pl. Ital. p.* 11. — Nicaeae prope *Menton* Avé-Lallemant. An varietas M. germanicae?

## ONAGRARIEAE

Circaea alpina L. — Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 58. — In Apenn. Lig. orient. *alle Capanne* Turio ex Bertol.

## PARONYCHIEAE

Paronychia arabica DC. — Illecebrum longisetum Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 733. — Nicaeae.

## CRASSULACEAE

Sedum caespitosum DC. — Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 716. — Crassula verticillaris L. — Balb. *Misc. alt. p.* 13. — Nicaeae.

Sedum hispanicum L.? — Badar. *Pl. Lig. occid. n.°* 310. — Ad promontorium *Noli* ex Badarò.

## FICOIDEAE

Mesembryanthemum nodiflorum L. — Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 174. — Nicaeae in arenis torrentis *Paglion* dicti ex Bertol.

## GROSSULARIEAE

Ribes rubrum L. — Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 678. — In sylvaticis agri lunensis.

## SAXIFRAGACEAE

Saxifraga diapensoides Bellard. *App. p.* 227. — In montibus *di Limone* Bellardi.

Saxifraga florulenta Morett. Saxifr. l. c. p. 105. — In alpibus nicaeensibus. Cf. cl. Morett. l. c.

Chrysosplenium alternifolium L. — Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 447. — In Lig. orient. prope *Gambaro* Turio ex Bertol.

## UMBELLIFERAE

Sium falcaria All. *Fl. ped. n.*° 1370. — In agro nicaeensi.

Athamantha macedonica? — Bubon macedonicum All. *Auct. p.* 25. In pascuis siccis prope Nicaeam.

Athamantha Matthioli Wulf. — DC. Prodr. 4. p. 155. — Ad descensum iugi *de Briesse* in agro nicaeensi Gay ex DC.

Pimpinella alpina Bertol. *Fl. ital.* 3. p. 266. — In Apennino ad *S. Stefano d'Aveto* ex Bertoloni.

Anethum graveolens All. *Fl. ped. n.*° 1298. — Uneliae.

Bupleurum fruticosum L. — DC. Prodr. 4. p. 133. — Nicaeae, utique, sed in hortis cultum.

Bupleurum falcatum Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 1. *p.* 126. — In Apenninis bobbiensibus ex Auct. cit.

Bupleurum glaucum DC. Prodr. 4. p. 127. — Nicaeae ex DC. — Ni valde fallor non provenit nisi in litore Provinciae agro nicaeensi conterminae, nempe trans flumen Varum.

Bupleurum semicompositum L. — All. *Fl. ped. n.*° 1355. — Nicaeae versus *S. Hospice* ex All.

Seseli glaucum L. — All. *Fl. ped. n.*° 1388. — In agro nicaeensi.

Ænanthe globulosa All. *Fl. ped.* 2. *p.* 21. — In agro nicaeensi. All.

Scandix australis. — Myrrhis australis All. *Fl. ped. n.*° 1377. — In agro nicaeensi.

Chaerophyllum nodosum DC. - Caucalis nodosa All. *Fl. ped. n.*° 1389. — Biasolettia nodosa Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 192. — Nicaeae ex Auct. cit.

Thapsia villosa All. *Fl. ped. n.*° 1307. — In agro nicaeensi ex All.

Daucus parviflorus DC. — Bertol. *Fl. ital.* 3. *p.* 159. — Sarzanae inter sata copiose ex Bertol.

## RUBIACEAE

Galium uliginosum L. — All. *Fl. ped. n.*° 16. — In agro nicaeensi ad rivulos ex All. — An forte G. palustre?

Galium boreale L. — All. *Fl. ped. n.*° 30. — Prope Tendam in herbidis ad minerae fodinam.

Galium pusillum β. Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 106. — G. Boccone All. — In Liguria ex Bertol.

Galium saxatile All. *Fl. ped. n.*° 17. — In editioribus montibus S. Stephani, nicaeensibus.

## VALERIANEAE

Centranthus .......... Valeriana angustifolia All. *Fl. ped. n.*° 2. — In maceriis Ligurum ubi vocatur *Corinella*, All.

Valeriana saxatilis L. - All. *Fl. ped. n.*° 11. - In montibus nicaeensibus.

Valeriana celtica All. *Fl. ped. n.*° 8. — Nardus celtica Lob. Advers. p. 132. — In Liguriae alpinis sterilibus non procul a Savona ex Lobel, ex quo Allionius desumpsit.

Fedia Cornucopiae DC. — Valeriana Cornucopiae L. — All. *Auct. p.* 1. — In agro nicaeensi.

Valerianella tridentata Reichb. Fl. excurs. n.° 1188. — Fedia tridentata Stev. — Avé-Lallem. *De quibusd. pl. Ital. p.* 7. — Nicaeae Avé-Lallem.

## DIPSACEAE

Scabiosa ambigua Avé-Lallem. *De quibusd. pl. Ital. p.* 8. — Nicaeae ad Varum.

Scabiosa stellata L. — All. *Fl. ped. n.*° 513. — In arvis et secus flumina in agro nicaeensi All. An eadem ac nostra S. mixta?

Petasites .......... Tussilago nivea Bergam. *Git. apenn. l. c.* 7. *p.* 274. — In apenninis bobbiensibus. — An T. alba??

## COMPOSITAE

### I. CORYMBIFERAE

Buphthalmum maritimum L. — All. *Fl. ped. n.*° 652. — Nicaeae ad maris litora.

Carpesium cernuum L. — Turio *Pl. clavar. p.* 26. — In villa *Carafaccia a Borgotaro* ex Turio.

Micropus supinus L. — All. *Fl. ped. n.*° 618. — Nicaeae ad litora ex All. — An bombycinus?

Filago arvensis Turio *Pl. clavar. p.* 26. — Secus vias campestres in agro clavarensi. — An Filago gallica aut germanica??

Artemisia gallica W. — DC. Prodr. 6. p. 102. — Nicaeae ex DC.

Artemisia fragrans W. — Balb. *Misc. alt. p.* 31. — In glareosis maritimis prope *Loano* Balb

Artemisia coerulescens L. - ALL. *Fl. ped. n.°* 613. - Ad litora nicaeensia.

Artemisia maritima L. — BALB. *Misc. alt. p.* 30. — Nicaeae ex BALB.

Santolina pinnata VIV. — REICHB. Fl. excurs. n.° 1407. — In apennino supra Genuam REYNIER ex REICHB.

Anthemis . . . . . . . . . . Anthemis incisa VIV. *Fragm. ed.* 2. *p.* 9. tab. 11. fig. 1. — Secus mare *a S. Nazzaro* prope Genuam. In loco citato pluries quaesivi sed frustra, et cum desit huiusce speciei archetypum in Herb. VIVIANII, suspicor A. incisam initi lusui aliquo Chrysanthemi segetum, quod revera frequens prope Genuam.

Anthemis fuscata BROT. — Maruta fuscata DC. Prodr. 6. p. 14. — Nicaeae RHODE ex DC.

Anthemis nobilis L. — Chamaemelum nobile ALL. *Fl. ped. n.°* 673. — In agro nicaeensi.

Anthemis maritima L. — Chamaemelum maritimum ALL. *Fl. ped. n.°* 670. — In agro nicaeensi.

Anacyclus pubescens W. - Chamaemelum tomentosum ALL. *Fl. ped. n.°* 671. — In maritimis Nicaeae.

Senecio alpinus SCOP. — Cineraria alpina ALL. *Fl. ped. n.°* 739. — In montibus *di Garessio*.

Senecio sylvaticus ALL. *Fl. ped. n.°* 725. TURIO *Pl. clavar. p.* 26? — In collibus agri clavarensis ex TURIO, in comitatu nicaeensi, Liguria ex ALL. abunde.

Senecio squallidus ALL. *Auct. p.* 12. — In collibus nicaeensibus et olivetis, locisque lapidosis prope *Saorgio*.

Senecio Doria TURIO *Pl. clavar. p.* 26. — In prato ad paludem *Bendo* prope *Chiavari*.

## II. CYNAROCEPHALAE

Cirsium canum ALL. *Fl. ped. n.°* 552. — In montibus Tendae ALL.

Cirsium stellatum ALL. *Fl. ped. n.°* 560. — In agro nicaeensi ad vias secus arva ALL.

Cirsium montanum. — Cnicus montanus BALB. *Misc. alt. p.* 29. — In montibus Tendae.

Cirsium helenioides ALL. *Fl. ped. n.°* 553. — In montibus Tendae.

Cirsium oleraceum ALL. *Fl. ped. n.°* 544. — In umbrosis agri nicaeensis.

Cirsium ochroleucum All. *Fl. ped. n.*° 546. – In descensu montis Tendae Bellard. ex All.

Carduus carlinoides All. *Fl. ped. n.*° 536. — Circa Tendam et *Garessio*.

Carduus acanthoides All. *Fl. ped. n.*° 532. — In Liguria ad Garrexium, et Tendae.

Carthamus tinctorius L. — All. *Fl. ped. n.*° 562. — Nicaeae in collibus aridis ex All.

Centaurea nicaeensis All. *Fl. ped.* 1. *p.* 162. tab. 74. fig. 1. — Nicaeae.

Centaurea sonchifolia L. — DC. Prodr. 6. p. 599. — Nicaeae secundum DC.

Centaurea cinerea Lamck. — C. Cineraria All. *Fl. ped. n.*° 582. — In montibus *di Lucerame*.

Centaurea horrida Badar. *Osserv. l. c. p.* 367. — DC. Prodr. 6. p. 586. — In Liguria ex DC., sed forte ex errore, cl. Badarous enim hanc speciem in Sardinia se legisse asseruit.

## III. CICHORACEAE

Catananche lutea All. *Fl. ped. n.*° 754. — Prope *Breglio* observavit Peyroleri, All. l. c.

Aposeris foetida. — Lapsana foetida All. *Fl. ped. n.*° 799. — In montibus *di Lucerame* et *Castion*.

Thrincia hispida. — Rhagadiolus taraxacoides All. *Fl. ped. n.*° 836. — Ad rupes prope *Lucerame*.

Hypochoeris Balbisii Loisl. — Reichb. Fl. excurs. p. 268. et 855. — *Ventimiglia*, Avé-Lallem.

Lactuca stricta DC. Prodr. 7. p. 138. — L. vialea Bell. Stirp. p. 6. tab. 4. — In montibus *di Limone*.

Tragopogon sinuatus Avé-Lallem. *De quibusd. pl. Ital. p.* 17. – In vineis Nicaeae. — An vere differt a T. porrifolio, valde variabili?

Barkhausia rubra Moench. — Crepis rubra All. *Fl. ped. n.*° 801. — Inter *Sospello* et *L'Escarène* All.

Crepis praemorsa. — Hieracium praemorsum All. *Auct. p.* 12. — In pratis editioribus *di Sospello* et *della Madonna delle Finestre* ex All.

Crepis scabra Willd. — DC. Prodr. 7. p. 163. — C. nicaeensis Balb. *Misc. alt. p.* 28. — Nicaeae.

Tolpis barbata. — Swertia barbata ALL. *Fl. ped. n.°* 757. — Nicaeae ad margines agrorum.

Hieracium intybaceum IACQU. — ALL. *Auct. p.* 13. — *Alla Madonna delle Finestre.*

Hieracium andryaloides BERGAM. *Git. apenn. l. c.* 7. *p.* 272. et 6. *p.* 97. — In monte *Boglelio.*

Hieracium Lactaris BERTOL. *Amoen. p.* 64. — In agro sarzanensi.

Andryala sinuata L. — ALL. *Fl. ped. n.°* 231. — Nicaeae ad Varum.

## AMBROSIACEAE

Ambrosia maritima L. — ALL. *Fl. ped. n.°* 520. — In arenosis maritimis nicaeensibus.

Campanula fragilis varietas glabra AVÉ-LALLEM. *De quibusd. pl. Ital. p.* 10. — Ad rupes haud procul a Nicaea Auct. cit.

## VACCINIEAE

Vaccinium Vitis Idaea L. — BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 316. — In apenn. Lig. orient. TURIO ex BERTOL.

## ERICINEAE

Erica multiflora L. — BALB. *Add. p.* 16. — Nicaeae ad valleculae cuiusdam ingressum BALB. l. c.

---

# III. COROLLIFLORAE

## GENTIANEAE

Gentiana nivalis L. - BERTOL. *Fl. ital.* 3. *p.* 92. - In alpibus nicaeensibus.

## CONVOLVULACEAE

Convolvulus Cneorum ALL. *Fl. ped. n.°* 392. — Uneliae ex ALL.

Convolvulus lineatus ALL. *Fl. ped. n.°* 391. VIV. *Fl. lib. spec. p.* 12. *in Observ.* — Nicaeae ex ALL., prope *Quarto* et *Nervi* ad orient. Genuae VIV. — An noster Convolvulus dorycnioides?

## BORAGINEAE

Lycopsis variegata L. — ALL. *Fl. ped. n.°* 168. BERTOL. *Fl. ital.* 2. *p.* 338. — Nicaeae.

Cynoglossum cheirifolium ALL. *Fl. ped. n.°* 171. — In montibus *di Lucerame.*

## SOLANEAE

Solanum parviflorum BADAR. *Osserv. l. c. p.* 364. — In olivetis Liguriae occiduae.

## VERBASCEAE

Scrofularia Scorodonia L. — ALL. *Fl. ped. n.°* 251. — Nicaeae.

Scrofularia lucida L. — ALL. *Fl. ped. n.°* 256. — Nicaeae. — An S. caninae varietas?

## ANTIRRHINEAE

Digitalis ferruginea L. — BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 1. *p.* 303. — In monte *Penice* Apennini bobbiensis.

Linaria ............ Antirrhinum bipunctatum ALL. *Fl. ped. n.°* 66. — In agro nicaeensi.

## LABIATAE

Salvia hispanica L. — ALL. *ped. n.°* 58. BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 153. — Uneliae in olivetis.

Salvia Æthiopis L. — ALL. *Fl. ped. n.°* 61. — Circa *Sospello* in agro nicaeensi ALL.

Salvia Horminum L. — ALL. *Fl. ped. n.°* 52. TURIO *Pl. clavar. p.* 5? — Nicaeae ALL., Clavari TURIO.

Micromeria iuliana. — Satureia iuliana ALL. *Fl. ped. n.°* 86. — In agro nicaeensi.

Thymbra verticillata ALL. *Fl. ped. n.°* 89. — In agro nicaeensi.

Thymbra spicata ALL. *Fl. ped. n.°* 90. — In montibus inter *Garessio* et *Ormea.*

Satureia Thymbra ALL. *Fl. ped. n.°* 85. — In collibus nicaeensibus.

Melissa cretica ALL. *Fl. ped. n.°* 140. — In montibus *di Lucerame.*

Lamium Orvala ALL. *Fl. ped. n.°* 99. — In montibus supra *Limone*, idemne ac L. pedemontanum?

Sideritis incana All. *Fl. ped. n.°* 96. — Inter *l'Escarène* et *Rocca talliada* ex All.

### PRIMULACEAE

Primula integrifolia L. — All. *Fl. ped. n.°* 339. et *App.* 2. *p.* 361. — In alpibus Tendae Bellardi ex All.

Primula longiflora All. *Fl. ped. n.°* 335. tab. 39. fig. 3. — In alpibus *di Garessio.*

Glaux maritima L. — All. *Fl. ped. n.°* 2063. — Nicaeae.

### PLUMBAGINEAE

Statice echioides mucronata Avé-Lallem. *De quibusd. pl. Ital. p.* 12. — excl. Statice speciosa All. !!! — Nicaeae Avé-Lallem. — Num vulgatissima St. pubescens???

---

## IV. MONOCHLAMYDES

### CHENOPODEAE

Chenopodium pedunculare Bertol. *Fl. ital.* 2. *p.* 32. — Sarzanae Bertol. — An var. Ch. albi?

Atriplex laciniata All. *Fl. ped. n.°* 2023. — — In agro nicaeensi.

Salsola Kali L. — All. *Fl. ped. n.°* 2064. — Nicaeae et Uneliae. — Verosimiliter ad S. Trag. spectat.

### POLYGONEAE

Polygonum serrulatum Lagasc. - Bertol. *Fl. ital.* 4. *p.* 376. - Sarzanae in fossis *di Marinella.*

Rumex aquaticus Turio *Pl. clavar. p.* 14. — Ad fossas in agro clavarensi. — An forte R. crispus?

Rumex maritimus All. *Fl. ped. n.°* 2032. — Nicaeae.

### THYMELEAE

Passerina dioica Ram. — Thymelaea dioica All. *Auct. p.* 9. — In montibus supra Tendam.

Passerina Thymelaea DC. — Thymelaea Sanamunda All. *Fl. ped. n.*° 485. et *Auct. p.* 9. - Nicaeae et Tendae All. - An Daphne alpina ?

Passerina Tartonraira DC. — Thymelaea Tartonraira All. *Fl. ped. n.*° 486. — In agro nicaeensi ex All., sed ibi non reperitur.

## EUPHORBIACEAE

Euphorbia Myrsinites All. *Fl. ped. n.*° 1056. — In agro nicaeensi All.

Euphorbia esula L. — Bertol. *Fl. ital.* 5. *p.* 84. — Sarzanae *in Camisano* Bertol.

## CUPULIFERAE

Quercus coccifera L. — All. *Fl. ped. n.*° 1982. — In sylvis nicaeensibus ex All. — In illis ad flumen Varum, quas anno 1839 cum cl. Cesati perlustravi, non provenit.

Quercus Suber L. — All. *Fl. ped. n.*° 1981. — In montibus nicaeensibus All.

Quercus Pseudo-suber Santi. — Bertol. *Amoen. p.* 48. — In agro sarzanensi ex Bertol.

## SALICINEAE

Salix cerasifolia Balb. et Nocc. *Fl. ticin.* 2. *p.* 201. tab. 78. — In monte *Penice* Apennini bobbiensis.

Salix crataegifolia Bertol. — Bergam. *Git. apenn. l. c.* 6. *p.* 97. — In monte *Bogleglio*.

Salix daphnoides Vill. — Bellard. *App. p.* 252. — In montibus *di Limone* Bellardi.

---

# CLASSIS II.

# MONOCOTYLEDONES

---

## IUNCAGINEAE

Triglochin maritimum All. *Fl. ped n.*° 865. — Locis palustribus mari proximis All. l. c.

## POTAMEAE

Potamogeton compressus TURIO *Pl. clavar. p.* 9. — In prato *Beudo* TURIO.

Ruppia maritima L. — ALL. *Fl. ped. n.*° 2109. — Ad litora nicaeensia.

## TYPHACEAE

Typha nana AVÉ-LALLEM. *De quibusd. Pl. Ital. p.* 19. fig. 23. — In arenosis ad Varum. — An T. minima?

## ORCHIDEAE

Orchis romana SEB. et M. — REICHB. Fl. excurs. n.° 854. — Genuae ex REICHB.

## AMARYLLIDEAE

Narcissus dubius GOUAN. — LOIS. Not. p. 159. — DC. Fl. fr. 5. p. 324. — Nicaeae.

Narcissus polyanthos LOIS. — DUBY Bot. gall. p. 455. — Nicaeae SPRENGEL ex DUBY.

## LILIACEAE

Ornithogalum arabicum L. — BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 94. — Nicaeae cl. COLLA ex BERTOL.

Scilla maritima L. — ALL. *Fl. ped. n.*° 1894. — Nicaeae.— In litore nicaeensi quidem hodierna die provenire testantur egregii viri VERANY et RASTOIN, sed ibi nec cl. CESATI, nec mihi obtigit, nec specimina videre licuit.

Allium multiflorum DC. — DUBY Bot. gall. p. 468. — Nicaeae.

Allium sativum L. — BALB. *Misc. alt. p.* 14. — In agro nicaeensi.

Allium pendulinum TEN. — BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 59. — Genuae in collibus ad Porciferam BERTOLONI.

Allium descendens BALB. et NOCC. *Fl. ticin.* 1. *p.* 156. — In montibus *di Godiasco.*

Muscari botryoides BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 164. et *Pugill. stirp. lun. in Amoen. p.* 58. — Sarzanae BERTOLONI.

Hyacinthus orientalis L. — BERTOL. *Fl. ital.* 4. *p.* 157. — Sarzanae ex BERTOL.

Hyacinthus serotinus ALL. *Fl. ped. n.*° 437. — In Liguria ex ALL.

## COLCHICEAE

Bulbocodium vernum BELL. *Append. p.* 225. — In comitatu nicaeensi SUFFREN ex BELLARDI.

## IUNCEAE

Iuncus filiformis ALL. *Fl. ped. n.*° 2075. et *Auct. p.* 36. — In alpibus Tendae ALL.

## CYPERACEAE

Eriophorum gracile PERS. — BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 322. — In apennino Liguriae orientalis TURIO ex BERTOL.

Carex grisea VIV. *Fl. ital. fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 186. — In Lig. occid. *a Pegli* ex VIV. — Deest species huiusce nominis in herb. VIV.!

## GRAMINACEAE

Coix Lacryma Iobi ALL. *Fl. ped. n.*° 2289. — In agro nicaeensi GIUDICE ex ALL., forte in hortis.

Panicum repens L. — BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 430. — In Liguria occid. *al Ceriale* Prof. SASSI ex BERTOL.

Agrostis alpina SCOPOL. — A. rupestris BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 399. — In montibus supra *Pegli*, et nicaeensibus ex BERTOL.

Calamagrostis tenella KUNTH. — Agrostis tenella BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 747. — In alpibus nicaeensibus *di Lantosca* ex BERTOL.

Stipa iuncea BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 687. — In Lig. occid. *a Castell'Erno* Prof. SASSI ex BERTOL.

Sclerochloa divaricata. — Festuca divaricata BALB. *Misc. bot. p.* 12. — In maritimis inter *Albenga* et *Loano* BALBIS.

Festuca poaeformis SPRENG. — BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 599. — In montibus *di Limone* MOLINERI ex BERTOL.

Bromus inermis SCHREB. — ALL. *Fl. ped. n.*° 2231. — In montibus *di Sospello* et *Ormea* ALL. BELLARDI.

Bromus asper L. — BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 669. — Sarzanae BERTOL.

Bromus racemosus L. — BERTOL. *Fl. ital.* 1. *p.* 657. — Sarzanae ad ostium *Macrae* ex BERTOL.

Brachypodium tenellum. — Triticum unilaterale Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 810. — T. tenellum Viv. *Fragm. in Ann. bot.* 2. *p.* 154. — In Lig orient. prope *Levanto* Viv. Bertol. — In loco adducto copiosum Brachypodium Halleri repertum est, non praesens. — Adest huiusce speciei in herb. Viv. exemplar unicum et malum, ut pro more, cum indicatione nimis succincta, dedit Griolet, nulla loci natalis mentione; exemplar alind nomine T. tenelli inscriptum in eodem herbario est Festucae, sectionis Vulpiae, species.

Hordeum maritimum With. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 782. — H. geniculatum All. *Fl. ped. n.°* 2274. tab. 91. fig. 3. — Nicaeae et Sarzanae ex. Auct. adductis.

Elymus arenarius All. *Fl. ped. n.°* 2272. — In arena ad maris litus All. Cuius maris?

Ægylops neglecta Requ. — Bertol. *Fl. ital.* 1. *p.* 787. — Sarzanae.

••••••••••••••••••••

New York Botanical Garden Library
QK332 .N6 gen
Notaris, Giuseppe d/Repertorium florae L
3 5185 00110 6069